BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
X
C
43
NAPOLI

VERITAS
CONSILII
BURGOFONTE
INITI
EX
IPSA HUJUS EXECUTIONE
DEMONSTRATA,
SEU
VERUM SYSTEMA
JANSENISMI
ET
EVOLUTIO MYSTERII
INIQUITATIS,
OPUS
GALLICO PRIMUM SERMONE CONSCRIPTUM,
NUNC PUBLICÆ UTILITATIS CAUSSA LATINE REDDITUM,

TOMUS II,
POSTERIORES DUAS PARTES COMPLEXUS,
AD CALCEM ADJECTA PRÆSENTIS OPERIS APOLOGIA.

CUM APPROB. & FACUL. SUPER.

AUG. VIND. ET FRIB. BRISG.
SUMPTIBUS FRATRUM IGN. ET ANT. WAGNER.
MDCCLXIV.

SYNOPSIS MATERIARUM, *QUÆ TOMO II. CONTINENTUR.*

PARS V.

In qua agitur de tertio adjumento, quo Janſeniſtæ ad invehendum & ſtabiliendum Deiſmum uſi ſunt, ſeu de doloſis artibus & commentis, quibus conſcientiarum arbitris ac moderatoribus omnem authoritatem & exiſtimationem detrahere conati ſunt.

QUÆSTIO I.

Petrus Camuſius Epiſcopus Bellicenſis Burgoſonte operam ſuam pollicitus eſt, & primus navavit ad fidem & famam conſcientiarum moderatoribus adimendam *pag.* 5.

Artic. I. Petri Camuſii vitæ ſynopſis. Irreligio & ſordes in ſcriptis ab eo fabulis amatoriis *a pag.* 8 - 22.

Artic. II. Petri Camuſii anno 1621 iter Burgoſontem ſuſceptum. *pag.* 22.

Artic. III. Ejusdem liber contra animarum Directores, cujus inſcriptio : *Director Gratuitus* &c. Scopus hujus libri. *pag.* 26.

ſ. I. Ejusdem aſſertio I. omnes conſcientiarum moderatores,

ſ. II. - aſſertio II. Parochos ac Curiones,

ſ. III. - aſſertio III. religioſos animarum Directores omnia ad proprium ſuum commo-

modum ac lucrum referre. Alter Petri Camuſii liber, cui titulus: *S. Auguſtinus de opere Monachorum &c.* Fallax de eo ſupprimendo Camuſii promiſſum. Fatum hujus libri. *a pag. 37 - 54.*

QUÆSTIO II.

Quomodo Janſeniſtæ poſt Petrum Camuſium, proſecuti ſint artes & conatus, Confeſſariis & Directoribus famam & authoritatem detrahendi. *pag. 55.*

ſ. I. Cur illi non omnes, quemadmodum Camuſius, ſed religioſos Directores adoriantur. *pag. 56.*

ſ. II. Trium Epiſcoporum, qui ad Janſeniſtarum partes acceſſerant, ſevera in quosdam religioſos ordines agendi ratio. *a pag. 57 - 76*

ſ. III. Janſeniſmi ex dimicationibus Diœceſanis ſucceſſus & incrementum: mutata oppugnandi ratio, & omnibus, quos impugnant, inditum *Jeſuitarum* nomen. *pag. 77 - 85.*

ſ. IV. Collectio *abominabilium dogmatum*, quæ Jeſuitis tanquam Authoribus tribuuntur. *Litterarum Provincialium* Author, ſcopus, ſors atque exitus. *pag. 85. - 93.*

ſ. V. Vociferationes & tumultus Janſeniſtarum contra *laxam morum doctrinam. pag. 94 - 100.*

ſ. VI. Janſeniſtarum Pariſiis lamentationes de ruina ordinis Jeſuitarum, & modus relaxandi animos alumnarum in Portu regio. *pag. 101 - 104.*

ſ. VII. Libri omnis generis contra Jeſuitas editi. *pag. 104 - 112.*

ſ. VIII.

§. *VIII.* Injurioſæ fabulæ & narrationes contra Jeſuitas ſparſæ, e. g. de Ambroſio Guys, P. Janſſens, P. Girard, P. Chamillard. *a pag. 113 - 145.*

§. *IX.* Fabulæ & Satyræ contra omnes Catholicos a *Notitiarum Eccleſiaſticarum* Scriptore venditari ſolitæ, documentum ſunt perennis cujusdam executionis ſyſtematis Burgofontani. Imago Janſeniani hujus ſcriptoris picta ab alio Janſeniſta. *pag. 145. - 148*

§. *X.* Conſilium Janſeniſtarum profugorum in Hollandiam, univerſum orbem ſibi & ſectæ ſuæ adjungere cogitantium: Via & ratio id facile conſequendi. *pag. 149 - 157.*

QUÆSTIO III.

Quæriam Janſeniſtæ ex omnibus iis, quæ ad infamandos conſcientiarum arbitros, atque animarum moderatores dixere, ſcripſere, ac fecere, conſectaria in ſuos uſus deduxerint. *Anacephalæoſis* omnium, quæ Janſeniſtæ in præſente materia pro executione ſyſtematis Burgofontani attentarunt. *pag. 157 - 173.*

PARS VI,

Quæ complectitur ea, quæ a prima Janſeniſmi origine ad hodierna uſque tempora egerunt Janſeniſtæ, ut Eccleſiæ poteſtatem everterent.

QUÆSTIO I.

Simon Vigorius e Janſeniſtis primus poteſtatem Eccleſiæ convellere ac demoliri conatur. *pag. 177.*

Artic. I. Vigorius nititur deſtruere regimen Monarchicum Eccleſiæ, & Ariſtocraticum invehere. *pag 185 - 200.*

Artic. II. Vigorius aggreditur infallibilitatem Papæ. *pag 200 - 206*

Artic. III. Vigorius præparat animos ad id, ut omne genus Appellationum ad futurum Concilium pro ſumme legitimo habeant, & ſimul ſubminiſtrat obtentus ac effugia, quibus eludantur ſanctiones futuri Concilii, ad quod ſuo tempore appellandum eſſe Burgofonte præfinitum fuit. *pag. 207 - 232.*

QUÆSTIO II.

Quot & quantos conatus poſt Simonem Vigorium uſque ad tempus Queſnelli adhibuerint Janſeniſtæ ad deſtruendam poteſtatem Eccleſiæ. *pag. 232.*

Artic. I. Hæreſis de gemino Eccleſiæ capite. *pag. 234.*

Artic. II. Famoſa diſtinctio juris & facti. *pag.* 240.

Artic. III. Contemptum a Janſeniſtis Formulare Epiſcoporum. *pag. 247.*

Artic. IV. Formula Alexandri VII. a Janſeniſtis vilipenſa æque, ac Formulare Epiſcoporum. *pag. 250.*

QUÆSTIO III.

Conatus & ſtudia Janſeniſtarum a tempore Queſnelli usque ad noſtra tempora evertendi poteſtatem Eccleſiæ. *pag. 261.*

Artic. I. Janſeniſmus a Formula Alexandri VII. proſtratus, a Queſnello erectus & inſtauratus. Variæ ſententiæ, quibus liber ipſius *Obſervationum Moralium* damnatus eſt. *pag. 264.*

Artic. II. Janſeniſtæ adoriuntur viſibilitatem Eccleſiæ JEſu Chriſti, ac demum omnem Eccle-

Eccleſiæ ſpeciem ac formam refugiunt. *pag.* 269.

Artic. III. Iidem Romam non amplius habent pro prima Eccleſiæ Sede. *pag.* 275.

Artic. IV. Item mutant regimen Eccleſiæ, & in puram ariſtocratiam convertunt. *pag.* 281.

Artic. V. Janſeniſtarum contemptus authoritatis, poteſtatis, & perſonæ ſummi Pontificis. *pag.* 284.

Artic. VI. Iidem gradu ſuo dejiciunt munus Epiſcopale. *pag.* 316.

Artic. VII. Ad ſimplices Fideles transferunt authoritatem Eccleſiæ docentis. *pag.* 352.

Artic. VIII. Eccleſiam Gallicanam fœde a ſe deformatam conjungere cum Anglicana moliuntur. *pag.* 375.

QUÆSTIO IV.

Quomodo ſe & rem ſuam geſſerint Janſeniſtæ, poſtquam ab Eccleſia *Obſervationes Morales* condemnatæ ſunt. *pag.* 381.

Artic. I. Janſeniſtæ condemnati vociferantur contra lata a Summo Pontifice in novos ſuos errores anathemata. *pag.* 382.

Artic. II. Poſt furores & clamores ſuos contra Eccleſiæ anathemata, appellant ad futurum Concilium, uti pro re nata Burgofonte decretum fuerat. Exiguus ſucceſſus veteratoriarum artium, quibus Appellantium numerum augere volebant. Miracula commentitii ipſorum Sancti Pariſii, & fanatica deliramenta de adventu Eliæ. *pag.* 394.

QUÆ-

QUÆSTIO V.

Si Concilium quoque ad ultimum damnet Janſeniſtas, deciſionibus hujus etiam Concilii reſiſtent, prout a Deiſtis Burgofontanis præſcriptum fuit. *pag. 420.*

Artic. I. Documenta pervicaciæ, quæ Janſeniſtæ dedere hactenus, & hodie etiamnum dant, prænunciant, etiam reſtituros deciſionibus Concilii, ad quod provocarunt. *pag 421.*

Artic. II. Conditiones, quas proponunt Janſeniſtæ, ut ſe futuri Concilii deciſionibus ſubmittant, oſtendunt, jam ſecum deliberatum habere, nihil omnium agere, quæ Concilium ſtatuerit. Parallelum harum conditionum cum illis, quas iniri poſtulabant Lutherani, ut novo ſe Concilio ſubjicerent. *pag. 426.*

Anacephalæoſis & Concluſio totius operis *pag. 440.*

Vindiciæ hujus operis contra Scriptorem Anonymum octo Epiſtolarum. *a pag. 451.*

Veri-

Veritas

Conſilii Burgofonte initi, ex hujus Executione demonſtrata.

PARS V.

In qua agitur de tertio adjumento, quo Janſeniſtæ ad invehendum & ſtabiliendum Deiſmum uſi ſunt; ſeu de doloſis artibus & commentis, quibus conſcientiarum moderatoribus, atque arbitris omnem fidem, authoritatem, & exiſtimationem detrahere conati ſunt.

POſtquam Burgofontana Factio aptiſſimas rationes inierat, quibus Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, uti & dicendi ſacri, eidemque aſſiſtendi uſum extingueret; nec minus ea doctrinæ ſuæ principia ſtatuerat, quæ certam ac planam ad omnis religionis neglectum, atque Deiſmum viam aperi-

rent : verbo , poſtquam Fideles ab omni præſtando Chriſtiani hominis officio , atque uſurpandis , quæ religio JEſu Chriſti dictat , ſeu neceſſariis , ſeu opportunis ſalutis ſubſidiis , pro ſceleſte arrogata ſibi poteſtate exſolverat ; Factio, inquam, Burgofontana dubitare non poterat , extituros in Eccleſia inter tot Sacerdotes & Miniſtros JEſu Chriſti , ſive religioſi ordinis legibus adſtrictos , ſive non adſtrictos , magnanimos Machabæos, qui veritati omnes animi facultates , omnes ingenii vires , omnes labores conſecrarent , imo , ſi ita ferret Eccleſiæ neceſſitas , vitam darent & ſanguinem , ne unquam deteſtabilis doctrina Burgofontana præ ſancta noſtra religione cauſam obtineret. Hoc itaque cum Burgofontani ſyſtematis fabri reipſa futurum, animo augurarentur , antequam conventum ſolverent , conſuluere in medium , & conſentientibus ſuffragiis inter ſe de via & ratione convenere , qua *adverſis* , qui inde conſilio ſuo ac ſyſtemati enaſci poſſent , *caſibus occurrendum eſſet*.

„ Verum cum conſcientiarum Directores „ & Moderatores (differebat eorum unus) „ non tam facile circumveniri poſſint , ac „ Catholici quidam debilis ac ſimplicis ani- „ mi ; cumque hi ipſi , quando ejuſmodi no- „ ſtra dogmata audient , ad eosdem forte Di- „ rectores , qui objectos hos laqueos ac no- „ dos diſſolvant , perfugium habituri ſint , „ plane neceſſe eſt , ut & hoc incommodum

præ-

„ præcaveatur. Mox autem neceſſariæ illi „ cautionis adhibendæ negotium in ſe ſuſce- „ pit congregatorum alter, & opportunum „ ſe remedium allaturum pollicitus eſt, quod „ in eo poſitum eſſet, ut ad tollendam, vel „ certe imminuendam Directorum conſcien- „ tiæ exiſtimationem & authoritatem, eorum „ directionem exhiberet ſolius lucri proprii ſtu- „ dioſam, ſeu *totaliter intereſſatam*." Hujumodi erat machina, quam conventus contra conſcientiarum Arbitros ac Moderatores fraudulento artificio conſtruxerat.

In ſecunda hujus Operis Parte expoſitum jam eſt, quis & qualis Abbati Sancyrano hujus ad ſtabiliendum Deiſmum adjumenti uſus fuerit. Timiditas, qua plerumque hæreſum architecti laborant, qui latere, & è tenebris ferire volunt, vel alia nobis incognita cauſa obſtitit, ne in omnes conſcientiarum arbitros, ſeu religioſos, ſeu nulli ſacro ordini addictos, quos Sacerdotes ſæculares vocare ſolemus, æquali malignitate fureret; pepercit aliquantum poſterioribus, ut incitatiore impetu in priores irrueret; inter hos autem præcipue Jeſuitas ſibi delegit, quos acerbiſſimis calumniis inſectaretur; quemadmodum ſuo loco monſtravimus. At æquum non erat, ut tot alii omnis ſtatus & ordinis Sacerdotes, qui præclaro ſalutis alienæ ſtudio ad animas pietate ac virtutibus imbuendas operam ſuam conferunt, vix in partem

venirent injuriarum, quæ multis nominibus tam honorificæ ac pretioſæ eſſent.

Quis ergo ex conjuratis Burgofontanis negotium ſuſcepit omnes Directores & Moderatores conſcientiarum fama ſua & authoritate ſpoliandi? Deinde, qua acerbitate Burgofontanorum ſucceſſores, & aſſeclæ nefarium illos infamandi conſilium ac modum proſecuti ſunt? Et demum quid inde Janſeniſtæ contra Directores, quibus exiſtimationem, & ſuam apud fideles fidem eripuere, lucri nacti ſunt? Tria hæc hujus Partis V. argumentum erunt.

Quæſtio I.

Quis Burgofonte operam ſuam pollicitus eſt, ac primus eandem impendit ad fidem & authoritatem conſcientiarum Moderatoribus adimendam?

Ut modo maxime legitimo, & ſine ullo errandi periculo cognoſcamus, cui tanquam primario negotii hujus adminiſtro, & anteſignano provincia illa, quam ultro ſibi depoſcebat, decreta ſit, ut conſcientiarum Moderatores bona ſua apud fideles opinione exueret, idque ea potiſſimum ratione, ut eorum in dirigendis conſcientiis modum, ſoli *faciendo quæſtui & curandis propriis commo-*

mo-

modis penitus addictum, criminaretur, & turpiſſima nota deformaret; hoc, ut certo cognoſcamus, eadem, quam hactenus tenuimus, via pergamus; ex libris nimirum & operibus, quæ quilibet Burgofontano Conciliabulo præſentium de argumento, cum formato in eo ſyſtemate cohærente, in lucem protulit, ſententiam feramus, quas ſinguli officii partes ſibi obeundas acceperint; hæc opera loquuntur; hæc teſtimonium dicunt, cui nullam exceptionem opponere, nec refragari fas eſt; hic veritatem detegendi modus tam ſecurus & certus eſt, ut a nemine meditata aliqua ac prudente criſi aut cenſura oppugnari atque notari poſſit.

Baileo teſte, poſtquam narratio Juridica de colloquio Burgofontano typis excuſa comparuit, adnotatis duntaxat initialibus literis, quibus nomina eorum, qui colloquio çoram adfuere, deſignabantur, *ex indole tamen ac charactere certorum librorum omnes intulere, literis quarti ex Conjuratis* P. C. *ſignificari Petrum Camuſium Epiſcopum Bellicenſem.* Arnaldus in altera ſua Epiſtola ad Ducem & Parem Franciæ, nobis manifeſtat, has duas initiales literas (*a*) *eo ſpectare, ut indicaretur Petrus Camuſius, olim cum viveret, Epiſcopus Bellicenſis.* Author Moralis Practicæ Jeſuitarum, poſtquam recitavit ex narratione Juridica de Conventu hæc verba: (*b*)

(*a*) pag. 213. (*b*) Tom. VII. pag. 431.

Ex congregatis quidam neceſſariæ cautionis adhibendæ negotium in ſe ſuſcepit; & opportunum ſe remedium allaturum pollicitus eſt, quod in eo poſitum foret, ut ad tollendam, vel certe imminuendam Directorum conſcientiæ exiſtimationem & authoritatem, eorum directionem exhiberet ſolius lucri proprii ſtudioſam: Hic Author, inquam, poſt hæc verba, ſeipſum & cauſam ſuam prodit, quin eo advertat animum, dum ait: *Non poterat certiore ſigno denotari liber Petri Camuſii, cui a ſe elucubrato titulum fecit: Director gratuitus, ſeu ab omni mercede, præmio ac propriis utilitatibus alienus.* Scriptor Compendii Vitæ Petri Camuſii, quod libro *de Spiritu ſancti Franciſci Saleſii* præfixum eſt, teſtatur, (c) *nunquam eum ulli defuiſſe occaſioni, voce & calamo exagitandi ac cruentandi religioſos.* Equidem cauſatur hic author, mordaces has philippicas non niſi ad religioſos deſidioſos, atque illos, qui languidam & inertem morum doctrinam ac diſciplinam profiterentur, pertinuiſſe: at differamus hac de re ferre judicium, & expectemus, dum ipſe Petrus Camuſius nobis fateatur, quos religioſos inſectatus ſit, & a quibus linguam ac manus abſtinuerit; nec diu ſuam hac de re confeſſionem differet.

Cæterum, quibus Epiſcopus Bellicenſis cognitus non eſt, niſi ex magna ipſius cum S. Franciſco Saleſio neceſſitudine, non mirabun-

(c) pag. 50.

rabuntur minus, quam indigne ferent, ejuſdem nomen inter Deiſtas Burgofontanos adſcriptum intueri, quibuscum tam deteſtabilis conſilii & facinoris, quale eſt religionis excidium, ſocietatem iniiſſe arguatur. Quam optem ego ex animo, & quidem amicitiæ cauſa, qua ipſum S. Franciſcus Saleſius dignatus eſt, ſolo Arnaldi, Baylei, & Authoris Moralis Practicæ errore accidiſſe, ut pro eo, ac recenſui, inter hos Deiſtas locum haberet; at infeliciter evenit, ut Epiſcopus Bellicenſis ſeipſum proderet, atque in libris ſuis toti mundo manifeſtaret 1. Ea extitiſſe ſua merita, ut Deiſtæ Burgofontani tuto in ſe fiduciam collocare, atque in conſiliorum ſuorum communionem vocare poſſent. 2. Anno 1621, in quem coitio Burgofontana incidit, iter Burgofontem feciſſe. 3. Commiſſum ſibi de infamandis Directoribus Burgofonte negotium tanta accuratione confeciſſe, ut nullus reliquorum in gerendo, quod ſibi demandatum erat, munere ſtudio ipſum vinceret. De tribus his capitibus ipſemet comprobata firmiſſima authoritate monumenta poſteritati tradidit, ſuos nimirum libros, qui omni exceptione majores teſtes ſunt. Accedamus ad rem: ſed priora duo capita curſim tantum & leviter perſtringemus, ut tertium, quod principale noſtrum argumentum eſt, copioſius exequamur.

Articulus I.

Petrus Camuſius ita ſe geſſit, ut merito Deiſtæ Burgofontani eum in ſocietatem conſilii ſui adſciſcerent.

JOannes Petrus Camuſius anno 1582 natus Pariſiis, viceſimo ſexto ætatis ſuæ anno Antiſtes Bellicenſis renunciatus, & Bellici a S. Franciſco Saleſio ſummo ſacerdotii gradu inauguratus eſt. Poſtquam viginti annis huic Eccleſiæ præfuit, ea ſe cura ac dignitate abdicavit, & in Abbatiam * Alnetanam in Normannia, a Rege, cum hoc de ponendo honore ac munere conſilium æqui bonique faceret, ſibi collatam ſeceſſit. Aliquanto tamen poſt tempore propius ſe admovit iterum ad gerendum munus Epiſcopi, cum ſe Generalem Archiepiſcopi ** Rotomagenſis Vicarium creari, & ad adminiſtranda ſacra negotia adhiberi paſſus eſt; ſed & huic vicariæ procurationi rurſus remiſit nuncium, ut ſe conferret Pariſios; ubi jam alteræ ipſi infulæ in *** Atrebatenſi Eccleſia deſtinabantur, quas admiſit etiam; ſed antequam Pontificiæ Roma literæ perferrentur, in Noſocomio Incurabilium, quo ſe receperat, anno 1652 rebus humanis exemptus eſt. Cum S. Franciſco Saleſio magnus illi uſus & conſuetudo in-

(*) d' Aunay.
(**) de Roüen.
(***) d' Arras.

intercedebat ad annum uſque 1622, quo grandis & ſanctus hic Præſul ſupremum diem obiit. Num vero ſolida quadam pietate, & dotibus ac virtutibus Epiſcopo dignis tam pretioſam ſibi amicitiam conciliavit? An potius callidiſſimus ſimulandi artifex ſevero morum habitu, & aſperrimo ſuo agendi modo S. Franciſco Saleſio impoſuit? Si vere cum Burgofontanis conjuratis fœdus ac ſocietatem iniit, facilem & explicatam res deciſionem habet.

Petrus Camuſius adhuc juvenis, quemadmodum ipſe confitetur, (*d*) præcipue delectabatur evolvendo *Montani* libro, quem *cogitata* ſua inſcripſit, *libro*, inquit, *cujus me ſumma admiratio tenuit*, *itaque affecit*, *ut cum incredibili jucunditatis ſenſu eum legerem identidem ac relegerem*, *nec animus lectione expleri poſſet*. Poſt hoc autem tam ingenuum de ſeipſo teſtimonium nil cauſæ eſt, cur miremur, tot feſcenninas ſordes Petri Camuſii libris ineſſe. Jam, adhuc in vivis agente S. Franciſco Saleſio, aliquot amatorias fabulas conſcripſerat, ob quas in reprehenſionem ſancti Præſulis incurrit, & de hoc ſuo in *adumbrandis procantium hiſtoriis* ſtudio notatus eſt. At poſtquam is e vivis exceſſit, Camuſius totum ſe proclivi in has nugas ingenio permiſit. Itaque omnem animum & operam ad ſcriptitandas ejusmodi commentitias narrationes appulit; eaque Camuſia-

(*d*) **Viator incognitus.**

muſiani calami fœcunditas fuit, ut intra paucos annos ſcenicis his & prætextatis amorum commentis mundus affflueret, quibus Divorum & Divarum nomina, aut alios titulos, qui nec boni quippiam, nec mali præferrent, indiderat, quales ſunt *Alexis*, *Petronilla*, *Pia Julia*, *Agathonphilus*, *Hermiantes*, *Viator incognitus*, *Serapion*, *Turris Speculorum*, præter plurima alia fabuloſa opuſcula, quæ a multo jam tempore vix e Bibliothecarum pulveribus emergunt, quam ut in thuris aut piperis, aliorumve aromatum cucullos abeant. Generatim vero de materiis, quas ſibi tractandas ſumpſit, ipſemet teſtatur, (*e*) *eas tam lubricas ac titillantes, cum tam præſenti diſcrimine conjunctas, tamque ambiguas eſſe, ut quivis liberior calami ductus, quævis minima ſcribentis aberratio ac lapſus magni criminis loco haberi poſſet*. Hæc autem tam mollis & delicata argumentorum, in quibus verſabatur, indoles ſummam procul dubio ab eo diligentiam & attentionem poſtulabat, ne ſe aberrationis & tanti criminis periculo objiceret; & tamen ſcribendi ratio, qua utebatur, ea erat, ut, prout fatetur, (*f*) *nihil fere eorum, quæ ſcripſiſſet, relegeret unquam, nihil emendaret, nihil expungeret*; ſed (*g*) *bona fide informatas animo rerum ſpecies, ſine labore & ſtudio, ſine verborum cura, aut intento in*

(*e*) ibid. pag. 216. (*f*) Petronilla pag. 444.

(*g*) Viator incognitus pag. 89.

in eorum nexum & ſtylum animo in chartam projiceret; quod quidem ipſum primo intuitu, quisquis oculos in Camuſii opera conjicit, facile deprehendere poterit; nam quid id tandem eſt, quod ex indigeſta ac faſtidioſiſſima diſparium rerum congerie, ubi ſine lege, ſine numero ac ordine unum ſuperadditur alteri, eruimus ac diſcimus? Nempe laſciviæ notas, ac impudicitiæ dedecora, quæ quavis prope pagina in oculos incurrunt, & quidem ſæpe tam turpia, ut nec fabuloſa antiquitas fœdiora de ſuo Jove ac Venere confinxerit; & quibus ea coloribus picta? ſingularum nimirum rerum enumeratione tam molli, & ob id aptiſſima, ut omne impuritatis venenum in lectoris animum infundat: teſtem appello narrationem, quam in ſuorum operum quodam affert, minimis quibusvis rei adjunctis exornatam, de adulterio cujusdam *Rutuli*, cum *Zenobia* nobilis viri uxore, quem *Prætextatum* nominat, perpetrato. At bona lectoris venia fas mihi fore confido, ut ab ampliore & excurrente longius probationum recenſione abſtineam; nam quamvis ea nullum negotium faceſſeret, offenſionem tamen præbere, & periculoſam mali exempli imitationem offerre poſſet. Sed quid adhuc in Camuſii libris conſpectui ſe noſtro objicit? Nunquid loci ſacri Codicis, præter omne decorum & reverentiam ad rem, quam habet præ manibus, adhibiti? quod utrumque ut ipſi exprobraret Cardina-

lis

lis Richelius, officii ſui eſſe cenſuit; per quam occaſionem, alias dicam. An non de permultis rebus ad religionem pertinentibus ſalſæ argutiæ, paſſim ipſius libris inſperſæ, tam ancipiti ac ficto ſermonis genere obvolutæ, ut & Lectoris animum ſiniſtra de diverſis his rebus opinione ac contemptu imbuere, & ſimul ſcriptorem a ſubeunda vituperatione immunem præſtare poſſent, qua dignus eſſe videri poterat, quaque non ſemel, ceu homo religionis expers perſtrictus fuerat.

Denique in plerisque Petri Camuſii libris, qui plurimi ſunt, dominari cernimus furoris quandam ſpeciem, quo incitatus omnes animorum rectores, præcipue autem religioſos, verborum contumeliis onerat, idque quavis via ac ratione, quamcunque comminiſci poteſt; potiſſimum tamen in id intentus, ut eos, quemadmodum Burgofonte in ſe receperat, tanquam homines *captandis commodis & lucris ſuis ex aſſe deditos* exhibeat, probrisque omnibus proſcindat. Hæc quatuor ſcriptionis argumenta ſi e magno librorum numero Camuſii tollas, non reſtabunt, niſi laciniæ quædam eruditionis, temere plerumque ac ſine judicio & modo contextæ, de quibus ſæpiſſime divinare non poſſis, quem in finem reliquis centonibus aſſuantur.

In-

Interea, cum ſagaci ingenio non careat, aliquam ſemper cautionem adhibet, ne ſiquid maligni aut protervi efferre cogitat, lectori diffidentiam de ſe aut ſuſpicionem moveat. Hinc primum artificiorum, quibus utitur, illud eſt, ut, quemadmodum reliqui Deiſtæ Burgofonte de S. Auguſtino ſtatuerant, ipſe ſe nomine & teſtimonio S. Franciſci Saleſii tegat; nullum ſibi locum elabi ſinit, quo non ad magni hujus & ſancti Præſulis, quem *beatum ſuum Patrem* vocare ſolet, authoritatem appellet: dum in libro ſuo conſcientiarum moderatores in ſummam invidiam vocat, *non niſi ex mente & ſpiritu beati Patris Franciſci Saleſii*, (*h*) ſi Camuſio credimus, his a ſe injuriis ac maledictis appetuntur; & quaſi non ipſa libri ſumma fallacem titulum manifeſti mendacii convinceret, non erubeſcit ad calcem ejusdem operis addere: (*i*) *Beati Franciſci Saleſii hoc ego in ſcripto ſententias ac præcepta ſecutus ſum, ejusque doctrina in iſto labyrintho mihi pro filo Ariadnæ fuit &c.* Quid de impudente hac hominis confidentia ſentiendum ſit, ſuo loco ſtatuemus; modo ſatis habeo illud commemorare, quod, poſtquam *Director gratuitus* emerſit in publicum, ad ſancti Præſulis famam pertinere viſum ſit, ut edita palam defenſione vindicaretur ab injuria, & convelleretur omne id, quod Petrus Camuſius in hoc

(*h*) In titulo Directoris gratuiti.

(*i*) Director gratuit. pag. 448 & 449.

hoc libro eidem falſo tribuebat. Imo hic ipſe eo evaſit audaciæ, ut ſancto Genevenſium Epiſcopo etiam conſilium de conſcribendis laſcivis ſuis fabulis adſcriberet; nam, Camuſio teſte (*k*) *forma hæc & ratio præcepta morum tradendi, nova & hucusque inaudita, a ſancto Epiſcopo meditando inventa, & ultra viginti quinque annos mente agitata, ac expenſa fuit.*

Alterum artificium erat frequens conteſtatio, (*l*) *non aliud ſibi propoſitum eſſe, quam cum bonis & de bonis diſſerere, iisque in argumentis verſari, quæ vitii fugam, & virtutis amorem mentibus ingenerent.* At poſt hanc Camuſii tam bellam de optima voluntate ſua teſtificationem, quis credat, eundem ipſum lutulentiora quævis & ſalaciora ex *Ovidii arte amandi* exſcribere, quemadmodum certo nobis argumento eſt ipſius *Agathonphilus*, in quo, verbi cauſa, docet, ab amantibus ad felices amorum eventus largitionibus emendos eſſe domeſticos; & deinde corruptum ejusmodi famulum ſcenæ immittit, cujus ex Camuſii calamo pulcherrima hæc eſt oratio: (*m*) „ Abjecit te maritus, & animum ſuum addixit cuidam, quæ multo te „ eſt inferior; & tibi tantum non ſit animi, ut „ ipſum repudies illius cauſa, qui longe illo „ eſt melior & dignior amari? Et cur id non „ auſis

(*k*) Viator incognitus pag. 179.
(*l*) ibid. pag. 92.
(*m*) Agathonphilus pag. 689.

„ auſis, dum ipſius exemplum ad hoc tibi jus „ & authoritatem præbet? Par eſt in conjugio mariti & uxoris ſors ac conditio; qui „ tibi fidem frangit, cauſam & facultatem offert, ut & ipſi eandem frangas. Amorem „ tuum tueri potes pœna talionis, quo uteris, „ & ex calice haurire cogis, quem tibi propinavit, ut ſentiat partem injuriæ, quam tibi intulit. „ In numerato habeo centena id genus impudicitiæ ſpecimina; ſed præquam abunde eſt vel unum in tam lubrica & ſordida materia. Et tamen Author Epitomes vitæ Petri Camuſii teſtatum eſſe vult, (*n*) *pinxiſſe quidem Camuſium contra diſertum S. Pauli interdictum impudicas procantium artes & conſilia, ſed iis coloribus, qui in animos harum turpitudinum contemptum atque horrorem imprimant.* Nempe promptius multo & facilius eſt laudare hujusmodi opera, qualia Camuſiana ſunt, quam ſibi ſumere, ac patienter ferre laborem eadem legendi. Si Author hujus Compendii illa legiſſet, aut curſim ſaltem luſtraſſet, nullus dubito, quin cenſuiſſet, pro honore Herois ſui id fore factu optimum, ut grandia elogia, in Camuſianos libros prodige effuſa, tacitus præteriret, omnique eorum commemoratione abſtineret.

Tertium artificium, quo obſtare vult, ne lectores a legendis iis, quæ parat mala dicere, ſibi caveant, nihil duobus prioribus acu-

(*n*) Compendium Vitæ Petri Camuſii pag. 42.

acutius & ingenioſius eſt. Si quando recenſet, quæ caſtas aures poſſint offendere, præ ſe fert ac profitetur, nolle ſe ea afferre in medium; ſed nempe tum primum, poſtquam peracta fabula, & malum datum jam eſt. En ſpecimen! dum Epiſcopus Bellicenſis exponit verba, ac modum, quo *Triſtanus* quidam *Petronillæ* ardores ſuos atque affectus aperit, quam feſtive, quam ingenioſe rem agit? (o) „Nolim, inquit, prolixiore narratione explicare modum ac viam, qua Triſtanus ad exprimendos & detegendos illi amores ſuos delapſus ſit, eosque oblata æterni obſequii obligatione, & integerrimæ ſervitutis ac fidei ſponſionibus amplificaverit; ſecus enim potius videri poſſem docere artem augendi incendii, quam afferendi remedii extinguendo igni, cui ex ſtatus ac officii mei rationibus aqua omnino, non oleum a me affundendum eſt." Verum hæc reticentiæ ſpecies, hic reſpectus & habita muneris ſui ratio non niſi larva eſt; nam malum, quod evitaturum ſe ſimulat, una & altera pagina ſuperius ſuſceptum, & admiſſum jam eſt, cum commemorans illa omnia, quæ *Triſtanus Petronillæ* locutus eſt, ut hæc ipſius cordis ſenſus & affectiones intelligeret, ad conſignandum ipſum etiam temporis articulum deſcendit, quod ille ad declarandos amores ſuos captaverit; nempe (p) *diem & horam, qua Petronilla in tela acu phrygia pingebat.* (q) „Utinam opti-

(o) Petronilla pag. 33. (p) ibid. pag. 28.
(q) ibid. pag. 32.

„ optima Petronilla, Triſtani ſuggerente Camuſio verba ſunt, utinam ad hoc cor meum „ pervadere, & in eo inſpicere poſſes laborem „ manuum tuarum, puta, pulcherrimos cogitationum ac deſideriorum flores, qui ex do„ tium ac virtutum tuarum contuitu enaſcun„ tur; creſcent illi, ut ſpero, & dulces fructus „ ferent, niſi faſtidium & inclemens cordis „ tui frigus ſpem & expectationem meam in „ herba enecet. „ Hæc ſunt poſtrema verba longi & ſalacis alloquii, quo frigidus hic & inſulſus amaſius lenocinatur puellæ, quam deperit.

Nemo autem petat, aut expectet a me, ut profundius me immittam ſordibus, quibus Camuſiani libri referti ſunt, iisque prolixe & ſingillatim enumerandis diutius immorer. Ut legitimam de iis formam concipiamus animo, id unum dixiſſe ſufficiat, fuiſſe, Camuſio adhuc vivente, qui (*r*) ea, quæ hic de procantium amoribus ac lenociniis tradit, cum *Ovidiana arte amandi* contulit, & comparatis inter ſe utriusque verbis ac locis, perſpicue oſtendit, omnia, quæ illiberaliora ac fœdiora extarent apud Ovidium, Epiſcopum Bellicenſem in amatorias ſuas fabulas tranſtuliſſe. Cum vero ex abundantia cordis loquatur os, num homo ejusmodi, cujus cor tanto cœno ac ſordibus ſcatet, vel ex hoc ſolo capite, probe dignus non eſt, ut in conſpirationem, pro ſubſtituendo in locum Evan-

(*r*) **Memorabilia colloquia Hermodori, Part. II, lib. 3. colloq. 4.**

gelii Deiſmo initam, ſocius adſcribatur? Verum & ea, quæ his ſubjungo, illum hac ſocietate non minus dignum eſſe, efficient.

Irreligio, & religionis ſive neglectus, ſive contemptus plerumque impuritatis comes eſt; hæc autem cum in plerisque Petri Camuſii libris veluti imperium obtineat, nil mirum eſt, ſæpe illum conditionis ac ſtatus ſui oblivìſci, modo in ſacrarum literarum abuſu; nunc in modo loquendi de rebus religioſis, quas pie ſanctèque colunt, quibus adhuc aliquis religionis ſenſus eſt. Agedum, demus etiamnum particulam temporis excutiendis miſeris his quisquiliis, & poſtea ad probandum ipſius iter Burgofontanum progrediamur.

Dum Camuſio de venuſta oris ſpecie *Petronillæ* ſuæ ſermo eſt, ut orationis quadam vi, quæ in animos penetret, illius effectus extollat altius, ac explicet, quot intuentium corda illecebris ſuis faſcinaverit, ſibique illigaverit, verba ſacræ paginæ uſurpat adeo inepte, eaque irreverentia, ut temere id, & ex ſcribentis inconſiderantia contigiſſe credi oporteret, niſi alio in loco (*s*) recte factum eſſe contenderet: (*t*) „ facilius, ait, apes „ numeres, quæ circa mellis favum ſe urgent „ ac conſtipant invicem, quam corda, quæ „ ex aſpectu eximiæ hujus formæ amoris la-

„ queis

(*s*) Declarationes de Melitone, pag. 178.
(*t*) Petronilla pag. 22.

„ queis irretita fuere. Ex omni eorum numero, *quorum mille cadebant a latere dextro*, *& decem millia a ſiniſtro*, non niſi „ tres ſeligemus. &c. „ Alibi, dum ſuum contra conſcientiarum Moderatores negotium agit, Angelos admiſcet argumento, quod tractat, modo nos convincendi aptiſſimo, quod *informatas animo rerum ſpecies ſine labore & ſtudio*, *ſine verborum cura*, *aut intento in eorum nexum ac ſtylum animo in chartam projecerit.* (*u*) „ Prô! inquit, ipſi „ etiam Angeli, quos divinæ literæ nomine „ filiorum DEI deſignant, ad pulchras homi„ num filias, quæ fortaſſis fidei ipſorum ac „ tutelæ commiſſæ erant, oculos adjecere; „ ex quo commercio procreati ſunt Gigantes, „ horror cæli & monſtra terræ. „ Hæc verba plus aliquid legenti objiciunt, quam ſolam ſcribentis inconſiderantiam, & ſaltem putidam quandam ac ſalacem locutionem efficiunt, cui nihil honeſtæ rei, aut ſani ſenſus ſubeſt.

Porro, quis divinare poſſit, cum quo Epiſcopus Bellicenſis ſacram poteſtatem, qua pollent Epiſcopi imponendi manus, componat? Narrat is, Cardinalem quempiam, reo cuidam e ſua Diœceſi impetraſſe vitæ ac libertatis gratiam; tum ipſummet adiiſſe carcerem, & ſontem manu prehenſum ad carceris fores adduxiſſe, ut liberum dimitteret; cum autem intercederent cuſtodes carceris, & ali-

(*u*) Director gratuitus pag. 60.

quamdiu exitum morarentur, a comitatu ac pediſſequis Cardinalis acerbe verberibus multatos eſſe; ut autem Camuſius cum majore lepore pugnorum ictus deſcriberet, quibus per hanc occaſionem certatum eſt, en feſtivam illius phraſin: (*x*) *uſi ſunt*, ait, *jure ac poteſtate ſui Præſulis, & bis ſub forma humana dæmonibus manus impoſuere.*

Acriter quoque Camuſio ſtomachum movit magnus ſanctorum hominum numerus, quos ſtatus religioſus ſuppeditat, quod is cum forma, quam de ſancto hoc ſtatu comminiſci, & oculis ſubjicere conſtituerat, non congrueret. Luci identidem committi ſolent vitæ eorum, qui Pontificio quidem oraculo inter Divos relati non ſunt, eximia tamen in religioſis familiis pietate & ſanctitatis opinione enituere, idque, ut fideles illorum ſibi mores, ac virtutum exempla ad imitandum proponant. Piæ hæ lucubrationes tam parum probantur Camuſio, ut temperare ſibi non poſſit a ſatyricis vocibus, quibus utique concinent, quicquid ubique Eccleſiæ inimicorum eſt: (*y*) „ Monachi, ait, cum „ primum inter ipſos eſt, qui vitæ integrita„ te præſtet, nulli induſtriæ parcunt, ut mer„ ci huic ſuæ vænum expoſitæ laudatores & „ emptores concilient. Hinc naſcitur *for*„ *micoſus* ille *acervus* vitarum jam hujus, jam „ illius

(*x*) Varietates Hiſtoricæ, ſeu varia facta hiſtoric. pag. 308.

(*y*) Viator incognitus, pag. 182.

„ illius Sancti & Sanctæ, qui nec in Sancto„ rum, nec Beatorum ordinem a ſancta ſede, „ ſed a ſolis Biographorum calamis, qui hac „ in re ſummi Pontificis ſibi authoritatem ar„ rogant, adſciti ſunt. „ At enim num ingenioſæ huic appellationi & arguto *formicoſi acervi* vocabulo non aptior locus foret, dum de commentitiis ſanctis agitur, qualis erat ad S. Medardi Diaconus, cujus ſcripta vita Vaticani fulminis igne ambuſta eſt; vel quibus Factionis ſcriptor in mendacibus ſuis *notitiis Eccleſiaſticis* quotidie pro arbitratu ac libidine immortalitatem beatam, ac cæleſtes honores decernit?

Cæterum Epiſcopus Bellicenſis, per tempus Epiſcopalis dignitatis ſuæ, non viderit tot Præſules,ac vellet, ſubſcribere ſuis opinionibus, atque eadem ſecum ſentire; hinc veriſimilius ortum habuerit acerba illa apoſtrophe ad totum Epiſcoporum ordinem, in qua non minus ac alias, conditionis ſuæ immemor, in contumelioſas has voces contra Epiſcopos erumpit: (z) „ Canes muti, non valentes la„ trare, multo minus mordere, muti ſine „ aquis doctrinæ ac ſcientiæ, agitati ventis „ vanitatis, Paſtores Iſrael, væ vobis, qui „ non paſcitis, niſi vosmet ipſos. „ Sed finiamus nimis faſtidioſam recenſionem eorum, quæ in Camuſii libris pietatem Chriſtianam offendunt: Satis ille cognitus erit, quantum

(B) 3 qui-

(z) Varia facta hiſtorica, pag. 315.

quidem præſens inſtitutum poſtulat, modo ſciamus, dicacitatem ipſius & ſcurriles jocos, quibus præcipue delectabatur, & inſectabatur omnia, occaſionem præbuiſſe, cum adhuc inter vivos ageret, libro cuidam, in quo repræſentatur tanquam * *Rabelaſius Epiſcoporum*: hic libri titulus eſt: itidem improbam ipſius de rebus religionis ſentiendi libertatem locum dediſſe alteri libro, qui inſcribitur: *Lucianus Samoſatenus in Joanne Petro Camuſio redivivus.* Certe homo, qui argumenta ſubminiſtrat, ob quæ cum hujusmodi Ludionibus in contentionem adduci mereatur, dignus etiam fuit, qui Burgofontano Conciliabulo intereſſet. Videamus modo, an, & quando hoc iter fecerit.

Articulus II.

Petrus Camuſius fecit iter Burgofontanum anno 1621.

Non alio opus eſt, quam ut oculos conjiciamus in fabulam ab Epiſcopo Bellicenſi fabricatam, cui nomen *Alexis*; nec ullus deinde erit dubitandi locus, eum Burgofonte fuiſſe,

(*) Rabelais, notum in Gallia nomen. Ut & lector in Germania noſcat hominem, ſolum adſcribo epitaphium, quod ipſi Poetarum quispiam condidit: *Sive tibi ſit Lucianus alter, ſive ſit Cynicus, quid hoſpes ad te? Hac, unus Rabelaſius facetus, nugarum pater, artifexque mirus, quidquid is fuerit, recumbit urna.* Vid. Diction. Morerii. *Interpres.*

ſe, iterque hoc plurimum myſteriorum habuiſſe. Tempus itineris proxime vero definire difficile non eſt.

1. Primi actores, qui in hac fabula theatrum ſubeunt, duorum viatorum perſonam, & indita ipſis a Camuſio *Menandri* ac *Florimundi* nomina gerunt. Ambo, dum ex Villers-Coſte-Retz Burgofontem pergunt, in nemore aberrant a via, & denique ad terminum, quem petebant, pertingunt. Errores viatorum in ſylva, adventus, commoratio Burgofonte, & ex eo loco diſceſſus tantum materiæ præbuere Camuſio, ut ſex libros fabuloſis nugis & fictis eventibus impleret: delineat in iis Carthuſiam, & vicinam regionem, ipſasque etiam imagines in ſacello * *Baiſemontani* prædii, quod in fundis Carthuſiæ eſt; quæ tam accurata rerum narratio fieri non poterat, niſi ab homine, qui ſuis ipſe oculis luſtraſſet omnia, & ſtudioſe ſingula in tabulas retuliſſet.

2. Itineris hujus, cui fabuloſæ ſcenæ formam ac nomen inducit, arcaniſſimæ rationes ſunt, quantum ad iter facientes pertinet; cumque Petrus Camuſius illud aptum unius fabularum ſuarum argumentum eſſe exiſtimavit, ea cautione ac calliditate rem executus eſt, ut nemo ad id, quod lateret, myſterii vel conjectura accedere poſſet. Et inprimis diſſimulat nomen Carthuſiæ, quæ iti-

(B) 4 neris

(*) Baiſemont.

neris ſcopus erat, eique aliud *boni fontis* adſciſcit, idque tam ſtudioſe & ſolicite, ut raro nomen *Burgofontis* ipſius calamo excidat; at elapſum eſt tamen. Eorum vero, qui in hac Carthuſia ad colloquium venerant, nominibus conficta fabulæ ſuæ nomina ſubſtituit. Audiamus, quænam in præfatione de ſe ipſe confiteatur ac prædicet, dum amicorum ſuorum quempiam, nobili genere hominem, eumque ipſum, quem (*a*) *in fronte hujus operis*, nempe fabulæ *Alexis*, nomine *Menandri* notatum fuiſſe ajebam, alloquitur: *Hiſtoria de te*, ait, *mi chare Menander, primum in hac narratione locum habebit.* Et reipſa primum, quod narrat Camuſius, illud eſt, quod hic *Menander*, cum Burgofontem iret, in ſylva Villers-Coſte-Retzenſi per errorem a recta via deflexerit. „ Sub nomine latens (proſequitur Camuſius) quod a me ſortitus es, & obtrectationum ſecurus poſt tabulam, auſcultare potes ac debes, quæ hominum judicia ac ſermones ſint. Videbis poſt te plures alios amicos tuos in hac ſcena ſe ſiſtere, ſed ita velatos, ut qui eos velint internoſcere, in faciendis conjecturis omnem operam atque oleum perdituri ſint. - - - Et vero exigui me ingenii hominem eſſe oporteret, ſi, quod tectum & occultum eſſe vellem, non ſcirem tot involucris obnubere, ut omnem indagantium fallat induſtriam, & ſemper latere pergat. In-

con-

(*a*) Præfatio pag. 30.

„ conſiderantia indigna venia eſt, ſiquis ſua „ ſuorumque colluſorum conſilia incaute pro„ dat, quæ clauſa omnino & abdita habitu„ rum ſe profitetur. „ Sed hem! cum iter hoc *obtrectationum* argumentum eſſe poſſit, quid miremur, Petrum Camuſium tam cautum ac providum fuiſſe, ut viatores ſuos non niſi perſonatos & alienum vultum indutos in theatrum adduceret?

3. Quo autem tempore Camuſius hoc iter Burgofontem ſuſcepit? Ex Janſenii ad Sancyranum literis intelleximus, Conventum Burgofontanum intra menſes Martium & Novembrem anni 1621 celebratum fuiſſe: Intra hoc ipſum etiam temporis intervallum Petrus Camuſius Burgofontem profectus eſt. Nam ecce, qua ratione ipſius fabula *Alexis* rem hanc veriſimillimam reddat. Epiſcopus Bellicenſis unum, vel ad ſummum duos menſes impendit componendis ſingulis ex ſenis libris fabulæ ſuæ *Alexis*, idque aperte colligimus ex adſcripto die ac menſe, quo progrediente tempore approbationes cujusvis libri datæ ſunt; cumque alias Camuſius, prout gloriatur, *nihil fere relegerit, aut expunxerit*, ampliore ſpatio ad agendum hoc negotium non indigebat. Jam vero in primo libro, quem plane, niſi omnes me fallunt calculi, poſt ſuum Burgofonte reditum ſcribere exorſus eſt, ſuffragium approbatoris comparet, quod notæ temporis, 5. Novembr. 1621, ſubſcriptionem habet; Ergo, ſi au-

thori ad lucubrandum, aut potius præpropera feſtinatione exarandum librum, unus, alter, & tertius etiam menſis permittatur, Menſe Junio, vel Auguſto, vel Septembri anni 1621, ſe commiſit itineri; id, quod cumulate & ex toto convenit cum Janſenii ad Sancyranum literis. Itaque Petrus Camuſius iter Burgofontem ingreſſus eſt tempore, quo conventus Deiſtarum habebatur. Sed num is huic cœtui etiam interfuit? Quæſtionem hanc ac nodum ſola ſedulitas atque exquiſita ſolertia, qua in fabricati ibidem ſyſtematis executione commiſſas ſibi partes egit Camuſius, expedire poteſt.

Articulus III.

Petri Camuſii pro inito Burgofonte conſilio conatus, ac liber contra conſcientiarum moderatores, atque directores animorum.

Facta Burgofonte munerum partitio id negotii dederat Epiſcopo Bellicenſi, ut primus ad uſum tertii pro invehendo Deiſmo adjumenti animum adjiceret, operamque ſuam poneret in infamandis animarum rectoribus, tanquam *quærendo lucro penitus affixis*, ut ſublata hoc pacto omni ipſis fide ac pretio, deſpicatui atque ludibrio ſint fidelibus, quos contra nefarium Burgofontanum ſyſtema bonis ſuis] conſiliis ac monitis munire & arma-

re

re poſſent. Eja, ut in maleficio deprehendamus hominem, ipſius premamus veſtigia, & omnium argumentorum loco ſit filum illud, quod in libris ſuis ad ſe inſequendum ipſe nobis porrigit.

Equidem ex ſatyricis ſalibus & mordacibus dicteriis contra religioſos, quæ plerorumque librorum, quos in lucem effudit Camuſius, veluti baſes ſunt, ad concipiendum adverſus ipſum grave præjudicium, plusquam ſatis nobis argumentorum naſceretur; at ultro ea miſſa faciamus; nam ipſemet rationem nobis offert adhuc perſpicuam magis ac decretoriam, ſtatuendi aliquid de conſilio, quod de omnibus univerſe *conſcientiarum moderatoribus atque animorum ducibus* fœde lacerandis ſuſceperat.

Sub idem tempus, quo animos calamosque Janſenii ſuus *Auguſtinus*, Sancyrani *Petrus Aurelius* occupatos tenebat, Petrus Camuſius arma ſua ad aſſiliendos omnes conſcientiarum rectores acuebat. Liber ab eo *deſtinata opera* ad id procuſus, ut illos *ſemper & ubique ad facienda ſordida lucra accinctos* exhiberet, hanc inſcriptionem habet: *Director gratuitus ex mente & ſpiritu beati Franciſci Saleſii.* Dicamus pauca de hoc opere, antequam ſuccum ac medullam ex eo exprimamus.

Pro modo temporis ac moræ, quo præcipui Factionis libri prodibant e prelo, iidem mittebantur ad Janſenium. Ex quadam ipſius ad Sancyranum epiſtola diſcimus, eodem fere tempore, quo Tomum *Petri Aurelii* alterum, ab Auberto Collegii, quod * Laudunenſe dicitur, Pariſiis Præfecto per curſorem publicum ad ſe miſſum acceperat, alia etiam via adveniſſe *Directorem gratuitum*; de quo breve hoc judicium fert: (*b*) *videtur multum ei veri ineſſe, nec miror, de eodem ſupprimendo agi.* Exprobrabatur autem Epiſcopo Bellicenſi, quod ab hæreticis Genevenſibus alteris typis *Director* ipſius *gratuitus* excuſus, & petulanti ac maledico hoc titulo inſignitus fuerit: *Papiſtæ mutuo ſeipſos devorantes*; repoſuit Camuſius in rei veritatem indagaſſe ſe,& certis authoribus,ipſis nimirum Bibliopolis Hugonotis, compertum habere, id, (*c*) *falſum, & plusquam falſum eſſe.* Sed omiſſa rei hujus inquiſitione, ut demus aliquid libro, quem pro amoris in illum ſui prærogativa (*d*) *Beniaminum & lætitiæ ſuæ filium* vocat, id unum obſervemus, ex eo, quod ipſius verbis & argumento tam tetra exprobratio, tanquam fundamento niti potuerit, recte argui, non exiguo illum vitio laborare.

Libri

(*b*) Epiſtola data 25 Aprilis 1632.

(*c*) Declaratio de Melitone pag. 51.

(*d*) In Præfat. de opere Monachorum, pag. 1.

(*) Laon.

Libri hujus, ſi quidem authori credimus, ſcopus eſt, (*e*) *præcipue pias & ſimplices animas juvare conſilio, ut habito delectu probum, cujus fidei conſcientiam ſuam tuto committere poſſint, vitæ ac morum ducem ſibi adoptent*; ſi vero noſtros ipſimet oculos, & ea, quæ in libro legimus, conſulamus, finis illius non alius eſt, quam ut omnes conſcientiarum rectores in ſuſpicionem & contemptum adducat, iiſque omnem fidelium fiduciam abroget: reipſa totus liber in breviſſimam hanc ſummam & ſimplicem ſyllogiſmum redigi poteſt: Vitandi ſunt directores, quorum ratio conſcientias gubernandi non niſi in turpi quæſtu ac faciendo compendio verſatur: atqui omnium directorum, qua conſcientias gubernant, ratio in turpi quæſtu ac faciendo compendio verſatur: ergo omnes vitandi ſunt. Quæ autem, malum! hæc tam peregrina & inſolens, quam ignominioſa ſanctæ religioni noſtræ obtrectatio eſt? Quid enim? omnes JEſu Chriſti Miniſtri, ab Eccleſia ad rectionem conſcientiarum adhiberi ſoliti, *toti in curanda commoda ſua ac lucra incumbunt?* ſordida avaritiæ labes & cæca cupiditas omnium, quibus funguntur, munerum & actionum anima eſt? Ita quidem Petrus Camuſius, idque, ſi rationibus & argumentis confirmare non poteſt, certe maligno calamo aſſeverare non horret, & quidem tam crebra ejuſdem cantilenæ repe-

(*e*) Direct. Gratuit. pag. 450.

petitione, toties variatis verborum fallaciis, tam faceto rem eloquendi genere, ne quid acerbius dicam, ut omnes noſtræ ſanctæ religionis inimici facile ad aſſenſum trahendi, & quin animum advertant, ſcitas ac lepidas Epiſcopi Bellicenſis ſimilitudines & ludos pro ſolidis argumentis, quæ pro ipſo contra directores rem conficiant, habituri ſint.

§. I.

Petri Camuſii aſſertio, omnes conſcientiarum moderatores totos eſſe in quærendis lucris ſuis.

Jam ab exordio *Directoris* ſui *gratuiti* omnibus compertum eſſe vult, in animo ſibi eſſe, exagitare proprii commodi ac lucri ſtudium, ubicunque ſibi incurrerit in oculos: (*f*) *Quin igitur*, ait, *noverint univerſi, idque ſemel dixiſſe ſufficiat, in hoc ſcripto propoſitum mihi eſſe, vitium cupiditatis & nundinationis, quæ ſolis privatis emolumentis ſtudet, culpare in omnibus, quicunque eo infecti ſunt, & perinde habeo, ſive ſub ſacra, vel profana, ſub Sacerdotis vel Paſtoris, ſub Cænobitæ vel Monachi veſte lateat.* Ut autem fidem, quam Burgofonte dederat, liberaret, ac perſonam, quam ſuſceperat, rite ſuſtineret, ſub omni veſte hoc vitium eum cernere opor-

(*f*) Direct. Gratuit. pag. 69.

oportuit; & profecto, ſi unam demas, illud deprehendit in omnibus; utrum autem hæc unius veſtis exceptio demat vel deroget aliquid initæ Burgofonte ſtipulationi, ſuo loco expendemus: interea facta a Camuſio directorum, cum aureorum vaſorum vel gemmatorum operum artificibus collatio, ſola abunde ſufficeret ad prodendam affectionem animi, qua ad ſcribendum acceſſit, & in eoſdem calamum ſtrinxit: (*g*) „ Pleriſque, inquit, „ directoribus lucrum ſuum, non JEſu Chriſti, in oculis & amoribus eſt; & perinde, „ ac ſi totidem aurifices vel gemmarii eſſent, „ non niſi aurum & gemas pro materia expetunt, in qua artem & opus ſuum factitent. „ - - (*h*) „ ubique, quidquid alii contra ſtatuant, plus aliquid terreſtre, quam cæleſte, plus de materia & corpore, quam „ de ſpiritu eſt: latet anguilla ſub rupe, anguis in herba. „ Ita ille; ſed quid? *ubique* pervagatum eſt hoc malum? *ubique* latet hic anguis? In cujus ergo conſcientiæ arbitri ac moderatoris nos fidem demus, qui ſpectet & ſequatur aliud, quam quod cum lucro ſuo conjunctum ſit? Verum audiamus Camuſium; jam is ſingulos, qui avido in quæſtus ingenio ſunt, enumerare incipit.

§. II.

(*g*) Direct. Gratuit. pag. 313.

(*h*) ibid. pag. 129.

§. II.

Petri Camuſii aſſertio, Parochos & Curiones omnia ad lucrum ſuum revocare.

Num curæ nos & fidei Parochorum noſtrorum tradamus? Verum ab his ipſis Petrus Camuſius in recenſione ſua initium ducit, & oſtendere aggreditur, omnes conſcientiarum rectores *appetitione augendæ rei ſuæ ex toto inquinatos eſſe.* Quod autem in habendo cenſu primos illos luſtrationem ſubire jubeat, non ea ratio eſt, quod plus minusve aliis emolumentorum ſuorum appetentes ſint, ſed quod cum in ſupplicationem proceditur, *primum in agmine locum teneant.* Fingit itaque, & tanquam prævium quoddam poſtulatum ſtatuit, Curiones juxta, ac Religioſos ſine intermiſſione de paupertate queri; illos de inopia Parœciarum ſuarum, hos Cœnobiorum; & poſtquam fabricavit ſibi hoc ſpectrum, illud generoſe invadit, & ideo (*i*) „ ante „ omnia, ait, inquirendum modo eſt, num „ querelæ, quas Paſtores & Cœnobitæ de „ egeſtate parœciarum ac monaſteriorum ſuo„ rum movent, præter verum & modum „ non ſint. Quoniam vero Paſtores pro ve„ nerabili antiquitate ordinis ſui primi ince„ dunt in ſupplicationibus, hic ipſis quoque „ ho-

(*i*) ibid. 183.

„ honor habebitur, ut primas in reprehenſio„ ne partes ferant.„

Poſteaquam autem privatum commodum, cui directores inhiant, in tres claſſes partitus eſt, ſcilicet in commodum oblectamenti, commodum honoris, & commodum utilitatis; primum, de quo Curiones redarguit, illud eſt, quod, dum qui ex Parœcia ſua ſunt, ad frequentandum templum Parochiale adhortantur, privato commodo honoris obſequantur; ſic enim mentem ſuam explicat: (k) *Curio apud eos, qui ipſo conſcientiæ moderatore utuntur, in ſuis colloquiis prædicat dignitatem Parœciæ: monet, hanc Eccleſiam fidelis Chriſtiani matricem eſſe: in ea renatum ex aqua & Spiritu ſancto* &c. *Et hic*, poſt expoſitas Parochialis templi prærogativas proſequitur ſermonem Camuſius, *& hic amor ſui ipſius ſatis aperta facie perſonam ſuam, & pro domo ſua agit ſub pallio privati commodi honoris & præſtantiæ: humana cupiditas nomine dignitatis Parochi, & Eccleſiæ Parochialis tegitur; quod quidem artificium nimis craſſum eſt, quam ut oculos fugiat, & latere poſſit.* Quodſi jam Curiones, & alii Sacerdotes, Curionatus officiis & functionibus deſtinati, dum Parœciæ ſubjectos ad adeundam matricem ſuam Eccleſiam excitant, ſub cohortationibus ſuis privati commodi ſenſus occultant, certe audiendi non

(k) Director Gratuit. pag. 96.

ſunt, imo etiam procul fugiendi; hæc enim Camuſii doctrina ac præceptum eſt: (*l*) *Fidelis circumſpectus & prudens, quamprimum hujusmodi cupidam ac lucri ſtudioſam indolem adverterit, leniter & ſedate, quantum maxime conſequi poterit, atque ſuſpenſo gradu huic ſe directori ac directioni ſubducat.*

At ſatis non erat exprobraſſe Curionibus, quod privatum honorem aucupentur; oportebat etiam illos, ac præcipue in hunc finem, ut omnis eorum tanquam hominum *quæſtuoſiſſimorum* bona fama evaneſceret, denigrari ac per ora populi traduci, velut *ſordidi lucri reos, & privatæ utilitatis captandæ cauſa agentes omnia;* id, quod omnium maxime directores animorum, deſpicientiæ atque odio hominum exponit. Ut autem occultum hoc Parochorum vitium in conſpectum lucemque proferat Camuſius, in ipſos etiam cordium receſſus admirabili ingenii vi penetrat, & in illorum intentionibus, quibus eos in rebus agendis duci ait, id detegit, ex quo actionem ſuam contra ipſos inſtruere poſſit. (*m*) „ Nam cur, quærit, & quorſum „ Paſtores quidam ac Parochi, in adminiſtrando animarum ſibi commiſſarum negotio, „ toties & tam importune Eccleſiarum ſuarum „ inopiam occinunt, niſi ut & ſibi pars obveniat „ ex iis, quibus templorum penuriam ſuble-

„ va-

(*l*) Ibid. pag. 125.
(*m*) Ibid. pag. 185.

„ vari, & rem augeri cupiunt? „ Jam vero omnes Curiones, qui Eccleſiarum ſuarum neceſſitates commemorant, facile, quantumcunque eæ veræ ac certæ ſint, graves ac moleſti accidunt iis, qui illis mederi & opem ferre tenentur: deinde pauciſſimos Curiones reperies, a quibus non munus ſuum ac ratio poſtulet, ut ſuo loco ac tempore de his neceſſitatibus admoneant eos, a quibus iisdem ſuccurrendum eſt: ſi jam fas erit de horum Curionum arcanis conſiliis atque animi ſenſibus judicium ferre, quale fert Camuſius, quisnam fidelium, ſi quidem *prudens ac circumſpectus* reputari velit, & cujusnam Curionis ductum declinare, obligatus non erit?

Verum his non contentus Epiſcopus Bellicenſis, non petit modo, ut devitetur omnis cum conſcientiarum moderatoribus, qui haberentur quæſtuoſi, communicatio, ſed multo etiam magis cum illis, in quibus nullum omnino privatæ ejusmodi cupiditatis appareret veſtigium; quandoquidem hæc poſterior directorum claſſis longe omnibus aliis periculoſior, & propterea etiam vehementius extimeſcenda ſit. En tibi ipſius argumentum, aut potius verba inania: (*n*) „ Malus „ hic dæmon (privati lucri aviditas) e lon- „ ginquo inſidiatur & imminet: clam & ſine „ ſtrepitu viam ſibi ad faciendum aſſultum „ præmunit: hamum eſca & illicio tegit, at-

 „ que

(*n*) Direct. Gratuit. pag. 128.

„ que verſutiis ſuis eo magis homines decipit,
„ (& ideo magis cavendus) quo minus in
„ perſonatum & larvatum fraudis ſuſpicio ca-
„ dit. Nunc director, ab hac cupiditate ſti-
„ mulatus, peculiare ac proprium ſuum emo-
„ lumentum reſpicit ac quærit; nunc ſuæ
„ Eccleſiæ & communitatis: oportet vigilem
„ eſſe, & ad omnia attento excubare animo.„

Quo vero devoluta eſt Eccleſia JEſu Chriſti, ſi hac forma, hoc ingenio, his moribus ſint, ad quos pertinet eſſe ſalem terræ? Quo redacti omnes fideles? cum in eas anguſtias conjecti ſint, ut in illorum fide ac charitate acquieſcere non poſſint, qui pro ratione muneris ſui ipſorum in rebus animæ Patres agere debent, neceſſe habent, *ab eorum ſe diſciplina & conſuetudine removere*, atque alibi ſapientes conſcientiarum arbitros quærere; at quo ibunt, ut inveniant? Forte ad Religioſos? equidē PetrusCamuſius hos hucuſque intactos, & in iis aliquod fidelibus perfugium reliquit: ſed non ad longius tempus, nec aliter, niſi ut eos iisdem paulo poſt violentius eripiat; nam ſi ea, quæ ad commaculandos ſacerdotes ac directores ſæculares ſpuit, cum illis, quæ effrænata maledicentia in Religioſos vomit, in contentionem veniant, illa priora fere pro nihilo ducenda ſunt.

§. III.

§. III.

Petri Camuſii aſſertio, religioſos animarum moderatores, omnia privato ſuo quæſtu ac commodis metiri.

Scriptor fœcundi ingenii & calami non ſemper inter ſeria ſtylum ſuum ita contineri ac coarctari patitur, ut non ſubinde evagetur ad ludicra. Epiſcopus Bellicenſis, ut feſſum a ſcribendo animum recreet, ſaniorem induit, & inſulſis jocis ludit in religioſorum veſtes & togam, calceamenta, promiſſas barbas, loquendi modos inter ſe uſurpari ſolitos, quandoque etiam in vota religioſa, quæ (o) *concinnatas ex cerimoniis & magnificas excellentias* appellat. At cum reverſus ad ſeria, jucundiſſimum ſibi argumentum reſumit de imputando religioſis directoribus *conſectandi privati lucri vitio;* tum enimvero magna ſua voluntate, omniumque virium contentione rem agit, nihilque induſtriæ ſibi reliquum facit, ut de accuſatione illa ſua & objecto crimine omnibus conſtet: variæ idem enunciandi formæ, orationis copia, argutiæ & lepores non minorem certe notant vim malignitatis, quam ubertatem ingenii.

Agedum, aperiamus iterum *Beniaminum* Camuſii: poteſtne elegantius quidquam ac ma-

(o) Direct. Gratuit. pag. 224.

magis delicatum eſſe illo eloquendi modo, quo explicat, ſacrum tribunal a Confeſſariis converti in univerſalem quandam officinam lucrandi omnia bona, præter animas? Apertus ſanctæ religionis noſtræ hoſtis id crude & impolite eſſatus eſſet; at Camuſius ornatiſſimo & ſplendidiſſimo dicendi genere rem ediſſerit: (p) „an non, inquit, res foret non modo „reprehenſione digna, ſed ſeveris pœnis caſti„ganda, ſi quis in Confeſſarii ſede conſti„tueret ſibi menſam argentariam pro exer„cendo fœnore; fundum vectigalem: præ„dium elocandum villico: tabernam Nundi„natoris: tabularium Procuratoris forenſis, „aut Muſæum Notarii, quæ ſiquis ingredi„tur, plus ibi relinquat neceſſe eſt, quam „inde referat: recte ad capienda alia, quam „piſces, & artem negotiandi ac lucrandi lon„ge alias merces, quam DEO animas? Non „eſt, cur credam, tam vili illicio impeti, „aut vinci poſſe viros, - - qui ad eum con„temptus gradum auri, argenti, & omnium „terrenarum opum evecti ſunt, ut non tra„ctent, & ne attingant quidem, ſaltem pro„priis manibus, eleemoſynas, quæ ex pe„cuniis conſtant, ſed eas profanorum homi„num manibus tradi & recipi velint. - - Quæ „ipſa animi magnitudo ſimilitudinem quan„dam gerit cum illa, qua magni Domini, „Reges, Principes, ac Proceres proventus, „vectigalia & æraria ſua non ipſimet ſuis, ſed „ali-

(p) Ibid. pag. 307.

„ alienis quæſtorum ſuorum manibus pro-
„ curant. „

Hæc Camuſius acute omnino & ſubtiliter; at quanto major adhuc ejusdem ſolertia ac perſpicacia eſt, cui parem de ſe nemo jactaverit unquam, cum videt, & detegit, quod vel animo ſibi fingere nullus præter ipſum poterat, nempe ſtudium privatæ utilitatis in maxime heroicis probiſſimorum directorum actionibus; in quas ſi execrabilis hic cupiditatis ſpiritus ſe ingerat, quid tandem erit, in quo nidum ſuum non conſtruat? Euge! expendamus commemorabilem Camuſii obſervationem.

Vivebat Epiſcopus Bellicenſis tum, cum peſtilens lues magnam Galliæ partem depaſceret: non videtur autem ſenſiſſe propius circa ſe graſſari hoc terribile flagellum; ſecus enim de eo certe mentionem feciſſet; ignorare tamen non poterat, ſuo tempore præſtitiſſe Religioſos omne id, quod noſtra ætate * ante quadraginta circiter annos ſuis oculis ab illis fieri vidit magnus Epiſcopus Maſſilienſis; ſciebat, ex omnibus partibus eos ad obſequium peſte infectorum concurriſſe; & tamen adeo nobilem charitatis actum, quem nemo vix unquam ſuſcipiat, niſi contemptor omnis diſcriminis, & obfirmato ad profundendam ultro vitam animo ſit, hunc, inquam, actum

(*) Anno 1720 & 1721, quibus Maſſiliæ ex lue octoginta hominum millia interiiſſe dicuntur. *Interpres*.

Petrus Camuſius contumelioſiſſimo vocabulo appellat *fortitudinem larvatam*, & quod prope ſupra fidem eſt, proprium in eo commodum tam *honoris*, quam *utilitatis* deprehendit. En ipſius verba: (*q*) „ Cæterum non „ nego, quoſdam tempore peſtis, aut belli, „ vel ex occaſione ortarum hæreſum pro ſalu„ te animarum & corporum ardua tentare & „ aggredi, & quandoque etiam majora ac „ plura experiri, quam ipſos Paſtores, qui „ ab hujusmodi tempeſtatibus ac procellis ani„ mos terrore ſubigi ac frangi ſinunt. „ Poſt longam hac ſuper re loquacitatem, generoſitatem eorum, qui tanta in alienæ ſalutis negotio conantur & audent, aſſimilat illis *præcipitis animi ardoribus, quos impotens ira & rabies in ſingularia certamina rapit, illis æſtibus, quibus acti milites in cruenta prælia ruunt*; & uberes has ac magnificas comparationes claudit his verbis, *imo ipſa proprii commodi cupiditas, ſeu honoris, ſeu utilitatis, nonnunquam potentiſſimum incitamentum eſt ad præſtandam larvatam hanc fortitudinem.*

Poſt retectum tam feliciter hoc myſterium, nunquid poterat Camuſius in Præfatione Directoris ſui Gratuiti jure hac eleganti metaphora uti? (*r*) *Offero tibi bic, lector, conſpicilla, quibus proxime intuearis ea, ad quæ buc-*

(*q*) Direct. Gratuit. pag. 362, 363, 364.
(*r*) Præfat. ad Lectorem pag. 5.

hucuſque nunquam rite animum advertebas. Si vel tantillum Camuſius cum hoc oculorum ſubſidio mutuos quoque dare potuiſſet ſuos oculos, crediḋiſſet mundus æque, ac ipſe, videre ſe in vitæ contemptu, quo charitati litant directores, qui contagioſorum ſe obſequio conſecrant, ſordidiſſimam privati lucri & commodi cupiditatem. Sed intentiore & magis ſerio tono loquamur.

Si vel ex paucis his & brevibus adductis ſpeciminibus de *DirectoreGratuito judicemus*, an non haberent Deiſtæ Burgofontani, de quo ſibi ſatisfactum eſſe faterentur? Et an Janſenius ſecundum principia ſua non habebat rationem de hoc libro profitendi, *multum ei ineſſe veri, nec mirari ſe, de illo ſupprimendo agi?* Et Abbas Sancyranus non loquitur tanquam æquus rerum æſtimator, dum ait: (*s*) *lege libros ejus* (Reverendiſſimi Epiſcopi Bellicenſis) *& facile mecum agnoſces, nihil ab eo Regularibus largitum, unde ſuperbiant, multa etiam ſuggeſta, unde humilitatem, quam profitentur, meminerint?* Ex quo amici ſui Sancyrani de ſe teſtimonio (ut hoc obiter dicam) eum voluptatis ſenſum cepit Camuſius, ut ad reddendam gratiam hunc Abbatem laudet & prædicet (*t*) *tanquam prodigium ſapientiæ & modeſtiæ, qui ſe Petri Aurelii nomine tegat.* Redeamus ad principale noſtrum argumentum.

(C) 5 Ec-

(*s*) Petrus Aurelius Tom. I. pag. 67.

(*t*) Declarationes de Melitone pag. 61.

Eccleſia Chriſti non ita deſtituta eſt probis & ſanctis conſcientiarum moderatoribus, ut non ſit magnus eorum numerus, qui ſummæ ſibi religioni ducerent terreni lucri quippiam quærere aut recipere pro impertiendis fidelibus ſacris myſteriis: latere id Epiſcopum Bellicenſem non poterat: interea tamen Confeſſarii, quorum gratuita, omnemque mercedem exoſa opera in propatulo erat, infamandi erant tanquam *quæſtuoſo mercimonio & diteſcendi deſiderio penitus addicti*; ſecus munere ſibi Burgofonte decreto non niſi imperfecte & aliqua ſolum ex parte functus fuiſſet, & fideles *prudentes & circumſpecti* ad hos ſe animorum rectores atque arbitros, conſilii cauſa applicare potuiſſent. Sed Petrus Camuſius hunc illis receptum & perfugium obſtruit; En modum, quo Confeſſarios illos contemptim accipit, & aliis contemnendos objicit: una manu, ut ita dicam, eos mulcet & palpat; altera jugulum petit, ac ferit: igitur præfatus, eſſe Paſtores ac Sacerdotes alios, qui ab ipſis pendent, eorumque vices gerunt, itidem plures *Cœnobitas*, a ſeveritate antiquæ ſuæ diſciplinæ ſolutos, qui accipiunt id, quod fideles pro variis præſtitis ſibi ſacris obſequiis largiuntur, ſermonem transfert ad illos, quorum gratuita omnino ac liberalis opera eſt, aitque: (*u*) „ Quodſi aliqui ſtrictius & accuratius in adminiſtrandis Pœnitentiæ & Altaris Sacramentis leges inſtituti ſui obſervent, „ nec

(*u*) Direct. Gratuit. pag. 442. 443.

„ nec minuta vitæ ſubſidia, quæ fideles laudabiliter in grati animi ſignificationem rependere ſolent, admittant, res plane digna „ commendatione eſt, & integritatem intentionis, qua divina hæc & ſacra miniſteria „ procurant, teſtatur, cum æquum & decorum ſit, ut gratis illa elargiantur, quemadmodum gratis poteſtatem ea aliis impertiendi acceperunt. „

Ex hoc tam legitimo ac recto ſentiendi & loquendi modo, quis non inferret; ergo habent tandem fideles aliquod Directorum & Confeſſariorum genus, ad quos adire, ſuamque in iis fiduciam collocare poſſint? Verum nihil horum ex eo confici docet Camuſius, dum acrem Philoſophum agit, & oſtendit, nullos magis aſpernandos eſſe, quam hos ipſos, utpote omnium maximos privati quæſtus captatores. „ At (pergit criminari) ſi „ licet ab effectibus gradumfacere ad cognoſcendas cauſas, quando videmus, id, quod „ una manus repudiat, copioſius redire ad „ alteram: potius eos ſementem ſpargere ad „ colligendam ampliorem meſſem, quam reſpuere: retro pedem referre, ut capto majore impetu altiorem ſaltum dent: exponere muſcam ad capiendum piſcem: dimittere pulicem, ut acquirant elephantem: equidem neſcio, an non hæc deliberata agendi „ ratio minus ſimplicitatis exhibeat, quam „ prudentiæ, plus autem propenſionis in privata lucra recuſationis ſuæ pallio tegat;

„ quam

„ quam ſimplex, modeſta, & innocens ac„ ceptio illius, quod in modum eleemoſynæ „ oblatum eſt. „ Hem ictum, quo omnes, aut fere omnes directores petuntur! qui accipit quidpiam, *director quæſtuoſus*, & ideo fugiendus eſt: qui, *ut accurate & ſtricte inſtituti ſui leges obſervet*, nihil accipit, adhuc *quæſtuoſior* eſt: Petrus Camuſius id monſtravit quinque vel ſex lepidis comparationibus; quid agendum igitur; cui fidendum; quinam directores audiendi ſunt? nullos, definit Camuſius; & ſic quam belle *pias & ſimplices animas juvat conſilio, ut habito delectu proborum, cujus fidei conſcientiam ſuam tuto committere poſſint, vitæ ac morum ducem ſibi adoptent.*

Inter innumeros fere JEſu Miniſtros, ſive extra, ſive intra religioſas familias degant, non amplius reperio alios, de quorum æquitate aliquod ſibi auxilium fideles polliceri poſſint, quam illos Confeſſarios, de quibus fama eſt, propenſe & benigne hominibus plebejis & egenis confitentibus aures præbere: hi utique a Petri Camuſii ſatyris immunes erunt? Imo vix magis ipſis parcit, quam reliquis: cum inficiari non poſſet, plures hujusmodi eſſe, qui non modo non recuſent, ſed ultro etiam & magna animi alacritate illis audiendis operam ſuam offerant, en omne id, quod ſua ipſi malignitas ad Confeſſarios hos pungendos ac vellicandos ſuggerere potuit:

(x) Quodſi interdum aliqui e Confeſſariis ad dirigendos plebejæ conditionis homines, vel pauperes ſe demittant, id præcipiti ingenio & repentinis animi æſtibus in acceptis ferendum eſt, qui tamen paulo poſt deferveſcent iterum, & penitus extinguentur. Jam vero cuivis æſtimare facile eſt, num fieri potuerit, ut majore ſolertia & accuratione ſatisfieret ſuſceptæ Burgofonte provinciæ, qua *ad tollendam, aut certe imminuendam moderatorum & arbitrorum conſcientiarum authoritatem, & bonam de eorum directione exiſtimationem, iidem exhiberentur ſolius lucri proprii & privatæ utilitatis ſtudioſi, ſeu totaliter intereſſati.*

Ajebam ſupra, Camuſium a reliquo directorum ac confeſſariorum cumulo, quos omnes, ſeu intra religioſos parietes vivant, ſeu in ſæculo, *de ſordida privati emolumenti aviditate* reos poſtulat, exprimere directores integri cujusdam ordinis; ad quos proinde accedere, atque perfugium habere poſſint fideles, ſane conſideratione dignum, eoquod ab ipſo Camuſio, alieno prorſus ab omni privato lucro animo eſſe prædicentur; quo caſu non tam admirabili diligentia, qualem diximus, datam Burgofonte fidem ſervaſſet; quoniam promiſerat, omnes Confeſſarios & Directores notare infamia, ac omni authoritate ſpoliare. Ve-

(x) Direct. Gratuit. pag. 440.

Verum hic nodus facile ſolvitur ; nam primo, quomodo unus religioſus ordo, quantumcunque amplus & numeroſus, ſufficiat audiendis fidelium confeſſionibus, ſi illi, quos ſuppeditat, confeſſarii ſoli ſint, quibus, tanquam ſolis omnem mercedem ac lucrum averſantibus, fides haberi poſſit? deinde hoc ipſo, quod, Epiſcopus Bellicenſis, dum cæteris directoribus immanem labem aſpergit, ab ea autem integri cujusdam ſacri Ordinis directores eximat, hæc eadem exceptio, ex communi juris forma, firmat regulam in contrarium, & evidenter probat, illum omnibus aliis conſcientiarum arbitris ac moderatoribus teterrimam dicam ſcribere. Itaque poſteaquam imaginem quandam pinxerat (y) *Directoris Cœnobitæ vere gratuiti*, atque inter alia dixerat, hunc directorem tenuitatis ac penuriæ ſuæ tolerantiam *amare*, *veluti Liam quandam*, *ab æterno Labano ſibi connubio junctam*, in laudes tandem excurrit totius cujusdam religioſi ordinis, quem tanquam *perfectum exemplar* integritatis & incorruptæ fidei, ſine ullo ſui commodi reſpectu, ob oculos nobis conſtituit. Sed de quo ordine loquitur? Num per omnem Galliam late diffuſus eſt? num tot prudentibus & doctis Confeſſariis abundat, ut per omnes regni provincias ſeſe aggerem objicere poſſint progreſſibus graſſantis mali Burgofontani ? Sed hem! ordo, de quo loquitur, in tota Gallia unam unicam do-

(y) Direct. Gratuit. pag. 289 & ſeq.

domum habet * Pariſiis, qua tota hæc religioſa familia, quanta in Gallia eſt, continetur. Ergo elogium integritatis & illibatæ ab omni privato lucro continentiæ, quam ſummo jure huic ſacro ordini tribuit, nihil omnino officit facto Burgofonte promiſſo, nec ulla ratione fideles ab univerſali directorum penuria, ad quam ab eo rediguntur, ſalvos præſtat aut liberat.

Liber religioni & ſaluti animarum tam noxius, qualis erat *Director Gratuitus*, non poterat non ciere grandem ſtrepitum: Religioſi, qui omnium aſperrime, improbiſſimeque in eo accipiebantur, cenſebant diſſimulandas non eſſe, nec impune & ſine reſponſo dimittendas calumnias, quibus refertus erat: Pugnatum ergo calamo contra Camuſium, confertæ manus, refutatæ calumniæ ſunt; ſed omne religioſorum ex hoc ſcripto illud lucrum fuit, ut Camuſius (cui librorum elucubrationes non pluris conſtabant, quam tempore verba chartæ allinendi) novum contra ipſos opus ſcriberet, priore multo ſpiſſius & contumelioſius, atque in rebus omnibus ad conſilium ac rationes Burgofonte initas accommodatum. Quoniam autem opus meum in immenſum creſceret, ſi Petri Camuſii veſtigia in omnibus ſuis contra religioſos declamationibus perſequi vellem; ſatis erit conſenſionem hujus novi libri cum ſyſtemate Burgofontano oſtendere; dein referre de

(*) PP. Theatini.

de eo judicium unius ex maximis ac graviſſimis Europæ viris ; ac denique attingere obiter rationem agendi, quam Camuſius poſt latum hoc judicium ſecutus eſt.

1. Conſtat, Deiſtas Burgofontanos unanimi conſenſu ſtatuiſſe, ut impoſterum, quæcunque ipſi opinionum portenta parturirent, S. Auguſtini nomine & authoritate munirent ; & convenienter huic Senatusconſulto anno 1638 vulgatum vidimus plenum offenſionis librum Sancyrani, cui titulus erat: *De ſancta Virginitate, ſermo ex S. Auguſtino gallice redditus, cum notis &c.* Et propter quem P. Seguenotius, quod illi nomen ſuum tanquam authoris præfigi pateretur, in Pariſienſem Caſtelli carcerem conjectus fuerat. Quatuor poſt annis in lucem emerſit Janſenii liber, adſcito puro & ſimplice nomine *Auguſtini.* At inter eos, qui Burgofontano conventui præſentes aderant, primus fuit Petrus Camuſius, qui hoc artificio uſus eſt ; fecit juris publici anno 1633 opus, de quo hic nobis ſermo eſt, hac inſcriptione inſignitum : *Sanctus Auguſtinus de opere Monachorum, &c. Authore Joanne Petro Camuſio, Epiſcopo Bellicenſi.* Et hoc eſt primum ſpecimen conſenſionis cum inito Burgofonte conſilio. En alterum! cum Burgofontani Deiſtæ conſtituiſſent religionem JEſu Chriſti abrogare, conabantur fidelibus eripere omne illud præſidium, quod iis ferre poſſent illi, qui conſiliis ſuis ac monitis

ipſos

ipſos tueri, & in pietatis exercitiis, in uſu Sacramentorum, & præcipue in fidei integritate continere ſatagunt. Petrus Camuſius ut aſſequeretur ſuum propoſitum, & negotio, quod in libro *Directoris Gratuiti* inchoaverat, extremam manum imponeret, tres rem conficiendi vias ac rationes commentus eſt. Inprimis perrexit animorum duces atque arbitros ludificare & calumniari, ceu homines, qui omnes actiones ſuas ad unam propriæ utilitatis rationem exigerent. Deinde corraſit *ex S. Auguſtino, de opere Monachorum*, quicquid aptum putabat ad ſtatum religioſum contemptui ac injuriis exponendum. Denique, quod principale atque directum libri argumentum erat, ſumma ope contendebat probare, omnium religioſorum partes eſſe, ut de manuum ſuarum laboribus vivant, idque ex vi ſtrictiſſimi præcepti, (z) *quod fundamenti inſtar eſt œconomiæ & diſciplinæ communitatum.* Et ne forte quis hoc effatum ſuum ad ſolos mendicantium ordines ſpectare exiſtimaret, *non cenſeo*, inquit, (a) *Monachos in cœnobiis, quæ liberaliſſime dotata, atque attributis ſibi fundis & vectigalibus inſtructa ſunt, magis hac lege ſolutos, & laborandi onere exemptos eſſe.* Viden itaque omnes religioſos, cujuscunque ſortis & ordinis ſint, ad eas anguſtias redactos, ut agrorum cultura, opificiis, aliisque illiberalibus artibus victum quærere, ſeque alere neceſſe ha-

 beant,

(z) De opere Monachorum, pag. 68.
(a) Ibid. pag. 105.

beant, quin ipſis locus ac tempus ſit ullum pium obſequium in concionibus, ſacris expeditionibus & Evangelicis miſſionibus, audiendis confitentibus, præbendis bonis conſiliis, regendis conſcientiis &c. Fidelium animis præſtandi. Neque etiam Deiſtæ Burgofontani, quantum ad Religioſos attinet, plus aliquid petunt.

2. Liber *de opere Monachorum* amariſſimo felle turgidus, neſcio, qua via, antequam ſubjiceretur prelo, manu exaratus venit in manus Cardinalis Richelii. Prudens hic regni adminiſter, utpote vir acri judicio, primo aſpectu omnem libri malignitatem, & quæ ex eo conſecuturæ eſſent, graves moleſtias perſpexit; hinc ſibi ipſus laborem ſumpſit ſcribendi Bellicenſi Epiſcopo, ut eum a propoſito, illum typis tradendi avocaret. Meretur hæc Eminentiſſimi Cardinalis epiſtola, in qua ſuum de hoc opere judicium interponit, ut hic ad verbum exſcripta locum habeat. Data autem eſt ad * S. Germani in Sylva 11 April. 1632.

Epiſtola Cardinalis Armandi Richelii ad Epiſcopum Bellicenſem, in negotio libri de opere Monachorum.

„ Domine. Poſtquam legi & diligenter ex„ pendi notas & obſervationes tuas in librum „ S.

(*) Saint Germain-En-Laye.

„ S. Auguſtini de opere Monachorum, offi-
„ cii mei eſſe cenſui, ut amice te admone-
„ rem, videri mihi, non aliud melius a te
„ conſilium capi poſſe, quam ut obſerva-
„ tiones illas tuas typis ſubducas & ſuppri-
„ mas. Actio hæc non ſolum accepta erit
„ DEO, ſed multum etiam gloriæ tibi con-
„ ciliabit apud homines, qui plane non
„ parvi facient victoriam, quam de teipſo
„ referes, dum curſum ſiſtes operis, quod
„ in eo jam erat, ut in apertum diem erum-
„ peret. Quodſi etiam nullam tibi curam inji-
„ cerent ea, quæ in ipſo libro continentur,
„ neque intentio, quæ ſcribentis calamum
„ animabat, id a te exigeret, certe liber-
„ tas, quam de hoc opere judicandi ſibi
„ quivis ſumet, a te impetrare debet. Sunt
„ in eo ſententiæ & verba, quæ non ſine
„ ratione in crimen vocabuntur nimiæ liber-
„ tatis & audaciæ: ſunt loci e ſacris literis,
„ quos non ſatis ſeria, ſed ludicra potius
„ interpretatione explicaſſe, atque in rem
„ tuam adhibuiſſe cenſeberis. Et demus etiam,
„ conſilium tuum non fuiſſe, quam loquen-
„ di de modico malorum religioſorum nu-
„ mero, qui bonis, velut lolia tritico, ad-
„ mixti ſunt; multorum tamen mentibus
„ hærebit ea opinio, verba tua omnes Re-
„ ligioſos, eorumque inſtituta a ſancta ſede
„ pro Eccleſiæ emolumento laudata & com-
„ probata, atque univerſum ſtatum monaſti-
„ cum impetere.

„ His meis obſervationibus addo, magnam „ te a rege, cujus pietatem ignorare non po- „ tes, initurum gratiam, ſi huic meo conſilio „ morem geras. De reliquo, ſi, quemadmo- „ dum mihi liquido confirmabas, non aliud „ ſpectabas in libro tuo, quam ut Hierarchiam „ Eccleſiaſticam defenderes, poſtquam modo „ Religioſi ad voluntatem Epiſcoporum ſe non „ gravate componunt in omnibus, quæcun- „ que hi ab illis jure exigere poſſunt; tantum „ abeſt, ut cauſari poſſis jus aliquod, idem „ acerbe ſcribendi genus proſequendi, quod „ cœpiſti; ut potius author tibi ſim, ut om- „ nibus connitaris viribus obliterare præteri- „ torum diſſidiorum memoriam, & ſiniſtram „ illam famam obruere, quæ in grande Ec- „ cleſiæ detrimentum pervadere poſſet animos „ hominum, nempe fuiſſe olim in ea ſimulta- „ tes & contentiones inter illos, qui omnium „ maxime pacem in ea & concordiam profiteri „ ac tueri debebant.

„ Epiſcopus * Maleoviopolitanus, epiſto- „ læ hujus bajulus, ſenſa mea de hoc argu- „ mento etiam enucleatius tibi ediſſeret, ac „ teſtabitur, quanto me tibi ſtudio devin- „ ctum habiturus ſis, ſi obſequaris conſilio, „ quod tibi præbeo pro gloria DEI, pro debi- „ to Regi officio, & tuo ipſius emolumento, „ quod mihi ſemper erit jucundiſſimum, ut- „ pote addictiſſimo tibi, Domine, tanquam „ Fratri, ad reddenda obſequia paratiſſimo

„ Cardinali Richelio. „

3. Re-

(*) de Saint-Malo.

3. Reſpondit his Cardinalis literis Camuſius (*b*) verbis & ſtylo, qui penitus deditum ipſius voluntati, ac ſubmiſſiſſimum conſiliis animum præferebant: fatetur in epiſtola ſua *aſperitatem* calami, quo contra Religioſos ſcriberet: diris devovet librum ſuum de opere Monachorum, & horrendis execrationibus configit: *Pereat*, inquit, *ſcriptum hoc - - - ejiciatur in terram oblivionis; ſit locus ejus inter ſpolia Achani, & impedimenta Holofernis, ſecundum voluntatem cæli. Ita fiat.*

Sed quamvis obſervantia, quam debebat Epiſcopus Bellicenſis & ſuæ, & Cardinalis regni adminiſtri, ad quem ſcribebat, dignitati, non videatur ullum permittere dubium, quin ſpecioſa hæc animi conteſtatio genuina ac ſincera fuerit; ingenui tamen & ſinceri quidpiam ſibi polliceri a Factioſis, perinde eſſet, ac circumveniri atque ludificari velle. Authorem, qui in ſocietatem Burgofontanorum Deiſtarum cooptari dignus habitus eſt, non oportebat ejus eſſe indolis, ut facile receptui caneret, & rediret ad frugem, quibuscunque demum rationibus ad id incitaretur; neque etiam ſeria hæc reſipiſcendi voluntas jure ab eo ſperari poterat, quicquid tandem fucatis verbis pollicitus eſſet.

(D) 3 Epi-

(*b*) Epiſtola data Pariſiis 26 April. 1632.

Epiſcopus Bellicenſis promiſit Cardinali omnia; ſed nihil omnium reipſa præſtitit. *Sanctus Auguſtinus de opere Monachorum*, cum notis & obſervationibus Epiſcopi Bellicenſis, typis excuſus eſt Rotomagi apud Adrianum Ouyn, cum præfixo in fronte nomine Authoris Jo. Petri Camuſii, & ſuffragio trium Doctorum, (*c*) quorum poſtremus, A. de Breda, cum viveret, ſe pro creato ab ipſa legum authoritate ſuffragatore librorum & libellorum omnium, qui a Janſeniana Factione edebantur in vulgus, gerebat. Liber de opere Monachorum non diutius, poſt literaras Camuſii ad Cardinalem datas, cunctatus eſt prodire in publicum, quam quantum temporis labor typographicus exigebat. Ut comparuit, tam pernicioſius exiſtimatus eſt, ut decreto 14 Julii 1633 edito ſuppreſſus, ejus exempla fiſco addicta, omnibusque Bibliopolis propoſita capitis pœna interdictum fuerit, ne illum vænum exponerent.

Quæ-

(*c*) **Duo reliqui Doctores erant Dufrêne & Demincé. Eorum ſuffragium notam temporis habet 1. Martii 1633, & quod inde conſectarium, datum eſt poſt reſponſum a Petro Camuſio epiſtolæ Cardinalis Richelii redditum.**

Quæſtio II.

Quomodo Janſeniſtæ, poſt Petrum Camuſium, proſecuti ſint artes & conatus, Confeſſariis & Directoribus exiſtimationem & authoritatem detrahendi.

§. I.

Lata ſecundum cauſæ merita ſententia, & reddita Camuſianis libris merces, qua ſe dignos reddiderant, nihil turbavit, aut repreſſit Janſeniſtarum conſilia, neque obſtitit, ut ne Burgofontani ſyſtematis progreſſum omnibus, quibus poſſent, viribus urgerent. Camuſii contra directores declamationes ac ſatyræ, belli, quod Factio illis denunciare atque inferre decreverat, veluti claſſica erant; belli, inquam, quod contra aliquos eorum tamdiu geſtum eſt, donec arma ponerent, & ſeſe ad cauſam ac partes priorum hoſtium ſuorum, & inimicorum Eccleſiæ adjungerent; belli, quod adhuc movetur in multos alios, & trahetur ac movebitur porro, quamdiu ea erunt virtute ac firmitate animi, ut cauſſam JEſu Chriſti, ejusque ſponſæ Eccleſiæ præferre audeant propriæ famæ & exiſtimationi, atque ignavo inhoneſtæ pacis ac quietis amori.

Epiſcopus Bellicenſis, ut vidimus, animo deliberatum habebat, omnibus univerſim Directoribus & Confeſſariis fidem & exiſtimationem eripere; illi tamen, qui in perficiendo hoc Burgofontani ſyſtematis capite nefarium laborem, quem ille exorſus eſt, proſecuti ſunt, magis conſultum eſſe cenſuerunt, (ne ſimul & uno tempore tot ac tantos adverſarios in caput ſuum accerſerent) intra hos ſe fines continere, ut ſolis religioſis infeſti eſſe pergerent, ſolos armis ſuis, ſeu conviciis ac calumniis inceſſerent; nec diffitendum eſt, hoc ſtratagema ſatis feliciter ipſis ceſſiſſe. Nacta eſt Factio ad hoc bellum tot fere milites, quot addicta ſibi capita; quivis eorum credebat, eſſe ſibi dotis ac facultatis quippiam, quod ad ſubeundum hoc pugnæ genus ſe aptum redderet: Erant, qui ſe ſatis ingenioſos putabant ad corradenda documenta & commentarios: alii ad eos digerendos, & recte atque ordine adhibendos: hi ad cudendas pernicioſiſſimi exempli hiſtorias, quæ ad id valerent, ut apud omnes odio conflagrarent, quos maxime denigrare & infamare cupiebant: illi ad compilandos Calviniſtarum libros, ac excerpenda peſſima quævis, quæ illi maligne contra Religioſos confinxerant: & quodſi erant, qui nullam ad iſta utibilem operam conferre poſſent, ſuum Factionis ſtudium, & odium in religioſos oſtentabant in conventiculis, in circulis, in colloquiis, in quibus ſectæ libellos commendabant, iisque pretium ac fidem conciliabant.

Im-

Immoderatum hunc & inſolentem agendi modum, neminem unum ignorare ſinit immanis libellorum cumulus, qui a centum & triginta circiter annis in lucem emiſſi, & ubique divulgati ſunt: hinc non niſi partem factorum, ac notabiliorum tantum attingam, quæ id ſpectabant, ut pro faciliore ſyſtematis Burgofontani executione fidelibus omnes Confeſſarii & Directores, qui a Factionis partibus non ſtarent, e manibus extorquerentur.

§. II.

Paulo ante Epiſcopi Bellicenſis obitum, alii quidam Epiſcopi, Factioni dediti, Janſeniſtarum votis ac conatibus, quibus in *deprimendos* directores, præſertim religioſos, incumbebant, ſinguli in ſuis diœceſibus, plurimum momenti & virium addidere. Erant autem, qui hoc ſuo in Janſeniſtas ſtudio tunc enitebant, Franciſcus Caumartinus Epiſcopus * Ambianenſis, Henricus Arnaldus, Antonii Arnaldi frater, Epiſcopus ** Andegavenſis, & Henricus Gondrinus Archiepiſcopus *** Senonenſis.

Primus magna violentia negotium Factionis egit contra PP. Jeſuitas & Capucinos, qua id effectum eſt, ut pro præfinita a Conventu Burgofontano forma, ambo, & hi & il-

(*) d' Amiens.
(**) d' Angers.
(***) de Sens.

illi, ad tempus ſacris fidelium in ſua diœceſi obſequiis inutiles redderentur.

Alter, ex bonitate naturæ moderati ingenii & conſilii, fere Janſeniſta non erat, quam quod a cauſſa ac rationibus Arnaldinæ ſuæ familiæ avelli nollet; putabat autem, poſſe quempiam verum & genuinum eſſe Catholicum, quicquid tandem de facto, ſeu diſtinctione juris & facti Janſenii cenſeret. Diligebat, & mille ſibi beneficiis devinciebat Jeſuitas Collegii * Flexienſis: at ſolicitantibus identidem, & aures obtundentibus Janſeniſtis, qui ex omni latere eum obſidebant, ceſſit denique importunitati hominum, & Factionis cohortationibus obſecundavit præcipue in eo, quod Religioſorum Andegavenſium immunitates ac privilegia adortus ſit, nulla tamen facta de doctrina mentione. Religioſi ordinum Mendicantium cauſſæ æquitate freti, tuebantur ſe & ſua, quantis poterant, rationum momentis ac viribus: obvium ſe quidem illis tulit, & adverſarium præbuit Bonichonus quidam ex Andegavenſi Oratorio; ſed liber, quo religioſis diem dixerat, eorumque cauſſam in crimen vocaverat, contrariis eorundem vindiciis confutatus eſt; demum hi * Nemauſenſis Epiſcopi patrocinium implorarunt, ut eo interprete ac pacis ſequeſtro cum Præſule Andegavenſi in gratiam redirent; in quam tamen illos amplius recipe- re

(*) de la Fléche.
(**) de Niſmes.

re noluit, omniſque hæc tempeſtas, quemadmodum Ambiani, in id denique deſiit, ut fideles Diœceſis Andegavenſis magno Confeſſariorum ac Directorum numero, qui eorum animis contra novos errores præmuniendis pares fuiſſent, privarentur. Et vero pro inquiſito & explorato haberi poteſt, nullam Janſeniſtarum machinationem magis ex ſententia, & feliciorem præ iſta eventum ſortitam eſſe; cum enim Regularium privilegia invaderent, potiſſimam Curionum partem, & ipſos etiam aliquot Epiſcopos, eo adduxere, ut ipſorum ſe partibus adjungerent, & conſiliorum cum ipſis ſocietatem inirent: Curiones Andegavenſes, exemplo Epiſcopi ſui concitati, ſcriptis literis, ut communem hanc ſecum cauſſam agerent, admonuere Curiones Pariſienſes, & Factio Janſeniſtica, ſpecioſo nomine defendendæ Hierarchiæ uſa, capto ex his turbis magno emolumento, in dies ſeſe diffudit, & acceſſionibus aucta crevit viribus, periculo & damno eorum, qui ipſius progreſſibus ſe opponere potuiſſent.

At nihil clarius oculis ſubjecit furorem Factionis cujuſdam, quæ vires ſuas noſſe incipit, quam id, quod in Diœceſi Senonenſi geſtum eſt. Erat Octavio Bellegardio hujus urbis Archiepiſcopo ex ſorore nepos, Henricus Gondrinus, qui in Jeſuitarum Seminario educatus, & bonis moribus ac literis inſtitutus fuerat. Agebant hi Patres cum Præſule Avun-

Avunculo, jam multum provectæ ætatis viro, ut Abbatem Gondrinum ſibi muneris ac dignitatis adjutorem adſciſceret. Sed Præſuli non tam benevolus de pietatis ſpecie, quam nepos ſuus ubique præferebat, ſenſus erat, ac aliis: videbat illum propius, & melius, quam quisquam alius, noverat: diu abnuebat Jeſuitarum, quos amabat, ſolicitationibus obſequi, reſpondere ſolitus iis, qui favebant nepoti, ejusque cauſſam perorabant: non noſtis, mei Patres, non noſtis hominem; ſi autem voti, quod pro nepote meo facitis, vos damnem, cognoſcetis illum ſuo tempore. Vaticinio huic plus nimio ſua fides conſtitit. Gondrinus creatus Archiepiſcopus, retinuit aliquamdiu memoriam bonorum officiorum, quibus de eo optime mereri Jeſuitæ ſtuduerant, nec omiſit quicquam, quod Præſul bene in ſocietatem animatus iisdem præſtare poterat.

Emiſſarii Portus Regii, cum quibus Bellegardius ante mortem omne commercium diremerat, novi Præſulis ubique hærebant lateri; & is non tam felix, quam ſuus Avunculus illorum ſe occupari blandimentis, & inſidiantium dolis circumveniri paſſus eſt: imo fuere etiam, qui affirmarent, eum annua penſione, primum quidem duodeviginti, deinde viginti quinque millium librarum, a Portu Regio emptum, Factionis partes amplexum fuiſſe, ea lege, ut hoſtilem in modum vexaret & perſequeretur eos, qui ardentius novis erroribus repugnarent. Sed utut

hæc

hæc res ſe habeat, cujus ego me vadem præſtare nolim, Gondrini Archiepiſcopi peſſime in Jeſuitas & Capucinos conſulentis agendi ratio, ſi profuſos huic ſumptus jungas, in quos faciendos proclivis erat, non vanam credendi anſam præbere poſſent, Janſeniſtas ipſum ex ea parte adortos eſſe, qua maxime imbecillis, & hinc facilior expugnatu erat.

Mutati erga Jeſuitas animi ſigna Gondrinus prodere cœpit in ipſo Anni 1647 exordio. Invitatus ab his Patribus Archiepiſcopus, ut in templo ſuo, die circumciſi Divini Infantis memoriæ ſacro, ſanctiſſimo Chriſti corpore populo bene precaretur, condixit, ſed adjecta hac conditione, ut eodem apparatu ac ritu in ipſorum templo, quo in aliis, in quæ plena ad ſe ſacra jurisdictio pertineret, exciperetur. Excepere Jeſuitæ venientem in primo hoc officioſo aditu, quo Præſul templum ſuum honorare dignaretur, omni, quo poterant, cultu ac veneratione *

Se-

(*) Edixerat poſt obitam apud Jeſuitas luſtrationem Archiepiſcopus, iturum ſe altero die ad PP. Capucinos. P. Quardianus de re admonitus, interdixit toti ſuæ religioſæ familiæ, ne quis ſe coram Archiepiſcopo ſiſteret; duobus duntaxat junioribus Capucinis negotium dedit, ut Præſulem ad fores templi operirentur ac exciperent, linteo amiculo ſeu ſuperpel-

Sequente anno, imminente Bacchanaliorum tempore, vetuit Præſul (ſed quas vetandi cauſſas haberet, explorari non poterat) ne Jeſuitæ per tres dies antecinerales ſanctiſſimum Sacramentum palam adorandum proponerent, cominatus, ſe, ſi ſecus facerent, venturum ipſum, & ſuis illud manibus ſublaturum. Modus præcipiendi ac prohibendi tam incitatus & inſolitus, & quidem in negotio, quod vel verbo abſolvi poterat, his Patribus mali augurii loco erat, ac diriorem tempeſtatem portendere videbatur, revocabatque in memoriam, ſed nimis ſero, verba illa, quibus Bellegardius ipſis tam ſæpe a nepote ſuo male ominabatur. Verum hæc non niſi præludia erant inſectationum & plagarum, quas illis infligere parabat Gondrinus: apertum cum illis bellum gerere conſtitutum habebat; ſed ſubmiſſio, qua ipſius voluntati-bus

---

pelliceo induti, cum thuribulo in manibus, addito in virtute ſanctæ obedientiæ præcepto, ne, quicquid quæreret Archiepiſcopus, vel verbo reſponderent, ſed omnis reſponſi loco ter agitato verſus ipſum thuribulo, & propinato thuris ſuffitu eundem venerarentur, prævia ſemper & ſubſequente profunda capitis inclinatione. Comparet Præſul; de P. Quardiano ſciſcitatur; cur non adeſſet, vel ubi moraretur, interrogat: primæ huic quæſtioni, non minus, quam omnibus reliquis, reſpondet thuribulum. Gondrinus diu incen-

bus obtemperaverant Jeſuitæ, hactenus arma & impetus continuit, ne palam graſſaretur. Aliam igitur viam iniit, qua, quod vellet, conſequeretur.

Anno 1649 legem tulit, ut, quicunque in Senonenſi Jeſuitarum domo ſacerdotio initiati eſſent, intra quindecim Paſchalis temporis dies in cathedrali ſua Eccleſia, non alibi, confitentibus aures darent, & hoc quidem eo ſolum anno. Præſtitere Jeſuitæ, quod petierat Præſul, atque reliquo anni ſpatio ipſis aliquantum quietis eſſe licuit. Altero poſt anno mutata eſt ſcena: petiit Præſul, ut Jeſuitæ iisdem quindenis diebus, non amplius in ſumma æde, non in proprio ſocietatis templo, ſed in variis Parochialibus urbis Eccleſiis confitentes de peccatis ſuis reos audirent. Id vero

---

incenſo hoc & fumido honore cultus, recedit tandem, & poſtero mox die omnibus Capucinis in ſacræ ſuæ juriſdictionis locis, ſacris interdicit, tanquam hominibus deteſtabilis doctrinæ, & quorum virtus ac religio mere ficta ac fucata eſſet. Rex de toto hoc eventu edoctus, non ſatis habuit rem riſu excipere; ſed ſcriptis literis Archiepiſcopo ſignificari juſſit, nolle ſe quidem in hujus interdicti cauſas inquirere; quoniam tamen Capucini de regno ſuo bene meriti eſſent, nec niſi de eleemoſynis viverent, quas laboribus ſuis ſibi compararent; cum ob ſublatam ipſis facultatem

Patres in Diœceſi Senonenſi pro ſacris tribunalibus jus dicerent: nomine & authoritate facultatum & approbationum, repoſuit Rector, quas nobis dedit Archiepiſcopus, & primum 20. Octobr. lapſi anni recens iterum ab eodem inſtauratas ac confirmatas accepimus: Cum autem ab eo exigeret Beniaminus, ut approbationes has ſcriptas exhiberet: a duodetriginta circiter jam annis, excepit Rector, ex quo domicilium habemus Senonibus, pro communi jam uſu & conſuetudine, non niſi ore & voce approbati fuimus; neque Gondrinus unquam, a tempore Archiepiſcopalis dignitatis ſuæ, alium approbandi modum adhibuit, quam quo priores ipſo Senonenſes Archiepiſcopi uſi fuerant.

Poterat Beniaminus ſimpliciter & absque omni ſtrepitu eripere Jeſuitis, atque reſcindere facultates ipſis conceſſas; & totum negotium ac contentio finita fuiſſet: at adimere Jeſuitis facultates, idem fuiſſet, ac fateri, illos easdem aliquando habuiſſe; maluit autem comminiſci, & proinde a Senonenſibus civibus pro re minime dubia accipi, graviter ipſos hucuſque a Jeſuitis deceptos fuiſſe, cum confitentibus aures præberent, quamvis nulla ad id facultate atque approbatione inſtructi eſſent: Ut igitur commentitiæ huic confuſioni, atque abuſui mederetur, 9 April. 1650 (d) decretum condidit, quo Jeſuitæ in Diœceſi

(d) Quo anno Paſcha in 17 April. incidit.

Senonenſi omnino ab adeundo ſacro tribunali, & exercendo ſacri judicis munere abſtinere jubebantur *propterea, quod non exhibuerint de approbatione, quam ab Archiepiſcopo petere & impetrare debuerant, teſtimonium - - tamdiu, donec ad eundem Archiepiſcopum pro illa acquirenda ſupplices acceſſerint.* Poſtridie, nimirum 10 Aprilis, ipſa Dominica Palmarum, officialis cum Promotore atque aliis Curiæ Eccleſiaſticæ Miniſtris, venit in templum Societatis, & interea, cum ſacerdos ſub re divina hiſtoriam Paſſionis Dominicæ legeret, ipſemet præconem agens, legit ac promulgavit decretum ſuum, non ſine magno tumultu, ac offenſione populi, qui ſacris ad aram operanti aſſiſtebat. Collegii Rector, ut conjecto in ſe ſuosque crimine ſe liberaret, & publicam offenſionem auferret, adhibita prævia cautione ac proviſione debita, coram primario urbis Prætore interpoſita Sacramenti fide teſtatus eſt, Jeſuitarum approbationes 20 Octobris ab Archiepiſcopo diſertis verbis renovatas fuiſſe; tum, cum petiiſſet, ut jusjurandum hoc ſuum ſcripto, ſignis teſtium ac tabularii conſignato, teſtatum fieret, eadem facultate atque approbatione uti perrexit, qua hucuſque, in ipſa etiam ſumma æde, Archiepiſcopi juſſu, vidente ac ſciente ipſo Generali Vicario, atque tota Senonenſi civitate fruebatur.

Interea, dum hæc geruntur, Archiepiſcopus redit Pariſiis; non tamen, ut Diœceſi

ſi pacem ac tranquillitatem redderet, turbasque componeret, quæ ipſi non injucundæ eſſe videbantur. Senones ingreſſus eſt, cum decreto in pera, (e) quod in PortuRegio fabricatum fuiſſe, poſtea intellectum eſt: probat in eo, & aſſenſu ſuo atque authoritate firmat omnia, quæ Officialis ſuus dixiſſet, & egiſſet: Jeſuitas proclamat deceptores eſſe, qui nullo jure ac poteſtate potirentur confeſſiones audiendi, cum neque a ſe, neque a Vicario ſuo Generali cenſi & approbati eſſent: deinde, veluti ex conſcientiæ teneritudine ac impulſu charitatis, quam certe Jeſuitæ nec ambiebant, nec ſperabant, preces communes in tota Diœceſi fundendas imperat, ut reſipiſcerent, & ad meliora conſilia revocarentur; id quod etiam executioni datum eſt. Poſt hæc, pridie feſti Nativitatis Domini, ejuſdem anni, Præſul novum ludum præbuit; ipſe ſe contulit in templum Collegii, præeuntium ſuorum Miniſtrorum, & ſequentium ſedecim apparitorum globo ſtipatus: Animus erat illos e Patribus e confeſſariorum ſedibus ejicere atque abigere, quos in iis ad audiendas confeſſiones paratos offendiſſet: invenit neminem: qua re pro voluntate ſibi ſua tam cumulate, ut plus aliquid expetere nefas foret, ſatisfactum eſſe diffiteri non poterat.

Ex alia parte PP. Capucini ſub id temporis ob ſuum religionis ſtudium & conatum

(e) 4. Maji 1650.

contra naſcentes novos errores magnum, ſi quisquam alius religioſus ordo,in Gallia nomen adepti erant; æquum igitur erat,ut etiam participes eſſent calamitatis, & iram experirentur, qua Factio, & qui illius patrocinium gerebant, conceptum ex adverſis ipſorum conatibus dolorem ſuum ulciſcerentur. Gondrinus his Patribus acerrime infenſus, 28 Jan. 1653 contumelioſiſſimum contra eosdem palam decretum edidit, in quo putida eos affectatione, & non niſi per contemptum ſemper *Fratres Eremitas ordinis S. Franciſci, dictos Capucinos* appellat. Uſitatus ipſius ſtylus in decreto hoc a capite ad calcem idem eſt: „ Veſtra virtus (calumnioſe illis exprobrat) „ non niſi ſimulationis fuco oblita eſt: „ hac principia ac dogmata tegitis, quæ eo „ ſpectant, ut temerentur ac profanentur om- „ nia, quæ in religione noſtra ſanctiſſima ſunt „ - - Fidelibus omnibus vobiscum conſuetudo „ devitanda eſt, niſi eorundem vobiscum ſce- „ lerum ſe reos reddere velint. „ Deinde Præſul ad ſolennem ſibi concluſionem, nempe imminuendum Confeſſariorum numerum, delapſus, pronunciat, ſe his Patribus, quod *Eccleſiam non aliter, quam Synagogam Sathanæ tractaſſent*, omnem in ſua diœceſi ad conciones dicendi, confitentes audiendi, & faciendi *extra ſacella Eremitoriorum ſuorum* ſacri poteſtatem auferre.

Poſt duos dies novum contra eosdem Patres decretum prodiit, a priore non diverſum,

niſi

niſi quod huic poſteriori novæ, eæque acerrimæ atque injurioſiſſimæ reprehenſionum formæ acceſſerint. Obtulerant PP. Capucini Senatui Regio libellum ſupplicem, in quo contra iniquas Præſulis vexationes in tuto collocari rogabant; cumque addictum ipſis fuiſſet patrocinium, ac præſtita ſecuritas, quam petebant; Archiepiſcopus robuſto ſuo ſtylo iisdem objicit, porrexiſſe *probroſiſſimum libellum, qualem legis Mahometanæ Monachi contra Evangelium poſſent effingere; - - Senatum Regium ad illum coborruiſſe*: addit, officii ſui eſſe, totum mundum edocere, Eccleſiam majores inimicos non experiri, quam Capucinos; dehinc inſtaurat interdictum, in illos duobus ante diebus intortum, & hujus ſui conſilii ac ſeveritatis hanc rationem reddit, quod eos *eodem, quo apertos Eccleſiæ hoſtes, numero habeat, nec ad aliud aptos cenſeat, quam ad animas in æternam calamitatem ac exitium adducendas.* Atque hic ille modus eſt, quo hic Præſul ſerviit ac ſtuduit propoſito Portus Regii; his probris & violentis jactationibus infamiam, omnisque fidei & authoritatis jacturam illis molitus eſt, qui ad tuendam Sacramentorum frequentiam, atque propulſandam ſuis conſiliis a populo errorum contagionem, operam conferre poterant.

Jeſuitæ, ut & ipſi ſuæ, atque aliorum, qui haud ſecus, ac ipſi peſſime ab Archiepiſcopo habebantur, tranquillitati conſulerent, cauſſam ſuam commendarunt Regis Confeſſa-

rio, & majorem in modum rogarunt, ut regiæ Matris nomen & authoritatem pro ſe apud Archiepiſcopum interponi curaret. Et reipſa Princeps hæc fæmina de iſto negotio egit cum Archiepiſcopo, datis ad eum literis; ſed fruſtra, nec ullo operæ fructu. Ne ergo in moleſtam contentionem deſcenderet cum homine, quem noverat iræ obnoxium, & parem, qui ſui oblitus in debitam Reginæ reverentiam peccaret, negotium dedit Cardinali Mazarino, ut ea de re loqueretur Præſuli: hic comiter & officioſe reſpondit Cardinali, quin tamen conſideratius quicquam ac mitius poſthac a ſe actum iri promitteret: igitur Cardinalis, cui nota erat hominis arrogantia, hac eadem ex parte ipſius imbecillitatem aggreſſus eſt: Hem! ajebat Archiepiſcopo, hem Domine, par es gubernando toti cuidam regno, & te tuasque vires inſumis in pugnas ac bella cum Monachis? In authoritatem meam, ſubjecit ardenter Archiepiſcopus, in meam authoritatem involant, dignitatem meam invadunt: ludis & jocaris, excepit Cardinalis; Capucini ſunt boni homines: Jeſuitæ prudentes ſunt; amat eos Regina & æſtimat; gratiam ab illa inibis, ſi cum his Patribus pacem & amicitiam reconciliare voles: Num ergo, repoſuit Archiepiſcopus, infulam ac pedum meum Reginæ tradere, & pati me oportebit, ut in Senonenſi diœceſi Jeſuitæ dominentur & imperent? poſt quæ, cum in urgendo de magno diſcrimine inter Jeſuitas Pariſinos ac Senonenſes argumento vehe-

hementius incaleſceret, interpellat iratum Cardinalis, & narrabo tibi, inquit, quod ſub oculis meis accidit in Italia. Comprehenſus eſt a fidei quæſitoribus homo delirus & fanaticus, qui credebat Patrem & Filium, non tamen in animum inducere poterat, ut crederet Spiritum ſanctum: ridebat omnia Theologorum monita & argumenta; uni tandem, ſimplici illi ac brevi, quo e carceris cuſtodibus quidam per jocum eum aggreſſus eſt, manus dedit: næ tu fatuus es, ajebat cuſtos, quod tam pertinaciter obnitaris veritati, & tuæ opinioni inhæreas; cum enim credas Patrem & Filium, non pluris tibi conſtabit credere etiam Spiritum ſanctum; nam hic tres æque, ac duo, non faciunt niſi unum. Probe intellexit Archiepiſcopus, æſtimari ſe pro fanatico; attamen nec Confeſſarius Regis cum omni honorifico ſuo munere Regii Confeſſarii, non Cardinalis cum poteſtate regni adminiſtri, non Regina regia ſua authoritate valuere quicquam in obſtinatum Præſulis animum: oberrabat ille eadem ſemper aſpera chorda: addebat identidem decreta decretis, ſententias ſententiis, & hoc pacto præmuniebat populi animos ad ſingularem ſcenam, quam dare meditabatur.

Dominica Septuageſimæ, ſeu 26 Januar. anni 1653 magna dies iræ Præſulis erat, quam eidem toti effundendæ deſtinaverat: & en quo apparatu, quam horrida ſpecie! Voluit Archiepiſcopus in omnibus urbis templis æs

 cam-

campanum ſonare pro more & modo, quo cum efferuntur funera, fieri ſolet. Evocatus tam lugubri ſono populus in ſummam ædem confluit: adeſt Præſul Pontificio habitu coloris violacei indutus, mitratus, & præcedentibus cruce ac pedo, cereum candidum manu gerens, cinctus miniſtris ſuis, & undecim urbis Parochis, qui & ipſi candidis cereis accenſis armati erant: tum primum ſimul & poſtremum in omni vita, metropolitanæ ſuæ Eccleſiæ cathedram conſcendit, & per quinos horæ quadrantes cruentam *de Fratribus* * *Societatis Nominis JEſu* concionem habet: illorum mores acerbiſſime exagitat, moralem doctrinam accuſat, aitque, *nihil ea eſſe flagitioſius, nihil damnandum magis, deteſtabilius nihil, utpote cujus principia propius accederent ad blaſphemias Alcorani, quam doctrinam Evangelii JEſu Chriſti.* Tum toti amplitu-

(*) Hem! *Fratrum* nomen pro Patribus Societatis jam olim cuſum in officina Janſeniſtarum! ergo hæc nomenclatio nova non eſt, aut nunc primum Curiis ſeu Parlamentis Pariſino, Rotomagenſi &c. tanquam primis authoribus in acceptis ferenda. Quam accurate tamen illa ſequuntur morem Majorum ſuorum? Quanto amoris ſenſu, non alio certe, quam quo Cainus complexus eſt Abelem, hoc *Fratrum* nomen enunciant, & Jeſuitis imponunt? Debetur tamen his Parlamentis ea gloria, quod diu me-

plitudini fervoris ſui ſe permittit, & vehementiſſimo animi motu incitatus, populum ad ſeditionem contra *dictos Fratres Societatis nominis JEſu* commovere nititur, ſimulque ducem ſe fore profitetur illorum, qui ſecum *hos Fratres* e civitate ejecturi eſſent: *Eliminentur*, clamat, *abigantur hæ ſocietates hæreticæ, ſchismaticæ, pernicioſæ; ſequimini præeuntem, cum illas expellam*: mox extinguit facem, & confractam humi abjicit: idem faciunt Archiepiſcopi Miniſtri & Curiones, qui cathedram ambiebant: interea omnis populus ſtat attonitus, & in momenta excutiendum a Præſule in Jeſuitarum capita, quibus male metuebat, fulmen expectat: at eo ſe non extulit Paſtoris æſtus, ſatisque habuit anathematis ſententia ferire illas ſuas oves, atque ſubjectos, *qui audent adhuc, & poſthac audebunt ad Fratres Societatis Nominis JEſu, facien-*

(E) 5 *dæ*

meditando detexerint novum nomen & honoris titulum, quem *Fratrum* nomini adderent, eoque Jeſuitas ornarent: Vocant illos *Soi-diſans*, ſeu Fratres ſeipſos dicentes Jeſuitas, vel *Soi-diſant* de Jeſus, Fratres Societatis JEſu, ſeipſam ita appellantis. Quam ingenioſum hoc, quam bellum inventum eſt? Verum cur Jeſuitæ ſeipſos non dicant ac nominent *Jeſuitas*, vel *Patres Societatis JEſu*, poſtquam ſummi Pontifices, Epiſcopi, Reges, Principes, & ipſi etiam Galliæ Status anno 1614 hanc appel-

dæ confeſſionis gratia adire : his ipſis autem *Fratribus* in diœceſi ſua omni functione Eccleſiaſtica interdixit, relicta ſolummodo poteſtate, intra ædium ſuarum ſacellum ſacris operandi.

Lapſo poſt tam illuſtrem expeditionem menſe, prima Menſis Martii Dominica Antiſtes fatigari neſcius, primum venit * Joviniacum, dein ſecunda ejus menſis Dominica * ad ſancti Florentini fanum, ut eodem truculento orationis genere contra Capucinos, quo in cathedrali ſuo templo contra Jeſuitas, e ſuggeſtu omnem ſuum furorem effunderet, atque eodem apparatu ſimilem latæ Senonibus interdicti & proſcriptionis a ſacris ſententiam indiceret.

Jeſuitæ infenſiſſime habiti, & in extremum caſum deducti, cum poſt omnia injurioſiſſima edita contra ſe decreta, & plenas ignominiæ ſententias ad ſummum Pontificem appellaſſent, æquum pro votis Roma reſponſum tulere: Literæ Pontificiæ Regi exhibitæ, &

appellationis normam præſcripſere, ut dicerentur *Patres Societatis JEſu ?* Videatur novus Catechiſmus de præſenti cauſſa Jeſuitarum pro uſu Diſcipulorum Gratiæ, ſeu Catechiſmus Ante-Jeſuiticus anno 1762 editus. *Interpres.*

(*) Joigny.
(*) St. Florentin.

& receptæ ſunt; additum his literis a ſenatu Regio decretum, quo Archiepiſcopus ab omni porro inferenda Jeſuitis moleſtia abſtinere jubebatur. Sic vis arcanæ machinæ, qua agebatur Præſul, & ad tot violenta conſilia atque actiones impellebatur, aliquantum repreſſa eſt: ipſius quidem ira poſthac ad perpetranda diriora foras non prodiit; attamen mitigata nunquam, nec ante mortem extincta eſt.

Si qua narrationi fides eſt, qua Gondrinus certam pecuniæ ſummam a Portu Regio quotannis recepiſſe dicitur, ut ex mente ac conſilio Sancyrani, Jeſuitis ultimam perniciem afferre conniteretur, ſane negari non poteſt, hanc ipſum mercedem jure commeritum, dignamque attributo ſibi pretio operam præſtitiſſe. Poterat etiam poſt obitum ſuum inſignem locum obtinere in Factionis Necrologio, qui ſane flagranti ipſius in ſectæ inimicos odio debebatur; alias etiam, toto Epiſcopalis ſui muneris tempore pœnitentiam publicam conſtanter verbis probabat, laudabat, prædicabat, ut hoc ſe loco dignum redderet; neque certa quædam & liberior morum ac vitæ ratio, quam non ſemper tanta cura celabat, quantam & ipſius & Factionis honor poſtulabat, forte obſtaculo fuiſſet, ut ne honorificus hic locus ipſi decerneretur: At docet nos ſcriptor Hiſtoriæ Janſeniſmi, quonam facto, ſeu, quod ipſe mavult, delicto Gondrinus in graviſſimam eorum, quorum violentis

lentis conſiliis tam generoſe inſerviit, offenſionem incurrerit, ſuiſque ipſe luminibus obſtruxerit, ne in Janſenianorum Divorum faſtos referretur, aut ſaltem Portus Regii Heroibus accenſeretur.

Petrus de Marca Toloſanus primum, ad ultimum Pariſinus Archiepiſcopus certum fecerat Gondrinum, (*f*) „ omnes illos, qui „ non obtemperarent (hoc eſt, Pontificiæ „ Conſtitutioni Innocentii X pure & ſimpliciter ſine ulla exceptione aut arbitraria interpretatione ſubſcriberent) „ inhabiles ad cunctas „ functiones declarandos, voce activa & paſ„ ſiva privandos, & ipſis etiam beneficiis ſuis „ Eccleſiaſticis, dignitatibus ac muneribus „ exuendos eſſe : hæc comminatio dejecit Ar„ chiepiſcopum Senonenſem, & impulit, ut „ - - - per turpem ignaviam cederet, ac „ profiteretur, ſe ſincere ſeſe ſubjicere, atque „ obſequi Bullæ Innocentii X - - quoniam „ ad id religione ſe obſtrictum eſſe crederet. „ Et ſic, pergit Hiſtoricus, non ad vocem „ ancillæ, ſed aulicorum quorundam Epiſco„ porum, Ludovicus Henricus Gondrinus, „ qui tam intrepidum hucuſque ſeſe cauſſæ „ vindicem oſtentaverat, cum maxima nomi„ nis ſui labe veritatem ejuravit. „ Cenſui, hunc a me honorem habendum memoriæ hujus Præſulis, atque eventum hunc recenſendum fuiſſe : Felicem illum, ſi verbis reſpondit animus, & intento in fines homine Chri-

(*f*) Hiſtoria Janſeniſmi Tom. II. pag. 310.

Chriſtiano digniores, ac illi tribuuntur, animo ad Catholicorum partes acceſſerit! *

§. III.

Ex omnibus variis his in Diœceſibus dimicationibus, quæ generalem illam aggreſſionem excepere, qua Petrus Camuſius in omnes omnino animorum moderatores invectus eſt, cauſſa Factionis magna incrementa cepit. Horum moderatorum aliqui, ut ſibi caverent a malignitate hominum, qui neſcirent ullius famæ parcere, nihil poſthac obloqui, & ſurdis omnia auribus prætermittere ſtatuerunt, perinde fere, ac ſi negotia & emolumenta vel damna Eccleſiæ ad ipſos nihil pertinerent: alii corrumpi ſe paſſi ſunt, neutiquam Factionis, cujus partes amplexi fuerant, doctrinæ morum ſeveritate abſterriti. Reliqui firmi & fortes in arena perſtitere.

Hic rerum ſucceſſus eo valuit, ut Factio aliam pugnandi rationem iniret: non jam amplius id agebatur, ut omnes animorum rectores notarentur infamia: dediticii & corrupti, quos cum ex Eccleſiaſtico ordine, tum plu-

(*) Ex hactenus de Archiepiſcopo Senonenſi dictis habuiſſent Lexicographi Lipſienſes copioſum argumentum, Ludovico Henrico Gondrino prolixius, quodque ad veritatem magis accederet, concinnandi elogium, quam quod eidem Tom. XI col. 179. ex neſcio qua Janſeniſmi hiſtoria, & Gourvillii commentariis texuere. *Interpres.*

pluribus religioſis familiis ſibi devinxerat, nova ſua animos gubernandi methodo tantumdem ſyſtematis Burgofontani executionem adjuvare & urgere poterant, quantam alii moram injicere, qui antiquam inſiſtentes ſemitam, fideles contra depravationis periculum præmunire laborarent. Præſens itaque ſectæ ſtatus exigebat, ut omnibus, qui ad Factionis partes ſe adjunxiſſent, fama ſua & authoritas illibata ſervaretur & integra: reliquos autem, quos Factio ſibi infenſos haberet, inſectandi, & omni artificiorum ac calumniarum genere deformandi nullus finis fieret.

Ut autem res hæc bene verteret, nec ulla ratione fraudi eſſe poſſet directoribus, qui ad Janſeniſmum defecerant, ratum habuit Factio, ut omnibus Catholicis directoribus generale quoddam nomen inderetur, ex quo ſine errandi periculo conſtaret, quinam ſatyricis ſuis criminationibus ac calumniis impeterentur. Appellationem hanc deligere poterant Janſeniſtæ ex nominibus multorum Sodalitiorum ac communitatum, ſeu Eccleſiaſticarum, ſeu Religioſarum, quæ magno ſe religionis ardore ipſorum erroribus opponebant, & ob id tanto honore dignæ erant: ſed adoptandum cenſebant nomen *Jeſuitarum*, aut ut verius dicam, illa nomina, quæ jam olim Calviniſtæ his Patribus impoſuerant. * *Puto*, in ſapientibus ſuis colloquiis de gratia ait Epiſcopus

(*) Tom. II. pag. 180.

ſcopus Andegavenſis, *a me prætereundum non eſſe, quod illi in ſcriptis ſuis nomini Janſeniſtarum ſemper opponant nomen Moliniſtarum:* Hodie ergo in Janſeniſtarum ore nominibus *Jeſuitarum*, *Moliniſtarum*, *Semipelagianorum*, & quandoque etiam *Pelagianorum*, eadem vis ac ſenſus ineſt, nec ea ſolos Jeſuitas deſignant, ſed & ſummos Pontifices, Epiſcopos, Eccleſiaſticos, & Religioſos omnis loci & ordinis, qui ex veræ religionis ſtudio contra Janſenii hæreſin depugnant. Quin imo primi ex his quatuor nominibus, nempe *Jeſuitarum*, ſignificatio ex Janſeniſtica vocum inſtitutione ipſos etiam Reges, Principes & alios ſummos viros complectitur, qui ſectæ progreſſibus quoquo modo intercedunt, viamque obſtruunt; & ut hujusmodi ineptiis ſpeciem quandam veriſimilitudinis allinant, impudenter mentiuntur & ſpargunt, Jeſuitis (*g*) „certas easque arcanas regulas poteſtatem „facere, adſciſcendi ſibi Jeſuitas profanos, „degentes in ſæculo, qui nec dignitate ſua, „nec profano habitu abdicato, veri ſint Socie„tatis Alumni, ſubjecti ſimul & ſummi Prin„cipes; „ qualis erat Rex Ludovicus XIV, qui (*h*) ut fingunt, Jeſuita erat, & Archi-Dux Leopoldus, Belgii Gubernator, qui & ipſe Societati adſcriptus, & quidem (*i*) *Profeſſus brevioris togæ* fuit.

Ve-

(*g*) Reſponſ. ad quendam Præſulem de recuſ. &c. pag. 9.

(*h*) Ibid. Vide etiam Tom. II. Anecdotorum de Conſtitut. pag. 7.

(*i*) Hiſtoria Janſeniſmi Tom. I. pag. 206.

campanum ſonare pro more & modo, quo cum efferuntur funera, fieri ſolet. Evocatus tam lugubri ſono populus in ſummam ædem confluit: adeſt Præſul Pontificio habitu coloris violacei indutus, mitratus, & præcedentibus cruce ac pedo, cereum candidum manu gerens, cinctus miniſtris ſuis, & undecim urbis Parochis, qui & ipſi candidis cereis accenſis armati erant: tum primum ſimul & poſtremum in omni vita, metropolitanæ ſuæ Eccleſiæ cathedram conſcendit, & per quinos horæ quadrantes cruentam *de Fratribus* * *Societatis Nominis JEſu* concionem habet: illorum mores acerbiſſime exagitat, moralem doctrinam accuſat, aitque, *nihil ea eſſe flagitioſius, nihil damnandum magis, deteſtabilius nihil, utpote cujus principia propius accederent ad blaſphemias Alcorani, quam doctrinam Evangelii JEſu Chriſti.* Tum toti amplitu-

(*) Hem! *Fratrum* nomen pro Patribus Societatis jam olim cuſum in officina Janſeniſtarum! ergo hæc nomenclatio nova non eſt, aut nunc primum Curiis ſeu Parlamentis Pariſino, Rotomagenſi &c. tanquam primis authoribus in acceptis ferenda. Quam accurate tamen illa ſequuntur morem Majorum ſuorum? Quanto amoris ſenſu, non alio certe, quam quo Cainus complexus eſt Abelem; hoc *Fratrum* nomen enunciant, & Jeſuitis imponunt? Debetur tamen his Parlamentis ea gloria, quod diu me-

plitudini fervoris ſui ſe permittit, & vehementiſſimo animi motu incitatus, populum ad ſeditionem contra *dictos Fratres Societatis nominis JEſu* comovere nititur, ſimulque ducem ſe fore profitetur illorum, qui ſecum *hos Fratres* e civitate ejecturi eſſent: *Eliminentur*, clamat, *abigantur hæ ſocietates hæreticæ, ſchiſmaticæ, pernicioſæ; ſequimini præeuntem, cum illas expellam*: mox extinguit facem, & confractam humi abjicit: idem faciunt Archiepiſcopi Miniſtri & Curiones, qui cathedram ambiebant: interea omnis populus ſtat attonitus, & in momenta excutiendum a Præſule in Jeſuitarum capita, quibus male metuebat, fulmen expectat: at eo ſe non extulit Paſtoris æſtus, ſatiſque habuit anathematis ſententia ferire illas ſuas oves, atque ſubjectos, *qui audent adhuc, & poſthac audebunt ad Fratres Societatis Nominis JEſu, facien-*

---

meditando detexerint novum nomen & honoris titulum, quem *Fratrum* nomini adderent, eoque Jeſuitas ornarent: Vocant illos *Soi-diſans*, ſeu Fratres ſeipſos dicentes Jeſuitas, vel *Soi-diſant* de Jeſus, Fratres Societatis JEſu, ſeipſam ita appellantis. Quam ingenioſum hoc, quam bellum inventum eſt? Verum cur Jeſuitæ ſeipſos non dicant ac nominent *Jeſuitas*, vel *Patres Societatis JEſu*, poſtquam ſummi Pontifices, Epiſcopi, Reges, Principes, & ipſi etiam Galliæ Status anno 1614 hanc

da confeſſionis gratia adire : his ipſis autem *Fratribus* in diœceſi ſua omni functione Eccleſiaſtica interdixit, relicta ſolummodo poteſtate, intra ædium ſuarum ſacellum ſacris operandi.

Lapſo poſt tam illuſtrem expeditionem menſe, prima Menſis Martii Dominica Antiſtes fatigari neſcius, primum venit * Joviniacum, dein ſecunda cjus menſis Dominica * ad ſancti Florentini fanum, ut eodem truculento orationis genere contra Capucinos, quo in cathedrali ſuo templo contra Jeſuitas, e ſuggeſtu omnem ſuum furorem effunderet, atque eodem apparatu ſimilem latæ Senonibus interdicti & proſcriptionis a ſacris ſententiam indiceret.

Jeſuitæ infenſiſſime habiti, & in extremum caſum deducti, cum poſt omnia injurioſiſſima edita contra ſe decreta, & plenas ignominiæ ſententias ad ſummum Pontificem appellaſſent, æquum pro votis Roma reſponſum tulere: Literæ Pontificiæ Regi exhibitæ, &

appellationis normam præſcripſere, ut dicerentur *Patres Societatis JEſu ?* Videatur novus Catechiſmus de præſenti cauſſa Jeſuitarum pro uſu Diſcipulorum Gratiæ, ſeu Catechiſmus Ante-Jeſuiticus anno 1762 editus. *Interpres.*

(*) Joigny.

(*) St. Florentin.

& receptæ ſunt; additum his literis a ſenatu Regio decretum, quo Archiepiſcopus ab omni porro inferenda Jeſuitis moleſtia abſtinere jubebatur. Sic vis arcanæ machinæ, qua agebatur Præſul, & ad tot violenta conſilia atque actiones impellebatur, aliquantum repreſſa eſt: ipſius quidem ira poſthac ad perpetranda diriora foras non prodiit; attamen mitigata nunquam, nec ante mortem extincta eſt.

Si qua narrationi fides eſt, qua Gondrinus certam pecuniæ ſummam a Portu Regio quotannis recepiſſe dicitur, ut ex mente ac conſilio Sancyrani, Jeſuitis ultimam perniciem a ferre conniteretur, ſane negari non poteſt, hanc ipſum mercedem jure commeritum, dignamque attributo ſibi pretio operam præſtitiſſe. Poterat etiam poſt obitum ſuum inſignem locum obtinere in Factionis Necrologio, qui ſane flagranti ipſius in ſectæ inimicos odio debebatur; alias etiam, toto Epiſcopalis ſui muneris tempore pœnitentiam publicam conſtanter verbis probabat, laudabat, prædicabat, ut hoc ſe loco dignum redderet; neque certa quædam & liberior morum ac vitæ ratio, quam non ſemper tanta cura celabat, quantam & ipſius & Factionis honor poſtulabat, forte obſtaculo fuiſſet, ut ne honorificus hic locus ipſi decerneretur: At docet nos ſcriptor Hiſtoriæ Janſeniſmi, quonam facto, ſeu, quod ipſe mavult, delicto Gondrinus in graviſſimam eorum, quorum violentis

lentis conſiliis tam generoſe inſerviit, offenſionem incurrerit, ſuiſque ipſe luminibus obſtruxerit, ne in Janſenianorum Divorum faſtos referretur, aut ſaltem Portus Regii Heroibus accenſeretur.

Petrus de Marca Toloſanus primum, ad ultimum Pariſinus Archiepiſcopus certum fecerat Gondrinum, (*f*) „ omnes illos, qui „ non obtemperarent (hoc eſt, Pontificiæ „ Conſtitutioni Innocentii X pure & ſimpliciter ſine ulla exceptione aut arbitraria interpretatione ſubſcriberent) „ inhabiles ad cunctas „ functiones declarandos, voce activa & paſ„ ſiva privandos, & ipſis etiam beneficiis ſuis „ Eccleſiaſticis, dignitatibus ac muneribus „ exuendos eſſe : hæc comminatio dejecit Ar„ chiepiſcopum Senonenſem, & impulit, ut „ - - - per turpem ignaviam cederet, ac „ profiteretur, ſe ſincere ſeſe ſubjicere, atque „ obſequi Bullæ Innocentii X - - quoniam „ ad id religione ſe obſtrictum eſſe crederet. „ Et ſic, pergit Hiſtoricus, non ad vocem „ ancillæ, ſed aulicorum quorundam Epiſco„ porum, Ludovicus Henricus Gondrinus, „ qui tam intrepidum hucuſque ſeſe cauſſæ „ vindicem oſtentaverat, cum maxima nomi„ nis ſui labe veritatem ejuravit. „ Cenſui, hunc a me honorem habendum memoriæ hujus Præſulis, atque eventum hunc recenſendum fuiſſe : Felicem illum, ſi verbis reſpondit animus, & intento in fines homine Chri-

(*f*) Hiſtoria Janſeniſmi Tom. II. pag. 310.

Chriſtiano digniores, ac illi tribuuntur, animo ad Catholicorum partes acceſſerit! *

§. III.

Ex omnibus variis his in Diœceſibus dimicationibus, quæ generalem illam aggreſſionem excepere, qua Petrus Camuſius in omnes omnino animorum moderatores invectus eſt, cauſſa Factionis magna incrementa cepit. Horum moderatorum aliqui, ut ſibi caverent a malignitate hominum, qui neſcirent ullius famæ parcere, nihil poſthac obloqui, & ſurdis omnia auribus prætermittere ſtatuerunt, perinde fere, ac ſi negotia & emolumenta vel damna Eccleſiæ ad ipſos nihil pertinerent: alii corrumpi ſe paſſi ſunt, neutiquam Factionis, cujus partes amplexi fuerant, doctrinæ morum ſeveritate abſterriti. Reliqui firmi & fortes in arena perſtitere.

Hic rerum ſucceſſus eo valuit, ut Factio aliam pugnandi rationem iniret: non jam amplius id agebatur, ut omnes animorum rectores notarentur infamia: dediticii & corrupti, quos cum ex Eccleſiaſtico ordine, tum plu-

(*) Ex hactenus de Archiepiſcopo Senonenſi dictis habuiſſent Lexicographi Lipſienſes copioſum argumentum, Ludovico Henrico Gondrino prolixius, quodque ad veritatem magis accederet, concinnandi elogium, quam quod eidem Tom. XI col. 179. ex neſcio qua Janſeniſmi hiſtoria, & Gourvillii commentariis texuere. ***Interpres.***

pluribus religioſis familiis ſibi devinxerat, nova ſua animos gubernandi methodo tantumdem ſyſtematis Burgofontani executionem adjuvare & urgere poterant, quantam alii moram injicere, qui antiquam inſiſtentes ſemitam, fideles contra depravationis periculum præmunire laborarent. Præſens itaque ſectæ ſtatus exigebat, ut omnibus, qui ad Factionis partes ſe adjunxiſſent, fama ſua & authoritas illibata ſervaretur & integra: reliquos autem, quos Factio ſibi infenſos haberet, inſectandi, & omni artificiorum ac calumniarum genere deformandi nullus finis fieret.

Ut autem res hæc bene verteret, nec ulla ratione fraudi eſſe poſſet directoribus, qui ad Janſeniſmum defecerant, ratum habuit Factio, ut omnibus Catholicis directoribus generale quoddam nomen inderetur, ex quo ſine errandi periculo conſtaret, quinam ſatyricis ſuis criminationibus ac calumniis impeterentur. Appellationem hanc deligere poterant Janſeniſtæ ex nominibus multorum Sodalitiorum ac communitatum, ſeu Eccleſiaſticarum, ſeu Religioſarum, quæ magno ſe religionis ardore ipſorum erroribus opponebant, & ob id tanto honore dignæ erant: ſed adoptandum cenſebant nomen *Jeſuitarum*, aut ut verius dicam, illa nomina, quæ jam olim Calviniſtæ his Patribus impoſuerant. * *Puto*, in ſapientibus ſuis colloquiis de gratia ait Epiſcopus

(*) Tom. II. pag. 180.

ſcopus Andegavenſis, *a me prætereundum non eſſe, quod illi in ſcriptis ſuis nomini Janſeniſtarum ſemper opponant nomen Moliniſtarum:* Hodie ergo in Janſeniſtarum ore nominibus *Jeſuitarum*, *Moliniſtarum*, *Semipelagianorum*, & quandoque etiam *Pelagianorum*, eadem vis ac ſenſus ineſt, nec ea ſolos Jeſuitas deſignant, ſed & ſummos Pontifices, Epiſcopos, Eccleſiaſticos, & Religioſos omnis loci & ordinis, qui ex veræ religionis ſtudio contra Janſenii hæreſin depugnant. Quin imo primi ex his quatuor nominibus, nempe *Jeſuitarum*, ſignificatio ex Janſeniſtica vocum inſtitutione ipſos etiam Reges, Principes & alios ſummos viros complectitur, qui ſectæ progreſſibus quoquo modo intercedunt, viamque obſtruunt; & ut hujusmodi ineptiis ſpeciem quandam veriſimilitudinis allinant, impudenter mentiuntur & ſpargunt, Jeſuitis (g) „ certas easque àrcanas regulas poteſtatem „ facere, adſciſcendi ſibi Jeſuitas profanos, „ degentes in ſæculo, qui nec dignitate ſua, „ nec profano habitu abdicato, veri ſint Socie„ tatis Alumni, ſubjecti ſimul & ſummi Prin„ cipes; „ qualis erat Rex Ludovicus XIV, qui (b) ut fingunt, Jeſuita erat, & Archi-Dux Leopoldus, Belgii Gubernator, qui & ipſe Societati adſcriptus, & quidem (i) *Profeſſus brevioris togæ* fuit.

Ve-

(g) Reſponſ. ad quendam Præſulem de recuſ. &c. pag. 9.
(b) Ibid. Vide etiam Tom. II. Anecdotorum de Conſtitut. pag. 7.
(i) Hiſtoria Janſeniſmi Tom. I. pag. 206.

Verum quibus tandem meritis Jeſuitæ conſecuti ſunt, ut Burgofontana Factio omnibus Catholicis directoribus, quos atrociter ſibi vexandos & infamandos ſumpſerat, nomen *Jeſuitarum* potius, quam nomen cujusdam earum congregationum, quas Janſeniſmus contagione ſua nondum infecit, indiderit? Quibus tandem meritis, repeto, hi Patres conſecuti ſunt, ut Factio contra illos longe majore rabie & immanitate, quam contra quosvis alios, ſæviat & bacchetur? Janſeniſtæ hujus odii ſui & crudelitatis rationes ipſi publice reddidere. En tibi aliquas.

Ideo, ait Archiepiſcopus Senonenſis Gondrinus, Jeſuitas præ reliquis peſſime habemus, ac laceramus, quia (*k*) „inter corruptores (doctrinæ moralis) primum „locum tenent, utpote qui in omnes veritates Chriſtianas, quas perverſiſſima ſua, „quam unquam humanum ingenium excogitare potuit, doctrina evertere conati ſunt, „fœdiſſimam mollitudinem ac laxitatem invexere. „ Ergo acerrime eos perſequamur neceſſe eſt.

Author *Literarum Provincialium* rationem ſuam magis feſtivo ac faceto modo exhibet: ideo fit, inquit, quia (*l*) *nemo eſt, qui*

(k) Sententia Excommunic. lata in Capucinos 2. & 9. Martii 1653.

(l) Initium Epiſtolæ IV.

qui Jeſuitas æquare poſſit: reliqui non niſi tranſcribunt, quæ illi commentati ſunt: ergo omnes alii nomine Jeſuitarum denotari poſſunt.

Ideo fit, ait literarum harum interpres, quia, quamvis alii tradiderint doctrinam Jeſuitarum, & per hoc, quemadmodum aſſerit, (*m*) „ a veritate aberraverint,error tamē hic nonniſi „ illis ipſis, vel ad ſummum exiguo aliorum nu-„ mero damnum affert: at Jeſuitæ, cum per „ omnes orbis partes diſperſi ſint, perniciem „ importent toti Eccleſiæ, quam ubique novita-„ tibus ſuis corrumpunt. „ Ergo intacti prætermitti poſſunt omnes reliqui,& eo convertendæ omnes curæ ſunt, ut quemadmodum voluit & ſtatuit Sancyranus, *Jeſuitarum Societas pro emolumento Eccleſiæ deſtruatur.*

Ideo fit, teſtatur Anoymus Factionis ſcriptor, quia (*n*) „ ſi etiam Jeſuitis honor ille, „ quod primi falſos ſolutæ & mollis doctrinæ „ moralis fontes aperuerint, non debeatur,hæc „ tamen gloria illis abjudicari nequit,quod affe-„ ctum duntaxat prius corruptæ hujus doctrinæ „ ſyſtema perfecerint. „ Num ergo nominis celebritas, quam ipſis conciliant Janſeniſtæ, illis debita non eſt?

Ideo fit, affirmat Præfationis, quæ *morali Jeſuitarum* præfixa eſt,author, quia, (*o*) „ qui „ vult arborem exſcindere, non ſe in ramo,jam

(*m*) Litteræ Provinciales latine redditæ cum notis, T. I. p. 92. Edit. an. 1700. (*n*) Epiſt. I. Theologi cujusdam ad Epiſcopum quendam, pag. 32. Anonymus hic Scriptor, eſt Abbas Couetus, ut infra dicetur.

(*o*) Videatur Præfatio.

„ hoc, jam illo ſingillatim decutiendo detinet, „ ſed ſecuri ipſum ſtipitem & radicem ferit, qui- „bus reſectis, etiam rami corruant neceſſe eſt ; „non ſecus, pergit ille, exiſtimavi, evulſa per- „ nicioſa Jeſuitarum doctrina de moribus ac „ conſcientiæ quæſtionibus,uno eodemque ictu „ amputaturum me omnia, quæ in aliis novo- „ rum Caſuiſtarum libris cum illa congruunt; „ quandoquidem hi prope omnes ex Jeſuitarum „ diſciplina prodierunt, &, quod perperam do- „ cent ac ſcribunt,vel in illorum ſcholis, vel ex „ illorum libris didicere. „ Ergo, cum fuerint Jeſuitarum diſcipuli, jure merentur omnes, ſub nomine Jeſuitarum turpiſſima ſpecie depingi, & exiſtimatione ſua ſpoliari.

Porro, ideo fit, eodem teſte, quia (*p*) „ „ plurimi Religioſi , & Confeſſarii , rerum „ parum intelligentes, in eo errore verſantur, „ non poſſe ſe aptiore via cognitionem de prin- „ cipiis Chriſtianæ morum doctrinæ conſequi, „ quam ſi clariores tam celebris Societatis Au- „ thores legant. „ Ergo meretur hæc Societas, a Janſeniſtis, qui hac quoque in re propo- ſitum ſibi aliorum hæreticorum exemplum ſequuntur , omni, quod furor dictare po- teſt, ingeſto dedecore & infamia opprimi, ut hoc modo omnes alii Catholici bona ſua fama & authoritate evertantur.

Denique hoc ideo fit, quemadmodum claſſicum canens enunciat Theodoricus * Via- ixne-

(p) Ibid. Vid. Monitum prævium.

(*) Viaixnes.

ixneſius, quia, (*q*) „ diu jam eſt, ex quo „ bellum duntaxat defendimus; tempus eſt, „ ut illud non accipiamus amplius, ſed infe- „ ramus, & inſtructa acie hoſtem (Jeſuitas) „ a fronte adoriamur. Eia! denunciemus „ eos ex juris forma Eccleſiæ: vires junga- „ mus Benedictini, Dominicani, Canonici Re- „ gulares, Carmelitæ, Patres Oratorii, & „ ut verbo dicam, quicunque doctrinam SS. „ Auguſtini & Thomæ Aquinatis profitemur: „ duces nobis & anteſignanos deligamus „ Doctores & Eccleſiaſticos, qui ſe a nume- „ roſa & valida Jeſuitarum factione in „ laqueos indui paſſi non ſunt, præcipue autem „ ***paucos illos Epiſcopos***, qui in Gal- „ lia incolumem ſervarunt in animo integrita- „ tem fidei: omni vi, mentiſque robore ſigna „ inferenda ſunt ſectæ Jeſuiticæ, ut funditus „ extirpetur. „ Prô! quantos animos inſpirat aura Hollandiæ, ex qua tam pretioſæ merces in hujus Monachi Apoſtatæ litteris ad Pediculum ſeu Petitpiedium devectæ ſunt in Galliam!

Hoc itaque contendunt hi Novatores, quod Jeſuitas invadere & dejicere, vera illa & arcana rei efficiendæ ratio ſit, qua non Jeſuitæ tantum, ſed & omnes, quos Janſeniſticis Nomenclatoribus *Jeſuitarum* nomine inſignire placet, nempe *ingens numerus Religioſo-*

(*q*) Commentar. III. de conſiliis ac molitionibus Janſeniſtarum pag. 2. Documenta horum Commentariorum autographa extant in Bibliotheca regia.

rum & directorum, qui meliores horum Patrum libros ad uſum adhibent, nec minus *Eccleſiaſticorum ac Sacerdotum ſæcularium*, qui, quod fuerint eorundem diſcipuli, & hauſtam in illorum ſcholis, vel ex libris doctrinam arcte adhuc complectantur, hoc ipſo declarati Janſeniſmi hoſtes ſunt; omnes, inquam, hi proterantur, & omnium ludibrio objiciantur: Verbo, perſuaſum ſibi habent, directam hanc viam eſſe, qua ad abſolutionem ſyſtematis Burgofontani, cujus Eccleſiæ JEſu Chriſti demolitio ſcopus eſt, perveniri poſſit.

Verum o cæcos & inſipientes, qui non vident, quantum & plusquam nimium illis honorem habeant, quos omnium pedibus conculcari optant! Eccleſiæ JEſu Chriſti nec Jeſuitis opus eſt, nec cujusvis alterius privati opera, ut ad finem temporum incolumis & illibata perſeveret: at oportet tamen hoc loco jus ſuum reddi, cui debetur: Janſeniſtæ primi non ſunt, qui tam ineptam opinionem concepere animo: jam alibi docui, hanc illos ab apoſtata Fra-Paolo, ſeu * Paulo Sarpio mutuatos eſſe, qui jam dudum ante ipſos aperte edixerat, ad id, ut Catholicæ religionis deſtruendæ conſilio ipſum quoque

(*) Maligno illo & mendaci Hiſtoriæ Concilii Tridentini ſcriptore, quem ſibi Card. Sfortia Pallavicinus in Hiſtoria de eodem Concilio refutandum ſumpſit. Uberior de homine hoc commemoratio ad rem non pertinet, nec ea ipſe dignus eſt. *Interpres.*

que opus reſpondeat, exordium ab evertendis Jeſuitis ducendum eſſe. Hoc autem poſito, hoc eſt, ſi hunc Chriſto Servatori tam contumelioſum, & promiſſis ipſius adeo adverſum, mutuum inter Eccleſiam & Jeſuitas nexum, ac ſi deſtructa ſocietate deſtrui poſſet Eccleſia, fingamus; poterantne Janſeniſtæ conſectaria magis ratione rem agere, quam ut quemadmodum ſemper fecere hactenus, in Jeſuitas violento impetu incurrerent, & nomine *Jeſuitarum*, vel *Moliniſtarum*, vel *Semipelagianorum*, vel *Pelagianorum* omnes comprehenderent, qui ſectæ progreſſibus, & ſyſtematis ipſorum executioni omni conatu obnituntur?

Sub his itaque nominibus quomodo Fœderati Burgofontani omnes & ſingulos directores Catholicos immaniter dilanient, ex iis, quæ in hac parte V adhuc dicenda reſtant, intelligemus; videbimus tamen, Jeſuitis in calumnioſis eorum ſatyris primas ſemper & potiſſimas partes tribui; & hoc ob graves illas rationes, quas ab Janſeniſtis mundo redditas fuiſſe diximus.

§. IV.

A pluribus annis Factio Janſeniana contra *corruptam Jeſuitarum moralem doctrinam* contentiſſima voce ex omni parte vociferabatur; at ratione quadam admodum diffuſa ac vaga, quæ longe aberat ab eo, ut tantum, quantum volebant Janſeniſtæ, apud hominum animos momenti haberet. Itaque fortunam alia via tentare placuit, cui etiam eventus non

male reſpondit: Sancitum fuit, *abominanda doctrinæ capita*, veluti a Jeſuitis primum inventa ac tradita, in unum cumulum conferre, & publicæ luci exponere, tam opipare elegantiis ſtyli, & feſtivis rerum ſignificationibus ac narrationibus condita, ut quamvis plena horroris eſſent, quæ Jeſuitis affingerentur dogmata, legenti tamen non modo non faſtidium, ſed oblectationem etiam, & magnam lectionis proſequendæ aviditatem afferrent. Portus proinde Regius novæ formæ ſuppeditavit actorem, qui huic ſcenæ ſerviit, & hæc *abominanda principia ac dogmata* in publicum extulit, hoc adſcripto titulo: *Ludovici Montaltii literæ ad amicum Provincialem ſeu extra Pariſios degentem &c.* Ea autem dogmata, teſtatur quidam e ſecta author (r) *tam lepido ſcribendi genere repræſentavit, ut ſtyli ſui nitore & amœnitate omnes ad legendum pertraheret.*

Blaſius * Paſchalis, unus e melioribus, quos Factio habuit, ſcriptoribus (nempe, ſi verba; at e peſſimis, ſi mendacia ac calumnias ſpectes) literarum harum Provincialium author fuit. Inſolitæ indolis homo ** Claromontum in Arvernia patriam nactus eſt. Admodum juvenis venit Pariſios, & mala ſua forte in manus incidit Singlini, Abbati Sancyrano in regendo Portu Regio ſuffecti. Dignum hoc

(r) Moralis Jeſuitarum in Præfatione, Edit. in forma IV anni 1667, cum hac inſcriptione: *Neceſſitas & utilitas hujus operis.*

(*) Paſcal.

(**) Clermont en Auvergne.

hoc magiſtro & moderatore in Chriſtianæ perfectionis ſemita progreſſum fecit; nec forte injucundum erit lectori, ſi hoc loco ipſius oculis ſubjiciam imaginem, quam de ſuis virtutibus ſua ipſe manu pinxit: Eam in ſcheda ab ipſomet exarata, poſt mortem inventam, * Perieria ipſius ſoror in hiſtoria vitæ fratris tam bene meriti, quam in lucem dedit, poſteritati ſpectandam reliquit.

(s) Amo paupertatem, ait in hoc codicillo ſuo Paſcalis, quia JEſus Chriſtus eam amavit: Amo bona fortunæ, quia ſubſidia mihi ſubminiſtrant, quibus miſeros juvem: fidem ſervo omnibus: malum non reddo illis, qui male mihi faciunt, ſed ſortem iis opto meæ parem, in qua a pleriſque nec bonum nec malum recipio. Satago ſemper omnia ad veritatem loqui: fidelis & candidus ſum erga omnes; eos autem tenero amore complector, quos mecum DEus arctius conjunxit: ſive ſolus ſim, ſive in conſpectu hominum, in omnibus meis actionibus DEum, qui de illis judicaturus eſt, cuique omnes conſecravi, præ oculis habeo. Ecce animi mei ſenſa. Cunctis vitæ meæ diebus laudo meum Redemptorem, qui illa mihi ſuggeſſit, & ex homine infirmitatibus, miſeriis, cupiditate, ſuperbia, ambitione pleno, *formavit me homi-*

(F) 4 „*nem*

(s) Vita Paſcalis pag. 31.

(*) Madame Périer.

„ ***nem ab omnibus his malis im-***
„ ***nem*** , idque per virtutem gratiæ , cui hæc
„ omnia debeo , quippe qui a meipſo non ha-
„ beam , niſi miſeriam & horrorem. „

Quodſi jam ex hac forma , a literarum Provincialium authore de ſeipſo exhibita, quid de his ipſis literis , tanquam celeberrimo omnium , quæ ipſius ſe calamo debent , opere cenſendum ſit , ſtatuamus , quantum non pretium , quanta laus illi a nobis decernenda erit ? aut quis , per DEum ! vel cogitationem admittere auſit , his literis aliquid cum executione deteſtabilis Conſilii Burgofontani commune eſſe ? Sunt eæ labor & opus hominis , qui ſtudioſiſſime ſemper veritati , ingenuo candori , fidelitati ſerviit : hominis, qui in rebus ſuis omnibus , quas ageret , DEum præ oculis habuit ; ſaltem id ipſus de ſe profitetur : hominis , qui ne momento quidem præſentem & inſpectantem omnia DEum ex animo dimiſit : hominis , qui omnibus miſeriis , quæ alias annexa humanæ naturæ hæreditas ſunt , exemptus fuit : verbo , hominis, *qui non erat , ſicut cæteri hominum.* Is autem , qui tam prope accedit ad naturam Angelicam , num in medium proferre poteſt aliquid , quod non præſtans & eximium ſit ? Num alieniſſimus & remotiſſimus non eſt ab omni contagione ſcelerati ſyſtematis , quale Burgofontanum non cenſeri non poteſt ?

Ve-

Verum plerumque id contingere ſolet, ut noſtri nos amici melius, quam nosmetipſi, perſpectos ac cognitos habeant. Paſcalis bona fide ſcripſerit, quæ de ſeipſo ſentiebat: largiamur id homini: at boni Paſcalis amici in Portu Regio, ea de ipſo teſtati ſunt, quæ omnino perſuadent, non in ea illos fuiſſe ſententia, quod Paſcalis ab omni labe ac vitio immunis fuerit; nam verba illorum ſunt, (*t*) „ „ parum fidei tribui poſſe ipſius teſtimonio, „ utpote ſcriptoris alienis tantum cernentis „ oculis, & res, quas narrat, leviter edocti. „ - - Cum literas Provinciales ſcriberet, ſo- „ la eorum fide nixum fuiſſe, qui ſuggerebant „ authorum locos, quos deinde in his litteris „ adducebat, quin ad ipſos ſe fontes referret: „ & inſpecta librorum verba, omnemque ora- „ tionis contextum cum ſuppeditatis ſibi ſche- „ dis conferret: ſæpe falſis vel incertis funda- „ mentis exotica phantaſiæ ſuæ ſyſtemata in- „ ædificaſſe, quæ nullum, ubi conſiſterent, „ quam in ipſius animo, locum habebant. „

Hac tam exigua fide, & obnoxio delirationibus ingenio, ipſis Janſeniſtis teſtibus, erat author præcipui fere inter Factionis libros operis; operis, inquam, quod certos quidem homines mirifice delectabat; at non ſine ingenti detrimento veritatis, charitatis, & quod jure addo, religionis; nam literis Provincialibus duplex argumentum ac ſcopus erat:

 ſecun-

(*t*) Vide epiſtolam cujusdam Eccleſiaſtici ad amicorum ſuorum quempiam pag. 81 & 82.

ſecundarius, inſpirare animis quinque Burgofontanæ doctrinæ capita, ſeu hæreſin Janſenii: primarius autem, conſtitutum Burgofonte tertium evertendæ religionis adjumentum ipſo uſu experiri; hoc eſt, probris obruere & contemptiſſimos reddere, qui tam execrabile conſilium ſufflaminare poſſent.

Atque hoc erat, quod Portus Regius Paſcalis calamo efficere cogitabat; id, quod monſtrare paro, non adducendo quidem excerptos ex libro locos ac teſtimonia; integrum enim oporteret exſcribere, & huc transferre; ſed via quadam breviore, certiore, & prompto aſſenſu excipienda ab omnibus, quicunque legitimam authoritatem revereri ſciunt; nempe ſatis erit varias prodere ſententias, quas in has literas tulere omnia tribunalia, in quibus in jus vocatæ & condemnatæ ſunt.

Aliquot poſt menſibus, quam Paſcalis, Ludovici Montaltii nomen mentitus, duodevigeſimam ſuam epiſtolam foras dederat, Roma locuta eſt: omnes duodeviginti has epiſtolas Papa Alexander VII vaticano fulmine confixas, intentatis in eos, qui non obtemperarent, conſuetis Eccleſiæ cenſuris legi vetuit. Non admodum multos tum ætatis annos Janſeniſmus agebat; & tamen jam jus ſibi arrogabat, Pontificias Conſtitutiones atque edicta ſolenniſſimo etiam ritu promulgata impudenter aut inanibus eludendi effugiis, aut om-

omnino contemnendi. Certe, quam exiguo loco habuerint Janſeniſtæ decretum, (*u*) quod tam pretioſum ſibi librum damnabat, manifeſto documento eſt, quod poſt illud eodem, quo ante, conatu literas Paſcalis ubique diſſeminare inſtiterint, & ad urgendum melius conſilii ſui ſucceſſum, latino ſermone donatas, uno poſt inflictam illis Romæ infamiæ plagam anno, cum Guilielmi Wendrockii, ſeu Nicolei notis, alteris typis excudi curaverint. Literæ ita latine redditæ cum novis ſuis ornamentis ex Regis decreto quatuor * Epiſcopis, & novem Sorbonæ Doctoribus, (*x*) iisque *omnibus Moliniſtis & Semipelagianis* (ait ſcriptor hiſtoriæ Janſeniſmi) recognoſcendæ & expendendæ traditæ ſunt. Teſtantur autem hi Præſules ac Doctores, (*y*) „ Janſenianas hæreſes ab Eccleſia damnatas „ propugnari, atque defendi tum in dictis „ literis Ludovici Montaltii, tum in notis „ Guilielmi Wendrockii, tum in adjunctis „ Diſquiſitionibus Pauli Irenæi, atque id eſſe „ tam

(*u*) Decretum Alexandri VII datum 6 Sept. 1657.
(*x*) Hiſtoria Janſeniſmi Tom. II. pag. 462.
(*y*) Judicium 7 Sept. 1660.

(*) Inter quatuor hos Cenſores Epiſcopos erat etiamFranciſcus Ambianenſis, ſed longe alius a Franciſco Ambianenſi Epiſcopo, cujus in P. IV. & paulo ante in hac parte V. mentio facta eſt; quippe hujus ſucceſſor. Videatur Gallia Chriſtiana Dionyſii Samarthani in Epiſcopis Ambianenſibus. *Interpres.*

„ tam manifeſtum, ut ſi quis neget, neceſſe „ ſit, vel non legiſſe librum hunc, vel non „ intellexiſſe, vel certe, quod pejus eſt, non „ putare id hæreticum eſſe, quod a ſummis „ Pontificibus, & ab Eccleſia Gallicana, & „ a ſacra Facultate Theologiæ Pariſienſis dam- „ natur ut hæreticum. „ Inſuper declarant, „ „ maledicentiam & petulantiam tribus illis au- „ thoribus adeo eſſe familiarem, ut nulli ho- „ minum conditioni parcant, exceptis Janſe- „ niſtis, non ſummo Pontifici, non Epiſco- „ pis, non Regi, non præcipuis regni admi- „ niſtris, non ſacræ Facultati Pariſienſi, non „ religioſis familiis. „ Notemus probe, quod affirmant hi Cenſores, Nicoleum & Paſcalem *nulli hominum conditioni parcere, exceptis Janſeniſtis*, quanquam videantur ſolis Jeſuitis inſultare, ac calcem illidere; nihil his verbis decretorium, & veritati conſentaneum magis; nihil, quod apertius enunciet utriusque conſilium deprimendi ſub nomine Jeſuitarum Catholicos, & patrocinandi Janſeniſtis.

Declarationem hanc atque teſtimonium Cenſorum, ſecutum eſt regii Conſilii (z) decretum, cujus authoritate & juſſu literæ Provinciales cum ſuis notis ad crucem * in Campo Sagittariorum manu carnificis laceratæ & combuſtæ ſunt; quam ipſam probroſam ſortem tribus jam ante annis ſubierant ex ſententia ſupremi Senatus Aquisſextienſis in Provin-

(z) 23. Sept. 1660.
(*) du Tiroir.

vincia, (*a*) „ tanquam refertæ calumniis, „ mendaciis & erroribus, maledictis & rebus „ confictis, ac falſo attributis Sorbonicæ facultati, ſacræ Dominicanorum familiæ, ac „ Societati Jeſuitarum, *ut iis ignominia & invidia quæratur.* „ Sacra inquiſitio Hiſpanica * idem de iis, quod alia tribunalia, judicium tulit, nimirum „ librum hunc continere propoſitiones hæreticas, erroneas, ſeditioſas, ſcandoloſas: Apologiam eſſe doctrinæ Janſenii ab Eccleſia proſcriptæ; non „ ſine ludibrio atque irriſione eorum, qui geminam ſcholam Thomiſtarum, Jeſuitarumque ſectantur; ad inſignem divi Thomæ injuriam, quem perſuadere conantur unum „ atque idem cum Janſenio ſentire; denique, „ dum agit de moralibus opinionibus, in Societatem JEſu in primis contumelioſum eſſe. „ Judicent modo animi, ab omni ſiniſtro affectu vacui, nullaque prava opinione præventi, quæ Janſeniſtarum mens ac conſilium fuerit, cum has literas vulgarent, hominumque manibus legendas ubique obtruderent.

§. V.

Nunquam hæreſis inſoleſcit acrius, & audet majora, quam cum ſibi cauſſam quandam atque obtentum fabricata eſt, ex quo ſe palam oſtentare poſſit. Janſeniſtæ, poſtquam per calumniam confinxerant, Evangelicam mo-

(*a*) 9. Febr. 1657. (*) 5. Jun. 1693.

morum doctrinam ab adverſariis ſuis fœdiſſima ſentiendi libertate inquinari, a fucata tuendæ ejusdem doctrinæ ſpecie anſam arripuere, libere ſe & audacter foras efferendi: ex omni latere de *molli*, *laxa*, *corrupta doctrina morali* ingentes clamores edebant. Nunquam Caroli Borromæi, Philippi Nerii, Franciſci Saleſii, Thomæ Villanovani, Thereſiæ a Jeſu, Vincentii a Paulo, Ludovici Granatenſes, Cardinales Berullus & Rupiſucaltius, Petri Forrerii, qui optime perſpectam habebant Jeſuitarum doctrinam, & cum magna utilitate ex ipſa conſilia ſua capiebant, nunquam grandes hi Viri iſtorum Patrum doctrinam talem eſſe cenſuere, qualis a Janſeniſtis proclamabatur.

Tum vero patuit, quanta jam, ab acceſſione Eccleſiaſticorum ſecundi ordinis, Janſeniſmus incrementa ſumſiſſet: ubique erant, qui eadem modulatione ac vocis ſono ſuccinebant, quæ in ſuis *Provincialibus literis* præcinebat Portus Regius: quocunque & cujuscunque demum impendio ex his literis compendium quoddam ſuum ac lucrum facere cupiebant, nihil omnino ſoliciti, num proſcriptæ illæ ſint, an ſecus, easque legere fas foret: qua in re præcipue Curiones Janſeniani Rotomagenſes, Ambianenſes, & Senonenſes, ipſique etiam in poſtrema hac diœceſi Decani rurales præ aliis Factioni ſe deditos præbuere: pluribus annis non alii audiebantur ſermones, quam de propoſitionum indice, quæ

ex *Provincialibus literis* excerptæ ad Epiſcoporum tribunalia deferebantur, ut eorum ſententiis configerentur. Sed nullibi negotium ardentius geſtum eſt, quam Pariſiis.

A multis jam annis ſolertiſſime id agebant Janſeniſtæ, ut quotoscunque poſſent, in regiam hanc urbem Curiones inducerent, quibus Janſenii cauſſam cordi eſſe, atque adeo plurimum iisdem confidere ſe poſſe ſcirent: erat ex illo tempore tanta eorum, qui Janſenianis erroribus infecti erant, copia, ut in conventibus menſtruis, quibus deinde ipſis interdictum eſt, novitatum Patroni ſemper incorruptos ac integros numero ſuperarent, & quemadmodum Factionis quidam ſcriptor refert, (*b*) *fruſtra aliqui e Curionibus, qui meri Moliniſtæ erant, vel ſe ſpiritu bonorum Patrum* (Jeſuitarum) *agi, eorumque conſiliis gubernari ſinebant, rabie perciti ſus deque verterent omnia, ut ſuis ſuffragiis ac ſententia reliquos vincerent.*

In horum conventuum uno 4. Sept. 1656, tempus jam eſſe viſum eſt utendi animorum motibus, quos *literæ Provinciales* conciverant, & ad concitandum in toto regno tumultum veluti ſigno edito, omnes Galliæ Curiones ad conferendam contra ſectæ inimicos operam inflammandi. Rem executa eſt octo poſt diebus pars corrupta Curionum Pariſien-

ſi-

(*b*) Collectio documentorum pro hiſtoria Portus Regii pag. 281.

ſium, datis ad reliquos literis encyclicis cum hac inſcriptione: *Monitum Curionum Pariſienſium ad Curiones cæterarum diœceſium in Gallia, de perverſis principiis quorundam novorum Caſuiſtarum.* At audax hoc factum, quod tam apertam conſpirationis ſpeciem præferebat, longe minorem, quam ſibi ſpondebant, effectum ſortitum eſt: Cleri Gallicani comitia, quæ hoc anno celebrata ſunt, illud ex ſpiritu *Factionis* & *clandeſtinæ molitionis* (his verbis ſenſum ſuum exprimunt) profectum eſſe cenſuerunt, & * Rouſſeum ac Dupuyum, Curionum Procuratores, coram ſiſtere ſeſe, & de hac inconſulta temeritate rationem reddere juſſerunt: qui proinde, quæ in hoc negotio acta fuerant, quantis poterant, verbis lenire, & a criminis nota eximere conati ſunt.

Adverſus hic caſus Curiones Janſenianos adeo nihil movit, ut non modo a ſuſcepto conſilio non diſcederent, ſed contra majores etiam ex eo animos ſumerent, atque vehementius incenſi præciſe peterent, ut Epiſcopi damnarent doctrinam, quam illi *pravam moralem præſentis temporis* vocabant. Scriptor, quem ſupra appellabam, ſeu *Collector documentorum pro hiſtoria Portus Regii* nos geſtæ rei ſeriem docet: (*c*) „Conſtat, ait, Curiones „Galliæ ab editione literarum Provincialium, „quas in adducendis authorum locis ac verbis „ad

(c) Collectio cit. pag. 280.
(*) Rouſſe. Dupuy.

„ ad omnem bonam fidem exactas eſſe cenſe-
„ bant, magno adverſus malos Caſuiſtas pu-
„ rioris Ethicæ ſtudio exarſiſſe; Jeſuitas au-
„ tem terram cælumque commoviſſe, ut *ab-*
„ *ominanda ſua placita* ſarta tectaque ſerva-
„ rent: verum illud forte adhuc in obſcuro eſt,
„ Curiones Pariſienſes, qui ſingulis menſibus
„ tum temporis pro tractandis Parœciarum
„ ſuarum negotiis cœtus agere conſueverant,
„ primos conſilium iniiſſe, laxæ moralis con-
„ demnationem poſtulandi. „

Sub idem tempus, rebus ita ſe habentibus, (*d*) Jeſuita Pirotus, inconſulto in Societatem ſuam, quam indignis adeo modis haberi cernebat, ſtudio incitatus, ſine authoris nomine, invitis ſuis Præſidibus, *apologiam Caſuiſtarum*, quos Paſcalis in ſuis litteris reos peregerat, in lucem edidit: nihil importunius, & alieno magis tempore prodire poterat. Sorbona tria in hoc opere dogmata deprehendit, quæ author ab erroris labe purganda ſuſceperat; illa vero a ſe reprobanda cenſuit: oculi tamen Curionum Janſenianorum multo acriores & acutiores erant: videbant hi in apologia longe majorem ejuſmodi dogmatum numerum; ergo novo æſtu hujus libri condemnationem urgebant; propterea, ut certius cauſſam obtinerent, ad profanum tribunal, ſupremam Curiam Pariſinam rem deferre parabant; ſed Regii mandati interventu prohibiti, & ad forum ſacrum Vicariorum Gene-

(*d*) Videantur Commentarii chron, anni 1659.

ralium Cardinalis Retzii controverſiam hanc adducere juſſi ſunt. Equidem cardo difficultatis non vertebatur in eo, ut frequentibus clamoribus id, quod *pravam moralem* compellabant, proſcribi peterent; ex certa quadam decentia, pro tuendo Curionum tam ardentium, tam perſpicacium honore, oportebat eos hanc *pravam moralem* probis & ſolidis rationibus convellere: majoris id laboris opus erat, quam contra eam confuſis vocibus declamare: introſpiciebant hi Domini omnem difficultatem: reſpectabant ſe mutuo, & nullus pares ſubeundo huic muneri ac oneri humeros ſentiebat.

Exiguæ etiam perfugii rimæ, ac minima adminicula nonnunquam valde opportuna ac pretioſa ſunt. Erat inter hos Curiones Abbas * Mazureus ad S. Pauli Curio, e cujus calamo ad illud uſque tempus nihil palam exierat, niſi copioſus ſuffragiorum numerus, quibus Factionis libris ſubſcripſerat: de reliquo nulli occaſioni deerat, variis levioris momenti litigiis, quibus Jeſuitis, vicinis ſuis, quovis eveniente caſu negotium faceſſebat, alienum ab illis animum oſtentandi; magnam præſertim apud Fœderatos famam ſibi confecerat, quod Patri * Lingendeſio Jeſuitæ, in templo ſuo ad populum dicenti, ſilentium impoſuerit, cum inſonante omni ære campano, & canente Sacerdotum choro, ſermonem interrumpi ac turbari juſſiſſet. Num quo alio opus

(*) Mazure.
(**) Lingendes.

opus erat, ut inter Portus Regii Heroes inſignem locum acquireret? Hic igitur tam illuſtris meriti vir deſtinandus viſus eſt honorificentiſſimo muneri, novum monſtrum calamo ſuo debellandi; ad quod etiam induci ſe paſſus, delatam ſibi provinciam accepit. Narrat autem Portus Regii Hiſtoricus jam citatus, quomodo, quicquid difficultatis molitio operis haberet, ſublatum, totumque negotium Mazureo promptum & expeditum redditum fuerit: (*e*) „ Interea, ait ille, cum deligendus „ ex Parochorum ordine eſſet, qui contra „ laxam moralem calamum ſtringeret; nul- „ lus vero ad ſuſcipiendum hunc moleſtum la- „ borem affectum ſe, ac paratum oſtenderet, „ * Fortinus (ad S. Chriſtophori Curio) „ Paſchalis amicus, fervidus homo, Mazu- „ reum ad S. Pauli Curionem aggreſſus eſt, „ & eo adduxit, ut ſcriptoris partes accipe- „ ret; promiſit ſimul, curaturum ſe, ut hæc „ ſcripta, quibus nomen ſuum Mazureus „ commodaturus eſſet, a viris rei gerendæ „ peritiſſimis conficerentur: deinde de præ- „ ſtanda ſubſidiaria opera Fortinus Arnaldum, „ ** Nicoleum & Paſcalem appellavit, qui „ veri illorum ſcriptorum architecti ſunt, quæ „ Curionum Pariſienſium nomine armata pro- „ dierunt, poſtquam ea in congreſſibus ſuis „ lecta & diligenter expenſa ſubſignarunt. „ Curiones Catholici, qui conventibus ade-

(G) 2 rant,

(*e*) Collectio cit. &c. pag. 281.
(*) Fortin.
(**) Nicole.

rant, poterant refragari, quantum vellent: *ſurdis fabulam canebant.*

Atque hæc octo illa ſcripta ſunt, quæ proxime poſt literas Provinciales nomine Parochorum Pariſinorum edita, eorumque chirographis munita volitarunt per Galliam: propoſitum & finis eorum eſt, ut per ſpeciem urgendæ damnationis *Caſuiſtarum apologiæ*, probris & injuriis, quas nunquam genuinum veritatis ſtudium ſuggerit, ſectæ inimicos in gravem invidiam adducant, præcipue Jeſuitas, exempli cauſſa: (*f*) *videmus* (in uno illorum ſcriptorum inquiunt) *potentiſſimam & numeroſiſſimam Societatem in defendenda horrenda principia, quæ unquam afflixere Eccleſiam, incenſiſſimo ardore incumbere.*

Pulchre igitur & ex ſententia proceſſit Portui Regio, ut Piroti liber in librorum reproborum numerum referretur: plures eum Epiſcopi cenſuris perſtrinxerunt, & ipſa etiam Roma damnatoria ſententia perculit. At Jeſuitæ nec verbulum ſibi excidere paſſi ſunt, quo innuerent, illum male condemnatum, aut non attente examinatum, aut Pontificem ſiniſtris relationibus præventum fuiſſe; vel agi de quæſtione facti, quam nec Pontifex, nec Epiſcopi decernere poſſent, quoniam Eccleſia in decidendis factis, & intelligendis ſcriptorum verbis errandi periculo obnoxia eſſet &c. Submiſere ſe ſententiis, & præciſe ac ſimpliciter Sodalis ſui librum abdicarunt, quin huc-

uſque

(*f*) Reſponſum Curionum Pariſienſium pro edita defenſione facti &c. pag. 6.

uſque vel ſyllaba ejus defendendi cauſſa ab ipſorum calamis in publicum proferretur. Inde habebant Janſeniſtæ eodem tempore & ampliſſimum triumphi agendi locum, & ſimul egregium ſubmiſſionis exemplum, quod imitarentur; ſed neque tunc, neque poſtea unquam imitati ſunt.

§. VI.

Negotium erat Jeſuitis cum hominibus, qui nihil magis averſabantur, quam quietem & pacem: ex decreto Burgofontani ſyſtematis illi ab his ita proſternendi ac obterendi erant, ut nunquam ſe erigere & ex impactæ infamiæ ſordibus attollere poſſent. Quamobrem ſub idem tempus fanaticus illos opprimendi æſtus ad eum inſolentiæ locum adductus eſt, ut facinori, quod tentarunt, ſolus hæreſis ſpiritus par eſſet. Pariſiis & in vicinia aliquot maligni veteratores, frontem ac ſermonem Jeremiæ Prophetæ induebant, & magnis clamoribus atque lamentis ruinam & vaſtitatem ordinis Jeſuitarum, atque morum pravitatem, quam in Eccleſiam inveherent, deplorabant: (g) *Ah mei Fratres*, clamabant ex omni parte in compitis, *rogemus DEum pro Eccleſia! miſeram Eccleſiam! in quem calamitoſum te ſtatum deduxere Jeſuitæ! quid non metuendum eſt ab eorum potentia*

(g) Reſponſum P. Annati ad commentitiam epiſtolam Epiſcopi Angelopolitani.

tia & authoritate, qua in illa pollent, ac perniciosa doctrina! - - - *Grandis jactura*, dicebant operarii quidam Evangelici in Provincia, quæ non procul Pariſiis abeſt, *grandis jactura, quod hic ordo adeo depravatus ſit: quis unquam id divinaſſet &c.* Hæc & alia erant, quibus hos Patres apud plebem per probra ac calumnias denigrare ſatagebant.

(*b*) Factio non minoris momenti eſſe cenſebat, ut eodem adverſus hos Patres horrore infantium animi imbuerentur: id præſtare muneris erat religioſarum Virginum * Portus Regii in Campis. Educabant hæ in monaſterio curæ ac diſciplinæ ſuæ commiſſum magnum adoleſcentularum numerum: Magiſtra, quæ inſtituendis in convictu puellis præerat, teneras alumnas ſuas magna cum ſolertia de controverſiis, quæ tum magno æſtu in Eccleſia agitabantur, erudiebat; quicquid autem in his contentionibus invidioſi erat, Jeſuitis tribuebat; qua re effecit, ut puellæ ingentem ab his Patribus alienationem animi imbiberent: Ut hanc foveret, & magis etiam corroboraret Magiſtra, noverat ſe apte componere ad hujus ætatis mores & indolem: conſilium illis ſuggerit, duo parvula ſimulacra ſeu pupas parandi, & earum uni ſpeciem ac veſtem Jeſuitæ, alteri cujusdam Capucini inducendi. Pupas ita veſtitas puellæ ad Religioſas, ut feſtivo illas ludo oblectent, apportant: poſt plures

(*b*) Vid. Reſponſum II ad apologiam Portus Regii p. 27.
(*) P. R. des Champs.

plures de doctrina quæſtiones intra unam & alteram pupam, cum Religioſa, quæ Diſputationis præſes erat, & dictorum ſummam colligebat, Jeſuiticæ pupæ reſponſa identidem reprobaret, omnes reliquæ religioſæ & alumnæ in ſignum victoriæ dant manibus plauſus, raptim & turbulenter conſurgunt, ovantium in morem ſimulacrum Jeſuitæ in hortum deportant, ſtagnum, quod ibi erat, coronant, eique Jeſuiticam pupam immergunt, ac denique omnino ſubmerſam intra aquas ſepeliunt: ſequuntur effuſi cachinni, agitata volitant pepla & vela, turbantur capitis & colli amicula, ſonant gratulantium voces, fervent tripudia, omnia ob rem tam bene geſtam lætitiis natant. His oblectamentis recreabant ſe (i) *animæ fortaſſis ſanctiſſimæ, quæ tum erant in Eccleſia.* Arnaldus, & Nicoleus, ille in apologia Portus Regii, hic in *Imaginariis*, jocularem hanc ſcenam inficiari non poſſunt; contendunt tamen, imaginem duntaxat Eſcobarii Jeſuitæ ad illam apparandam adhibitam fuiſſe; quanquam reipſa pupa fuerit in Jeſuitam transformata, quæ in ſtagnum projecta eſt, quemadmodum teſtatæ ſunt nobiles Virgines, quæ tum in convictu Portus Regii commorabantur, & feſtivo ſpectaculo præſentes aderant: cæterum, ſeu pupa, ſeu imago fuerit, parum refert: exiguum inter ambas diſcrimen eſt.

(G) 4 Ut

(i) Commentarii Fontaai, T. I, pag. 400.

Ut apud litteratos exiſtimatio Jeſuitarum funditus periret, a vulgandis novis infamibus libris ac libellis ceſſatum non eſt: alius ex alio protruſus eſt in lucem, in quibus eorum Societas tanquam Eccleſiæ pernicioſiſſima depingitur. Tot id genus libri ſunt, ut quod obſervat Bayleus (k) *ſoli ingentem Bibliothecam efficerent*: nobis non niſi de duobus hujus ſortis ſermo erit, qui ita inter ſe connexi ſunt, ut a ſe mutuo ſeparari non velint, nec poſſint.

§. VII.

Poſteaquam Calviniſtæ aperte rebellionis ſignum extulerant contra Eccleſiam, in primis ipſis curis erat, ut Catholicis deteſtabiliorem, quam unquam fuiſſet, doctrinam moralem affingerent, & hac calumnia ſummam ipſis infamiam crearent; quem in finem *Theologiam moralem Papiſtarum* ex errorum ſuorum officina produxere. Placuit hoc exemplum, & forma Janſeniſtis: Cum litteræ Provinciales obſoleſcere inciperent, & non in eo, quo prius, frequenti uſu eſſent, anno 1667 protulere, & ubique ſparſere ſpiſſum volumen, cui titulum fecerant: *Moralis Jeſuitarum &c. conſcripta a Doctore quodam Sorbonæ*; quem poſtea * Peraltium fuiſſe faſſi ſunt: liber hic, qui pluribus typis & editionibus pervulgatus eſt, ſemper ſine Approbatorum ſuffragio comparuit, non, quod non eſſent,

(k) ad verbum: *Lojola.*

(*) Pérault.

eſſent, qui illum ſuo ſuffragio comprobarent; ſed quod conſultum non eſſet, ait Editor, (*l*) *objicere ſuffragatores iræ & vindictæ Societatis illius, cujus placitum ac diſciplina eſt, poſſe ſe ſine noxa ac labe conſcientiæ illos e medio tollere, quos putat famæ ac nomini ſuo dedecus afferre.* At ſi quando hæc ſocietas ad iſtud principium mores ſuos exiget, ſane plurima habebit, quæ agat; quandoquidem nulla unquam fuit, ut notat Bayleus (*m*) *communitas, in cujus perniciem tot incubuere inimici, quot graves ſibi ac infenſos experti ſunt Jeſuitæ, & adhuc experiuntur.*

Id autem ſpectat Peraltii opus, ut collatis undique verbis ac ſententiis, quæ prope numerum excedunt, oſtendat, Jeſuitas profanare, & cauſſas præbere profanandi omnia religionis myſteria, præcipue Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ; omnes virtutes exſcindere; omnibus vitiis ac criminibus impunitatem tribuere, & peccandi authoritatem afferre: verbo, moralem eorum doctrinam tam eſſe perverſam, modum regendi conſcientias tam noxium, ut ad aliud apti non ſint, quam ad accerſendum exitium omnibus, qui ipſorum ſe conſiliis ac directioni permittunt.

Liber hic, qui tam aperte & directe executionem Burgofontani ſyſtematis conſectabatur, non ad aliud factus videbatur, quam ut

(*l*) In monito ad lectorem, prope finem.
(*m*) Ad V. *Lojola.*

ut illitterato populo legendi faſtidium, & in primo ſuo aditu ſatietatem afferret. At Doctores Sorbonæ, qui Archiepiſcopi Pariſini juſſu ad rationis, ſanæ Theologiæ, ac religionis leges illum examinarunt, plus aliquid in eo, quam cauſſam creandi tædii detexere: unanimi conſenſu ſtatuerunt, ex injuriis, fallaciis, calumniis, adulteratis verbis ac ſententiis, craſſa inſcitia, falſis, pernicioſis, & hæreticis opinionibus coagmentatum eſſe: poſt hanc de doctrina ſententiam, ſupremus Pariſienſis Senatus librum & ipſe adjudicavit ignibus, quibus manu carnificis laceratus abſumeretur.

Ob infelicem hunc ſucceſſum, qui tam male reſpondebat immenſo authoris labori, Janſeniſtæ neutiquam concidêre animis. Duobus poſt annis huic operi tam ignominioſe notato, & pene in cunis ſuffocato ſuffectum eſt alterum, in quo conſilium inimicis ſectæ *omnem bonam exiſtimationem detrahendi*, quemadmodum Burgofontanus conventus ſanxerat, tam perſpicue ſe prodit, ut ad oculum pateat, & cæcus ſit neceſſe eſt, qui illud non videat. Eſt autem huic libro titulus: *Moralis ſeu Ethica Practica Jeſuitarum;* quæ cum compareret in publico, ſolicite caverunt Janſeniſtæ, ne de nomine authoris conſtaret, cum timerent, ne ex legum præſcripto pro merito ſevere caſtigaretur. Poſtquam autem a longo jam tempore mors eum humanæ juſtitiæ tribunalibus ſubduxit, non dubitant amplius

plius illum manifeſtare, & affirmant, primorum duorum voluminum authorem eſſe (*n*) * *Pont-Caſtellium* Portus Regii ſolitarium, qui cum in vivis eſſet, (*o*) *ſub nomine*, *habitu & forma hortulani* latebat, & illius munus ac labores *in prædio horreorum* obibat, (*p*) ſanctitatem vitæ poſt obitum ſuum etiam miraculis teſtatus: addunt, Doctorem Arnaldum (*q*) ex collectis Pont-Caſtellii commentariis reliqua ſex volumina adjeciſſe.

Moralis Practica reipſa aliud non eſt, quam continuatio ac complementum operis Doctoris Peraltii, de quo paulo ante locuti ſumus. (*r*) *Pio huic & ſapienti Sorbonico Doctori* (ait Pont-Caſtellius) *mens erat* (per librum ſuum Moralem Jeſuitarum inſcriptum) *omnium, & vel ipſorum etiam Jeſuitarum animos execrabilis ſuæ de moribus doctrinæ horrore perfundere.* Plenum igitur hoc benevolentiæ ac charitatis propoſitum Moralis Practicæ author vult proſequi, & exædificare, quod Peraltius in ſuo opere ſtruere inſtituerat: hoc autem opus omnibus numeris abſolutum fore exiſtimat, ſi (*s*) *pluribus rerum, quæ in omnibus mundi plagis evenere, hiſtoricis narrationibus* locupletet, quibus planum faciat, ipſos mores & vivendi rationem Jeſuitarum ubique terrarum reſpondere ipſorum ſententiis ac placitis, hoc eſt

(*n*) Collectio docum. pro Hiſt. P. R. pag. 438.
(*o*) Ibid. pag. 439. (*p*) Commentarii Foſſei pag. 395.
(*q*) Collectio cit. pag. 448. (*r*) Præfat. T. I. Moralis Practicæ. (*s*) Titulus Tomi I.
(*) Pont-Chateau.

eſt, æque *deteſtabilem* eſſe, ac ipſorum doctrinam moralem; id, quod ipſus a prima Præfationis ſuæ pagina his verbis profitetur: „ „ At univerſim id dici non poteſt,in omni vitæ „ genere ipſorum, illud terribiliſſimum eſſe, „ quod ad omnia hæc prava dogmata mores „ ſuos & vivendi conſuetudinem accommo„ dent, neque aliis contra legem DEI aut „ Evangelica principia permittant quidpiam, „ quod non ipſimet uſu & vitæ ſuæ inſtituto „ ſequantur, ut vel cupiditatibus ſuis, vel „ amplificandæ novis opibus ac viribus ſocieta„ ti ſerviant. „ Enimvero ſic belle ac commode conſilium inimicos *ſectæ omni bonore & fama ſpoliandi*, in opus deducitur, dum Janſeniſtæ mutuam ſibi operam præſtant, & unus pertexit ac perficit, quod alter exorſus eſt.

Non poteſt opportunius & majori jure ulli alteri, præ hoc infami libello, aptari effatum Baylei de confertiſſimo libellorum infamium acervo, qui fere quotidie ad conflandam Jeſuitis infamiam in orbem evolant. (*t*) „ Certum eſt, inquit, Jeſuitarum inimicos longe plus ipſis mali illaturos, ſi temperarent „ nimio animorum æſtui, ac odio, & in de„ ſtinandis atque infligendis ictibus moderatio„ re conſilio uterentur; nam dum vera con„ funduntur cum falſis, & inſimulationes tum „ bonis rationibus nixæ, tum leves ac futi„ les promiſcue inter ſe coacervantur, pro ac„ cuſati innocentia cauſſa agitur: Cæcutiat, „ oportet, qui non prævidet, plures libellos, „ qui

(*t*) Verb, Lojola.

„ qui identidem contra ſocietatem prodeunt, „ aptiſſima eidem ad ſui defenſionem arma „ præbituros : ſi præſenti illa ære authores „ emeret : qui fabuloſas ejusmodi narrationes „ cuderent, & ſpargerent, non in ullam „ aliam rem utilius ſumptus facere dici poſ- „ ſet. - - (*u*) „ Certum eſt (ait alibi) non „ majus Jeſuitis, & univerſim illis omnibus, „ quibus humana malignitas nominis infamiam „ machinatur, obſequium præſtari poſſe, „ quam ſi publice impetantur calumniis, quæ „ facillimo negotio refelli poſſunt. „

Moralis Practicæ Author omnis nugatoriæ inſcitiæ, quam Bayleus illis exprobrat, qui inanem *ſibi Jeſuitas infamandi laborem ſumpſere*, ſe reum egit : contexuit inter ſe promiſcue omne narrationum genus, quarum una ineptior ac inſulſior eſt altera. Ut quis ſuis ipſe oculis rem videat, obvium quodvis horum octo voluminum aperiat, & intelliget, nullum prudentem ac cordatum hominem fidei quicquam illis habere poſſe. Sunt Jeſuitæ Authori *Urinatores & Piſcatores unionum* in ora Piſcatoria & regno Concinenſi, *Vectores*, *Argentarii*, *Mercatores* Carthagenæ in Indiis, *adulteratores Monetarum* Malacæ, Genuæ *Judæi*, in China *idololatræ*, *Hæretici & vexatores aliorum Religioſorum* in Japonia, *copiarum duces*, imo etiam *Reges* in Paraquaria, *Negotiatores* in univerſo mundo, *Credito-*

(*u*) Verb. Bellarminus.

ditorum fraudatores in pluribus locis, & tandem homines *penitus avaritiæ ſordibus immerſi*, quibus proprium emolumentum DEus eſt, nec quicquam tam ſolenne ac ſanctum, quod non utilitatis & lucri cauſſa violent. Euge! *num poterat hic author majus obſequium præſtare Jeſuitis*? Et ſi eorum ſocietas illum præſente pecunia conduxiſſet, ut ejusmodi narrationes cuderet, ac ſpargeret, an *non bene utiliterque pretium ſuum collocaſſe* dici poſſet? Sunt illæ tam ineptæ, ac ſtolidæ, & a tot hominibus, quibus oculi in fronte, ac cerebrum in capite eſt, mendacii convictæ, ut tantundem valeant, quantum acerrima & veriſſima defenſio præſtare poſſit.

At quare hic author adeo barbare & immaniter hanc ſocietatem lacerat? nempe cauſſa ſeipſam prodit, cogitabunt omnes; nec dubium eſſe poteſt, quin omnis hæc atrocitas ab odio, & infeſto inimicis ſectæ obtrectandi conſilio proficiſcatur. At falluntur, qui ita exiſtimant: non niſi *charitas* crudelitatis hujus fons & origo eſt: Author ipſum DEum rei teſtem appellat: (*x*) „Non hæc ullo, ait, illis maledicendi & nocendi animo fiunt: „DEus teſtis eſto, non alio nos ad hæc ſcribenda & edenda incitamento impelli, quam „*charitatis*, qua illos complectimur; tum „etiam ſinceri doloris, quod eos tam infelicibus curis & occupationibus implicitos videa-

(*x*) Tom. I. in Præfatione pag. 2.

„ deamus : ingemiſcimus, quod ad illos re-
„ ferenda ſit cauſſa jacturæ tot animarum,
„ quas depravant, & ſecum præcipites in ſem-
„ piternum exitium agunt. „ Attamen gentium
Apoſtolo decima ſeptima hæc charitatis nota
nondum cognita erat.

Cæterum Magiſtratus Pariſinos neque hic
teneræ charitatis ſenſus, neque hi gemitus
commoverunt. 4 idus Septembris 1669 in
Moralem Practicam ſententiam tulere, cujus
hæc verba ſunt : „ Poſtquam admoniti ſumus
„ a Procuratore Regio, intellexiſſe ſe, ab ali-
„ quot diebus certos quosdam homines, erga
„ Jeſuitarum Societatem male affectos, in
„ hac urbe diſſeminare infamem ac pernicio-
„ ſum libellum, cui titulus, *Practica mora-*
„ *lis*, qui Coloniæ apud Gervinum Quentell
„ anno 1669 impreſſus fingitur : ex quo, &
„ ex mendaciis, quibus ſcatet; itidem ex ma-
„ litioſa congerie plurimorum commentario-
„ rum, qui pro arbitratu confícti, & docu-
„ mentorum, quæ per nefariam fraudem ſup-
„ poſita ſunt, facile judicari poteſt, non ſe-
„ cus, ac ex acerbitate ſtyli, & verborum
„ contumeliis, quibus author uſus eſt, ejus-
„ dem *propoſitum fuiſſe, ſocietatem & Jeſui-*
„ *tarum mores calumniandi &c.* „ Quamob-
rem jubet ſententia, ut dictus liber manu
carnificis in fruſta diſcerptus in ignes conjicia-
tur; quod tribus poſt diebus * in publico ſup-
pli-

(*) le Gréve.

pliciorum loco ad littus Sequanæ executioni datum fuit.

Moralis Jeſuitarum Peraltii, *Practica moralis*, & *litteræ Provinciales* fontes ſunt, ex quibus poſtea ingens infamium libellorum copia contra Jeſuitas profluxit: illati illi in ipſa etiam macella, ac per viliſſimas tabernas ac officinas diſperſi ſunt. De reliquo, honeſti ac probi homines non ſine ægritudine atque animi dolore recitari audiunt vel ipſa etiam excerpta ac compendia ex hujusmodi operibus, quæ non ad aliud, quam ad aſpergendum humanæ naturæ dedecus valent; hinc & nos abſtinebimus a verbis & locis eorum porro adducendis, ut ex iis executio conſilii, *omnes conſcientiarum arbitros ac moderatores fide ac fama ſua exuendi*, Burgofonte initi demonſtretur; quippe idem foret, ac oſtendere, pleno meridie lucere ſolem, ac diem eſſe. Putreſcant igitur in ſitu ſuo & pulvere innumeri alii libelli, qui omnes eandem ſemper crambem recoquunt, nec unquam vidiſſent lucem, ſi nunquam ſyſtema Burgofontanum extitiſſet.

§. VIII.

Neque, hac ipſa ex cauſſa, magis mihi uſui erit ingens numerus fabuloſarum narrationum, quæ per ſummam calumniam

contra

contra Jeſuitas fabricatæ ſunt. Eundem illæ, quem hi libelli, ſibi finem propoſitum habent; libertas autem fingendi in iis tanta extitit, ut nec veriſimilitudinis quidem ulla ratio haberetur. Hujus farinæ eſt mendaciſſima fabula, quam dedere Janſeniſtæ de * Ambroſio Guys,

(*) Ambroſius Guys, anno 1613 Aptæ Juliæ in Provincia natus, cauponulam quandam in hac patria ſua urbe tenebat, in qua partim cocum, partim artocreatum piſtorem agebat: cum autem ex hac opera ſua ægre ſe aleret, Marſiliam ſe contulit; ſed cum etiam hoc loco magnis rei familiaris anguſtiis premeretur, anno 1661 inſalutatis omnibus Marſilia profugit, nec ex eo tempore ullum de loco commorationis ſuæ, aut ſuperſtite vita indicium relictæ familiæ fecit. Illi vero, qui deinde circa decimum octavum præſentis ſæculi annum Guyſium hunc poſt mortem dudum obitam revocarunt in vitam, & Galliæ reducem ſtitere, confinxerunt, eum transmarino ſuſcepto itinere, ex felici in Indiis negotiatione maximos quæſtus feciſſe, & anno 1700 vel 1701 cum theſauro trigeſies vel quadragies centum millium librarum Gallicarum rediiſſe in pariam: Breſtum autem appulſum jam ægrum, aliquanto poſt tempore in Jeſuitarum quodam domicilio e vita migraſſe; hos vero relictas ab eo opes ſibi rapuiſſe, quin vel nummus ex iis

quem * Breſti inter Jeſuitarum manus mortuum, & relictas ab eo plures librarum myriades

---

legitimis hæredibus obveniret. Totam hanc fabulam ex putidiſſimis ſutelis, mendaciis, & pugnantibus inter ſe commentis contextam eſſe, luce clarius demonſtratum eſt: decretorium autem, quo jugulata impudentiſſima calumnia eſt, illud fuit, quod ex indice mortuorum Parochialis Alonenſis Eccleſiæ ad S. Mariæ, exhibitum fuerit legitimum ex omni juris forma documentum, quod teſtabatur, Ambroſium Guys 6 Nov. 1665 in eadem Eccleſia ſepultum fuiſſe; poſtquam nimirum ob commiſſum in caupona ſua homicidium, & propterea rem ſuam omnem domeſticam ſequeſtro addictam, ex animi dolore fato conceſſit. Et tamen poſt hæc omnia tanta fuit Societatis inimicorum malignitas, ut anno 1760 ad ſuſcitandam iterum cauſſam, quæ inter fœtentem aliarum calumniarum cumulum ſepulta, a quadraginta jam añis computruerat, datum a majore Regis conſilio 11. Febr. 1736. decretum confingerent, & typis impreſſum in Gallia ſpargerent, quo Jeſuitæ in ſolidum damnabantur vel ad reddenda hæredibus eorumque Ceſſionariis bona ipſa Ambroſii Guys, vel ad octogeſies centies mille libras Gallicas (cum anno 1718 cauſſa hæc agi cœpta eſt,

(*) Breſt.

riades ab his interverſas, & prædæ loco habitas commenti ſunt. Nondum tum hi Patres ita occalluerant ad calumnias, ut ſparſas contra ſe, præſertim craſſiores fabulas, peni-

(H) 2 tus

---

eſt, non niſi vigeſies, vel ad ſummum trigeſies centum millia librarum petebantur; ſed tanto temporis intervallo creſcere oportuit calumniam) iisdem numerandas. Ne autem commentitio huic decreto ſua, quam leges exigunt, fides deeſſet & authoritas, ea fuit calumniatorum horum flagitioſa liberalitas, ut illi, qui Franciæ Cancellario a ſecretis erat, mercedem quadringentorum millium librarum pollicerentur, ſi quidem ſe corrumpi & adduci ſineret, ut ad pertexendam fraudem jungeret operam, & adulterinum illud decretum clam & furtive inter acta & monumenta Regii tabularii reponeret; cujus rei legitimum prorſus documentum, & certiſſimum teſtimonium in manibus Jeſuitarum eſt. Cuderat autem illud majoris conſilii decretum Henricus Franciſcus * Solleus, Pariſinæ Curiæ advocatus: Convictus de hoc crimine, judiciali eaque ſuprema ſanctioris Regis conſilii ſententia 16 Aprilis 1761 ad triremes damnatus eſt. At infelix reus horrenda infamis hujus ſupplicii imagine territus, inciſis in utroque brachio venis ſibi ipſi mortem conſcivit, & in carcere interiit: Cadaver mortui crati impoſitum, ad

(*) de la Solle.

tus contemnendas ſibi ac diſſimulandas putarent: fregere illi mendaciſſimam criminationem, & invictis argumentis, quibus nulla prorſus falſi ſuſpicio ſubeſſe poterat, demonſtrarunt, Ambroſium hunc * Alone in xenodochio vivis exemptum fuiſſe.

Ad eandem claſſem pertinet ** fraudatio ac furtum ter centies mille florenorum, cujus

ad publicum ſuppliciorum locum in littore Sequanæ tractum, & inverſo ſitu per pedes ex infami trabe ſuſpenſum fuit. *Interpres.*

(**) Supremi Senatus Brabantini permiſſu publici juris facta eſt totius hujus cauſſæ relatio,hac inſcriptione:*Sententia ſupremi Brabantiæ conſilii lata in cauſſa R. P. Ludgeri Janſſens Soc. JEſu Presbyteri in Collegio Bruxellenſi commorantis, contra actores & falſos teſtes,Rombaldum van Vianen, Michaelem de Velder, Joannem Cauwe, & Jodocum Rooſen.* Ab his autem verbis exordium ducit: „ſiqua unquam celebris cauſſa in foro „acta eſt,certe hæc erat,de qua modo dicere „ingredimur. Nulli parſum operæ,nulla non „ſtructa machina, ut in ſupremam calamitatem adduceretur religioſus vir,& cum ipſo „Jeſuitarum Societas, cujus alumnus erat: „mendacia, fraudes, perjuria,calumniæ,præſtigiæ, falſorum teſtium ſubornationes &c. „documenta & inſtrumenta erant actionis, „qua

(*) Alicante.

cujus Jeſuitæ Bruxellenſes inſimulati, & rei ubique proclamati ſunt; (omnium autem ma-

(H) 3 xime

„qua R.P. Janſſens Bruxellis in jus raptus eſt: „theſaurum trecentorum circiter millium „florenorum æris Brabantini, in ipſius fide „ac manibus depoſitum fuiſſe a ſe per ſummam „impudentiam fingebat profligatæ conſcien-„tiæ fæmina, eamque ob rem eundem judicio „perſequebatur, & de iniquiſſimo menda-„cio poſtulabat, quod ſe theſaurum hunc „recepiſſe unquam, ac reddere poſſe negaret. „Hæc cauſſæ iſtius caput ac ſumma eſt.„ Quantacunque autem eſſet accuſationis iniquitas, multos tamen in Belgio nacta eſt, qui avidis eam auribus acciperent, & diſſipatis ſtudioſe rumoribus prædicarent ſuper tecta, & per omnem late Europam ſpargerent: Jeſuitarum flagitium in ore & ſermone erat omnium: Urbs & aula, palatia & caſæ, fora & compita, popinæ ac tabernæ eo perſonabant, & prius damnabatur accuſatus, quam unquam auditus fuiſſet. Et quantumvis alias non pauci ſint, quibus ad quamvis calumniam, in quemcunque demum venenata ſua tela conjiciat, ſemper aures pateant; multo tamen pronioribus plerumque animis, & a pluribus illam excipi conſtat, quando infamiam molitur hominum ordini, ſpectatæ morum integritatis, & non obſcuri ob ſuum pro tuenda fide orthodoxa ſtudium nominis,

xime in objectando Jeſuitis furto ac rapina nefariorum horum hominum verſatur obtrecta-

minis, ac propterea digno, ut improborum, invidorum atque æmulorum factionibus ad ictus expoſitus ſit. Præſertim Janſeniſtæ in hac cauſſa opportunum ſibi locum oblatum credidere, in quo vatinianum ſuum in Jeſuitas odium exultare poſſet: intra tempus, quo trahebatur lis (cœpit autem menſe Auguſto 1739, & primum menſe Junio 1745, quo ſententiæ pro innocentia in actores & falſos teſtes dictæ ſunt, finem accepit) ephemeridum quoddam genus vulgarunt, in quibus dies & ſeptimanas non niſi novis identidem commentis ac contumeliis ſignabant, quibus Jeſuitarum & præ omnibus P. Janſſens nomen immaniter lacerabatur. Erat autem P. Ludgerus Janſſens illibatæ ſemper famæ, & rectiſſimi exempli vir: pluribus annis Collegii Bruxellenſis incola, aſſiduus in ſacris erga omne hominum genus obſequiis verſabatur: præſto erat ad ægrorum lectulos, aſſiſtebat moribundis, valetudinaria publica & carceres obibat, perſeveranti labore aures dabat confitentibus, tantumque aberat, ut unquam in illum vel minimæ fraudis ſuſpicio caderet, aut cujusdam avaritiæ & pro ſua utilitate ſtudii veſtigium appareret, ut potius omnes vias exquireret, quibus ſolatia adhiberet vinctis in carceribus, egentibus ſub-

ctatio, quoniam ea aptius nihil eſt ad executionem conſilii, eos *augendis lucris & opibus*

(H) 4

ſubminiſtraret vitæ ſubſidia, ærumnoſos a calamitatibus ſuis recrearet, nihilque haberet antiquius, quam ut omnibus omnia charitatis, miſericordiæ,& pietatis officia præſtaret. In hunc igitur virum atrox, ex qua ſummam cum Sodalibus ſuis infamiam in orbe ſubiret, faba cuſa eſt. Quinam ſceleſtæ hujus fabulæ authores fuerint, divinare facile eſt: interim prima, quæ ordiretur telam, in proſcenio comparuit fæmina obſcuri nominis, tabernarii inſtitoris Bruxellenſis filia, a marito Ramboldo vanVianen,cui ſecundis nuptiis juncta erat, nomen Vianeniæ nacta.Bruxellas cum marito & omni ſua ſupellectile redux, domicilium in hac urbe ſua patria collocaverat: antequam vero excederet Hollandia (nam diu hactenus Lœwardiæ, Ultrajecti & alibi inter Batavos commorata fuerat) civium Bruxellenſium quendam, neceſſarium ſuum, ſcriptis litteris rogaverat, ut cum circiter octo duntaxat florenorum millia numeraret in bonis ſuis, (ſed & hanc ſummam non niſi meretricio ſibi quæſtu in Hollandia confeciſſe fama erat) exiguam quandam ædem, a ſe poſthac incolendam conduceret. Reipſa vix urbem ingreſſa, inquiſivit, cui argentum illud ſuum fœnori locaret. Cum autem lucrum annuum, quod inde proveniebat, par non eſſet faciendis in victum, veſti-

bus unice intentos repræſentandi) : Patuit ſubinde accuſationis falſitas : malignitas ca-
lum-

tum, familiam, & domicilii uſum ſumptibus, & forte in oculis mariti ex priore, quod in Hollandia feciſſe dicebatur, mercimonio diteſcere, non vacaret periculo, ut quocunque etiam conſcientiæ ac ſalutis ſuæ impendio facultates augeret, ad pietatis ſe formam fingere, & ipſis ſacroſanctis religionis noſtræ myſteriis hanc in rem abuti ſtatuit. E prioris vitæ pravitate ſerium ad frugem reditum ſimulat : frequens in templo, in ſacro tribunali, ad Menſam Euchariſticam, nulli pœnitentiæ ac doloris ſignificationi, non ſuſpiriis, non gemitibus ac lacrymis parcit, quibus Patrem Janſſens (hunc enim ſibi conſcientiæ arbitrum delegerat) in fraudem impelleret, & ad commiſerandum excitaret. Nondum a cœpta ſacrilega hac pœnitentia annus exierat, cum gravi ſe morbo correptam mentitur, & quamvis recte valeret mente & corpore, tam ſcite tamen ad ægrotæ vultum ac habitum componere ſe noverat, ut in exigua jam ſpe animam trahere videretur. Accerſitus jam de die, jam de nocte adeſt Confeſſarius, audit confitentẽ, ſolatur, confirmat, ad ſupremam luctam comparat ; nec ipſa minus ultimum jam momentum operiri ſe fingit, quod ad æternitatem ſibi aditum faceret. At nempe immani hac fallacia opus erat, ut accuſa-
tioni,

lumniæ tum a ſententia ſupremi Senatus Brabantini, tum ab ingenuo, & ſumma

(H) 5 fide

---

tioni, quam ex compacto & inito cum improbis quibusdam conſilio parabat, ſimilitudinem veri adſciſceret: Tempore commentitii hujus ſui morbi variis ſe curis angi præſeſerebat: jam loquebatur de theſauro ſecum ex Hollandia allato: jam effractas arcas & ſcrinia, eumque inde ſublatum querebatur: jam rogabat Confeſſarium, ut ſolicitam illius curam gereret, nec alterius traderet manibus, quam ſuis, ſi quando ab ipſo repoſceret. P. Janſſens pro officio viri prudentis, ſermones hos delirantis ex vi morbi ſomnia ac mentis aberrationes eſſe cenſebat, & hinc, ut inanibus his curis agitatæ falſas de theſauro ſuo imagines eximeret, ac tranquillatam ad cogitanda æterna, & componendas animæ ſuæ rationes revocaret, ſpeciem præbebat annuentis, & conſentientis illis, quæ garriebat, atque de theſauro ſuo metum ponere admonebat. Idoneis authoribus vulgatum eſt, non inſcios fraudis quosdam notarios, prope lectum commentitiæ hujus ægræ abditos, verba Patris Janſſens litteris conſignaſſe, ut calumniæ, quam illa meditabatur, in judicio momenti quippiam afferrent: imo eo evaſiſſe fœderatorum atque in idem flagitium conſpirantium malitiam, ut conſciorum unus perſonam ac veſtem Jeſuitæ ſumeret, ac con-

ductitia

fide, atque ex omni juris forma compro-bato teſtimonio illius, qui in nefaria hac ſce-na

---

ductitia rheda vectus confictum illum theſaurum ad Collegium ſe deportare mentiretur; atque hanc cauſſam eſſe, ob quam in rhedarium, ſalſa hac ſpecie deluſum, mitior ſententia dicta fuiſſet. Cæterum cum Vianenia opportuna quædam impio ſuo conſilio argumenta nactam ſe crederet, propere convaluit: contento curſu provolat ad collegium, Patrem Janſſens aggreditur, commiſſum ipſi ſuum theſaurum repetit. Agnovit facile vir integer, quæ in ſe inſidiæ a fraudulenta ſua pœnitente comparatæ eſſent: pro merito accepit protervam, & a ſe abegit, juſtam DEI vindictam interminatus, ſi tam atroci calumnia ſe onerare pergeret. At conflata jam ſceleris ſocietate, conſummanda erat inchoata iniquitas: quicquid hoſtium extabat Jeſuitici nominis, ad novum hunc motum, quo concuterentur Jeſuitæ, ſurrigebant ac conferebant capita: varii texebantur doli, cudebantur mendacia, de ſubornandis teſtibus laborabatur: Cum certa jam ſpes eſſet, fabricatam fraudem felici eventu deſtitutum non iri, a Rombaldo van Vianen, ejuſque uxore accuſationis libellus 18 Aug. 1739 ſupremo Brabantiæ Conſilio porrectus eſt, cujus hæc ſumma erat: Vianeniam cum marito & omnibus ſuis bonis 13 Sept. 1738 ex

na principem quandam perſonam egerat, & in eo articulo, cum ad tribunal divini Judicis

---

ex Hollandia Bruxellas advectam, bona fide apud Collegium Jeſuitarum depoſuiſſe quatuor ſaccos cinericii coloris, auro facto infectoque, una cum gemmis adhuc impolitis refertos: hos P. Ludgerum Janſſens in rheda conductitia circa feſtum OO. SS. ejusdem anni e Vianeniæ domo in Collegium deportaſſe; jam vero præciſe negare Jeſuitas, illud depoſitum ſibi concreditum fuiſſe: peti itaque, ut ſupremus Senatus illos eo adigat, ut, quod omni jure deberent, redderent, & ſimul ferrent impenſas, quæ in hanc cauſſam faciendæ eſſent. Cum deinde res ad proferendos teſtes deducta fuiſſet, ſtitere ſe tres, qui jurejurando affirmabant, & quidem rhedarius Joannes Cauwe, quod Patrem Janſſens cum Vianenia & ejus filia ac quatuor ſaccis, quos ipſe ex rheda depromptos intra Collegii fores importaſſet, ineunte menſe Octobri 1738 ad idem Collegium curru ſuo devexerit: reliqui duo Jodocus Rooſen, & Michael de Velder, prior, quod ad feſtum S. Remigii propter portam Collegii tranſiens, viderit rhedarium Joannem Cauwe aliquot ſaccos argento plenos e curru ſuo deponere; alter quod reduci ſibi ex horto Collegii P. Janſſens cum ſacco pecuniario obviam factus ſit, teſtati ſunt. Poſt hæc tam diſerta

dicis eundum eſſet, omnem præſtigiarum telam retexuerat, in forum ac lucem protracta,

---

ac jurata teſtimonia de innocentia viri, & Jeſuitarum fama actum videri poterat. At & hic, ut alias, premebatur aliquamdiu veritas, ut tanto illuſtrior e tenebris emergeret, & glorioſius de calumnia triumpharet. Dum Senatus & delegati ab eo ad cauſſæ cognitionem Judices ſumma proviſione judicium exercent, indicia exquirunt, accuſati & eorum, qui actores agebant, priorem vitæ rationem explorant, teſtium fidem examinant, hos ipſos, cum magnam de ſolicitato ac corrupto teſtimonio ſuſpicionem præberent, cuſtodiæ tradi jubent; atque comperendinata diutius lite omnia præſtigiarum perſequuntur veſtigia, in maleficio tandem deprehenderunt ſceleſtos accuſatores cum ſuis teſtibus: Cognitum fuit, quid & quantum Vianenia ſecum exportaſſet ex Hollandia, ac mendaciſſime indicatum fontem fuiſſe, ex quo tantæ opes in ipſam profluxiſſent: Jodocus Rooſen male ſibi conſcius profugerat e cuſtodia: reliqui duo teſtes, rhedarius, & Michael de Velder iteratis ſubjecti quæſtionibus pugnantia iis, quæ ante teſtati erant, loquebantur; atque hunc in modum mentiente ſibi iniquitate innocentia vicit calumniam, & honeſtiſſima conſilii ſupremi ſententia in priſtinum integræ ſuæ famæ locum

reſti-

tracta, totique orbi in execrationis argumentum propoſita eſt.

Eo-

---

reſtituta eſt: Nefarii vero actores & teſtes calumniæ ac perjurii damnati ſunt. Vianenia quidem pœnas ab humano foro ſibi irrogandas morte ſua evaſit, quippe durante adhuc lite anno 1741 mortua; num eas etiam evaſerit in foro divino, decernere noſtrum non eſt: multi per id tempus de cauſſa mortis jactati mendaciſſimi rumores ſunt; nihil autem auditum unquam, num ſaltem tum, cum jam ad DEI tribunal evocari ſe cerneret, ullum retractandæ injuriæ indicium fecerit: Etſi, quid inter ipſam & Presbyterum, quem ad audiendam confeſſionem ſuam accerſierat, transactum fuerit, ignoretur, id tamen certo conſtat, confeſſarium hunc poſt habitum cum ægra colloquium nunquam poſthac amplius ad illam pedem retuliſſe; id, quod ſane mirum accidere poteſt conſideranti, nunquam futurum fuiſſe, ut ægra ex hac lite ſua tam celebris, eaque jam moribunda Sacerdotis auxilio deſtitueretur, ſi ſignum & argumentum quoddam præbuiſſet animi, utendi gratia ac miſericordia DEI in eo temporis articulo, a quo felix aut infelix pendebat æternitas. Utut autem iſtud ſe habeat, mortua eſt intra brachia Bruxellenſis cujusdam mercatoris, qui majore illi ſtudio & affectu addictus erat, quam ut uſque ad extre-

mum

Eodem torno fabricatæ, eadem forma expreſſæ ſunt hiſtoriæ aliæ, quibus Janſeniſtæ iden-

---

mum ſpiritum ab ejus latere diſcederet. Cadaver in templo Parochiali jam depoſitum, aperto noctu ſarcophago præſentibus teſtibus inſpectum eſt, ut de ejus morte conteſtata extaret notitia, & quæ adhuc timeri poterant, ſceleſtorum hominum fraudes tam ſapiente conſilio præcaverentur. Rombaldus Vianeniæ maritus, qui poſt ipſius mortem pertinaciſſime litem proſecutus eſt, & rhedarius Joannes Cauwe ob toleratas diu carceris moleſtias, atque alias cauſſas, quas ſe habere declarabant judices, liberi quidem e cuſtodia dimiſſi, at ſimul ad repræſentandas litis expenſas condemnati ſunt: major in duos reliquos teſtes Jodocum Rooſen & Michaelem de Velder pœna incubuit: decretum in ipſos ſupplicium, ut in Bruxellenſi foro ac infami pegmate fuſtibus cæderentur ad ſanguinem, & omnibus ipſorum fortunis in publicum addictis, in perpetuum ex Belgicis Provinciis exularent. Jodocus Rooſen, ut diximus, præverterat ictum, qui ipſius capiti impendebat: cum daretur in cuſtodiam, intrepidum ſimulabat animum, & magna ſe voluntate adire carcerem ajebat, eo quod non haberet, quod metueret, cum non niſi ipſam veritatem teſtatus eſſet; at cum variis ſe interrogationibus excuti, & in judices inci-

identidem publicæ fidei illudunt, & credulis fucum faciunt. Sunt illæ non niſi conſuti centones

incidiſſe cerneret, qui nullis fucatis verbis ſe circumſcribi, nullis dolis capi ſinerent, poſt quintum captivitatis menſem 21 Jan. 1743, ſauciatis lethali vulnere cuſtode carceris ejusque uxore, violenter erupit e ſua cavea, & in Galliam evaſit. Ruremundanus Gelder erat: in Hiſpana Davilæ legione Centurionis Vicarius meruerat; ſed cum ſe non pro homine gereret honeſto ac probo, anno 1708 exauctoratus redierat in Belgium, ubi ſine tecto, ſine cenſu, ſine munere, ſine ſpe melioris fortunæ vagabundus venali ad omnia fide per urbes & vicos errabat: poſt falſum ſuum teſtimonium contra innocentiam dictum pretioſiore mox veſte conſpicuus in publicum prodiit, & aureos nummos oſtentare cœpit. Sed poſt ſuam e carcere fugam Pariſios elapſum Nemeſis non pede tardo ſecuta eſt: vix eo appulſum gravis morbus oppreſſit, cumque alium receptum nanciſci non poſſet, quam noſocomium, in quo moreretur, illud 10 April. 1745 ſubiit. Hic ingraveſcente in dies morbo, cum jam prope ſe ad æternitatis limen, & tribunal Judicis admoveri cerneret, cruentis conſcientiæ angoribus excruciatus quietis partem non capiebat, donec admonenti intus DEO, & foris Confeſſario manus daret, & dictum a ſe falſum teſtimonium retracta-

tones ex dictis ac factis, quibus jam olim Calviniſtæ primorum temporum Jeſuitas virulenta inſania lacerarunt.

Ipſa

---

tractaret. Retractatio hæc gallice, non ſine pluribus contra Gallicam orthographiam mendis, ipſius manu ſcripta, & obſignata erat. En tibi illam ad verbum, quantum Latium ſinit, fideliter latine redditam!

Retractatio.

„Domini mei! Cum me DEus per vocem „miniſtrorum ſuorum, & multo magis per „gratiam ſuam in cognitionem adduxerit in„juriæ, quam ipſi intuli, damni, quo proxi„mum meum affeci, & lethiferæ plagæ, „quam animæ meæ inflixi per falſum teſti„monium, quod dixi in cauſſa de trecentis „circiter florenorum millibus, quæ Viane„niæ, Patrem Janſſens Jeſuitam in Bruxel„lenſi Collegio, in crimen ac judicium vo„candi, materiam præbuerant: nec non „convictus Evangelica doctrina, nullam mi„hi ſperandam a DEO miſericordiam, nec „venturum me in ullam partem gloriæ ele„ctorum ipſius, niſi retractarem, quæ falſo, „etiam juratus, teſtatus ſum: Retracto ac „revoco, ſponte mea, non precibus, non „minis, non promiſſis & lucri alicujus ſpe „inductus, ſed ſolo DEI timore permotus, „& ad placandam iram ſupremi Judicis,

cujus

Ipſa de P. Girardio hiſtoria, quæ tantum fragorem intra & extra Europam edidit, num quid aliud eſt, quam ectypum, e tabu-

---

„ cujus manus aggravata eſt ſuper me, ut „ me reducat ad viam juſtitiæ.

„ Recolite animo, mei Domini, quod 9. „ Jan. 1740 coram Domino Schayne referen- „ te de ſtatu hujus cauſſæ ad conſilium, & con- „ ſiliario quodam ac ſcriba, qui in illius co- „ mitatu erant, edixerim, quantum recor- „ dari poſſum, prætereuntem me prope Col- „ legium Patrum Jeſuitarum Bruxellenſium „ vidiſſe rhedam conductitiam ad portam „ loci colloquiis cum externis deſtinati ejus- „ dem Collegii, & ex rheda hac rhedarium „ protuliſſe duos ſaccos, quos Pater Janſſens „ Jeſuita, quem tum ad limen portæ conſtitiſſe „ falſo teſtatus ſum, in dictum colloquiorum „ locum inferri juſſiſſet. Obſecro vos, mei „ Domini, ut hoc teſtimonium pro *falſo &* „ *aliorum inſtigationibus extorto* reputetis; „ & per fidem hominis Chriſtiani declaro, „ nec vidiſſe me Patrem Janſſens, nec ali- „ quam rhedam, nec rhedarium, nec ſac- „ cos ante portam dicti colloquiorum loci Je- „ ſuitarum: imo nec præteriiſſe me prope „ hanc portam eo tempore, quo Vianenia in „ delatione ſua ajebat argentum ſuum Patri „ Janſſens traditum fuiſſe.

„ De reliquo, mei Domini, quamvis

„ hæç

la ac prototypo expreſſum, quod Calviniſtæ ad initium elapſi ſæculi mendaciſſimis ſuis coloribus effinxere, ut, quemadmodum Janſeniſtæ Jeſuitas hodiernæ ætatis, ita illi Jeſuitas ſui temporis *turpiſſime deformarent*, & *in omnium odium adducerent*. Forte non intem-

„ hæc ego confitear & denunciem morti
„ propinquus, & jam imminere videns illud momentum, quo a me ratio actionum
„ totius meæ vitæ Deo reddenda eſt, rogo
„ tamen Dominos judices, ut ſibi perſuaſum
„ habeant, tantundem me facturum, ſi integra valetudine uterer, & hoc ideo, ut
„ conſcientiæ meæ rationibus conſulam, ſatisfaciam, quantum poſſum, DEO, meo
„ proximo, & juſtitiæ, a qua veniam peto.
„ Pariſiis 28 Decembr. 1745. *J. D. Rooſen.* „
A tergo hæc erat epigraphe: *Hæc charta vera mea ſenſa continet*: & paulo inferius: *Conſilio ſupremo Brabantiæ.*

Retractationem ita a ſe conſcriptam commiſit æger fidei Domini Cuſſaci Presbyteri ac Vicarii in noſocomio, ac petiit, ut mox ab exceſſu ſuo reponeretur ac ſervaretur apud Collegium de receptione ægrorum, donec ad Brabantinum conſilium transmitteretur; ab hoc autem non reſeraretur, quam præſentibus duobus Notariis, ejusque notitia & retractationis exemplum ad

R. P.

tempeſtivum ac moleſtum accidet lectori, ſi rei hujus amplior quædam, & dilucidior ipſi notitia aperiatur.

Jeſuitarum quidam ob ſua crimina vivus exuſtus, hæreſi magnum triumphandi argumentum præbet: ſummo ingenio & cura effecere Calviniſtæ, ut ſceleſtum ejusmodi Jeſuitam nanciſcerentur, quem in cineres redactum palam mundo oſtentarent: Janſeniſtæ & ipſi quendam ſibi delegerant, cujus concremati buſtum Jeſuitis inſultantes objicerent: nemo eſt, qui neſciat, quibus artibus ac dolis negotium hoc egerint: at paucis cognitum eſt illuſtre exemplar, quod imitati ſunt, ea etiam data opera, ut horridiore illud ſpecie exhiberent. En tibi prototypum!

(I) 2 Men-

R. P. Rectorem Jeſuitarum Bruxellenſium perferretur.

Obiit Jodocus Rooſen 5 Jan. 1746. Retractatio autem 6 April. ejusdem anni cum epiſtola Cuſſaci ſupremo Brabantino conſilio reddita, atque eodem jubente typis vulgata eſt, ut ex ea quoque intelligerent omnes, quanta a ſe æquitate ſecundum veritatem & innocentiam pronunciatum fuerit. Hactenus, quam initio dixi, relatio, quæ cum admodum ampla ſit, in breviorem hanc formam redacta eſt. *Interpres.*

Menſe Auguſto anni 1601 Præcones Calviniani * Gratianopoli egere conventum, in quo inter ſe contulere conſilia, quibus potiſſimum viis caverentur contumeliæ ac probra, quæ multi ex ipſorum numero ſubiiſſent, (y) *eoquod auſi fuiſſent cum Jeſuitis in certamen de controverſiis fidei deſcendere; & quidem, cum magna offenſa ſenatus ſui*, quem vocant, *Eccleſiaſtici*, ſeu *Conſiſtorii:* Verba hæc ſunt ſcriptoris æqualis illorum temporum, qui cum videret, calumniam a me mox recenſendam, quam Calviniſtæ Jeſuitis impegerant, ab his contemptim negligi, ac tacitam prætermitti, officii ſui eſſe credidit, ut oppilaret os iniquitati, & immanem fabulam refelleret, *pro honore Eccleſiæ, & privato ſuo erga Jeſuitarum Societatem ſtudio.* Rem itaque omnem, ut a Calviniſtis geſta eſt, in hæc verba recitat:

Agebatur tum de Jeſuitis revocandis in Galliam: felicem negotii hujus eventum magis horrebant Calviniſtæ, quam ſiniſtros plurium

(y) Omne id, quod ſequitur, depromptum eſt ex libro, cujus inſcriptio: *Refutatio infamis libelli, inſcripti: Hiſtoria notabilis de Patre Henrico Jeſuita, Antwerpiæ 12 April.* 1601 *combuſto, per Franciſcum Seguſium*: impreſſo Rotomagi A. 1602. Videatur etiam ſupplex libellus Jeſuitarum ad Regē Henricum IV de eodem argumento A. 1603.

(*) Grenoble.

rium præliorum exitus: ergo Miniſtri, ait Author noſter, (z) Gratianopoli congregati in eandem omnes convenere ſententiam, „quod „ ſi Jeſuitis reditus pateret in Galliam, uti fa„ma ferret, majorem & atrociorem eam cla„dem fore, quam unquam cauſſa ſua, etiam „ * Moncontorii, Jarniaci, & ad fanum S. Dio„nyſii perpeſſa fuiſſet: proinde parendum im„minenti ſummæ neceſſitati, in media eun„dum diſcrimina, ineundas omnes vias, ac „ machinas excogitandas, quibus hoc de re„vocandis Jeſuitis negotium disjiceretur; ſique

(I) 3 con-

(*) *Moncontour*, oppidum in agro Pictonico ad amnem Divam, ubi A. 1569 ſub Carolo IX Galliæ Rege, Hugonotti ſeu Calviniſtæ grandi clade affecti fuere, cæſo ipſo etiam illorum duce Colygnio maris Gallici Præfecto.

Jarnac oppidulum in Engoliſmenſi Provincia ad fl. Carantonum: prælio ibidem a Catholicis A. 1569 duce Henrico Andegavenſi, poſtea Francorum Rege, victi ſunt Calviniſtæ, in quo Princeps Condæus horum Anteſignanus ipſe quoque cecidit.

St. Denis, ſeu Dionyſiopolis vel fanum S. Dionyſii, urbs in Inſula Franciæ duabus leucis Pariſiis diſſita, cum inſigni ejusdem nominis Abbatia: in adjacente urbi planitie An. 1567 commiſſa inter Catholicos & Hugonottos pugna, hi ab illis cæſi, & in fugam acti ſunt. *Interpres.*

(z) Refutatio libelli infamis &c. pag. 22. & ſeq.

„ conturbandi conſilii ratio non ſupereſſet in
„ terris, ſubtus earum rimanda viſcera, illam-
„ que exquirendam eſſe: in tam præſentibus
„ Eccleſiæ ſuæ periculis fas eſſe mentiri, calum-
„ niari, formare ac reformare, tractare &
„ retractare; & quidem in hoc, de quo de-
„ liberarent, negotio præclarum ſeſe offerre
„ artificium rem efficiendi; nempe furtivis ty-
„ pis edendos, & ſpargendos eſſe ubique li-
„ bellos ac chartas volaticas, jam hujus, jam
„ illius de Jeſuitarum rebus eventus nuncias,
„ easque ita multiplicandas, ut grandinis in-
„ ſtar denſe ac confertim incidant, unamque
„ mox altera excipiat; ſic enim fore, ut hu-
„ jusmodi narrationes majore vi valeant, &
„ propiores vero redditæ plus fidei faciant.
„ - - Poſt ea, communi ſuffragio ſancitum
„ eſt, omnes Jeſuitis ad reditum vias obſtru-
„ endas eſſe, neque fuit, qui refragaretur,
„ aut non fateretur ingenue, oportere aut per-
„ di Jeſuitas, aut religionem ſuam Calvinia-
„ nam a Jeſuitis perditum iri." En, non ho-
die primum contingit, quemadmodum ex
his verbis intelligimus, ut rei veritas hanc
ab hæreticis *confeſſionem* extorqueat, ruinam
ſuam cum Jeſuitarum incolumitate, contra
vero incolumitatem ſuam cum Jeſuitarum rui-
na conjunctam eſſe.

Suppeditatum ad machinandam Jeſuitis
perniciem artificium ſummopere probabatur
toti conciliabulo; & antequam ſolveretur con-
ventus, jam manus admovebantur operi: vo-
litabant in omnem partem variæ chartæ ac fo-
lia

lia, in quibus *jam hoc, jam illud facinus ac noxa* narrabatur de Jeſuitis: primum horum foliorum ſub ipſum conventiculi exitum fabricatum, & Gratianopoli quoque typis mandatum fuit; inſcriptio erat: *Hiſtoria notabilis de P. Henrico Jeſuita, & Sodomita, Antwerpiæ* 12 *April.* 1601 *combuſto.* Per fallaciam autem, cui Janſeniſtæ quoque a primis Janſeniſmi ſui incunabulis (*a*) aſſuevere, titulus mendaciter affirmabat, hiſtoriam hanc *ex lingua Flandrica in Gallicam* converſam fuiſſe. Libelli hoc initium erat: *Pater Henricus ortu Antwerpienſis, filius Joannis Mangoti armorum politoris &c.* Atque ita momento fere temporis ſumma ſe flagrare infamia per omnem Galliam experiebantur Jeſuitæ, cum interea integerrima fama ac quiete fruerentur Antverpiæ.

Sed cum hæc veteratoria Calviniſtarum malignitas ad Epiſcopi Antverpienſis, Guilielmi Bergenſis, aures perveniſſet, propoſito palam honeſtiſſimo de Jeſuitis teſtimonio effecit, ut probrum recideret in hæreticos fabulæ authores, homines (verba Præſulis ſunt) *hujusmodi commentis & fraudibus Calvinianum ſuum Evangelium propagare ſolitos.* Idem præſtitit ſenatus Antverpienſis, & ſecundum publicam fidem graviſſimum teſtimonium

(I) 4 di-

(*a*) Janſenius idem artificium ſuggerit in epiſtola ſua 76 Sancyrano, pro edendo operum ſuorum quopiam contra Jeſuitas.

dixit, *ab hominum memoria* nullum de hujus *abominandi criminis reo* Antverpiæ *ſupplicium* ſumptum fuiſſe, neque ibidem extitiſſe unquam Jeſuitam, aut civem, quibus *Henrici*, & *Joannis Mangotorum* nomina eſſent; imo in eadem etiam urbe non eſſe ullum civium, qui *polituræ armorum artem* factitaret. (*b*)

Cæterum ut Miniſter, narrationis Architectus, fabulam omnibus ſuis numeris abſolveret, etiam illud mentitus eſt, commentitium ſuum Jeſuitam ejuratis Papiſtarum ſuperſtitionibus ſe Calvini aſſeclam profeſſum, atque recens ſuſceptæ huic religioni tanquam veræ immortuum eſſe; quod quidem mendaciſſimo nugatori tantam de æterna ſceleſti hujus ſalute ſpem præbet, ut *notabilem ſuam hiſtoriam* hac aſſeveratione obſignet, *firmiter* omnino ſibi perſuaſum eſſe, *quod gratiam illi Deus ac miſericordiam impertitus ſit*. Prô, quam admirabilis, non antiquarum minus, quam novarum hæreſum prærogativa eſt, ut graviſſima etiam crimina nulli impedimento ſint, quo minus illorum ſibi conſcii, modo harum ſectarum cuidam ſe addixerint, in electorum numero cenſeantur.

Atque

(*b*) Teſtimonia Epiſcopi & Magiſtratus Antverpienſis data anno 1601, ad calcem adſcripta ſunt ſupplici libello Jeſuitarum ad Regem.

Atque hoc illud exemplar eſt, quod Janſeniſtæ in hiſtoria de P. Girardio ſibi imitandum ſumpſere. * Non efficere illi quidem potuere, ut is concremandus in rogum conjiceretur; at num ideo modeſtius locuti, vel

(I) 5 auſi

(*) At effecere tamen, ut plebs in Provincia inſano furore incenſa jam faces pararet, quibus omnia Jeſuitarum in ea regione domicilia in cineres redigeret, & ipſius quidem P. Girardii imaginem rogo impoſitam reipſa palam exurerent; Pariſiis vero malevoli eandem imaginem tæniis ac faſciis intextam, tanquam novum veſtium decus, ad creandam Jeſuitis infamiam geſtarent. Ampliſſima totius hujus cauſſæ hiſtoria eſt, & editi de ea commentarii grande quoddam & ſpiſſum volumen conficiunt: Lectori autem, cui res hæc, in Gallia ante 30 circiter annos geſta, ac ibidem in vulgus nota, in Germania forte non ſatis hodie cognita eſt, illius epitomen non ingratam fore confido. Venerat anno 1728 P. Joannes Baptiſta Girardius * Aquisſextiis, ubi decem annis commoratus inſigne a probitate & doctrina nomen obtinuerat, ** Telonium, ut maritimo ibidem Regio Seminario Rector præeſſet. Cum magna in gubernandis conſcientiis prudentia ac uſu valeret, intra breve tempus

(*) Aix.

(**) Toulon.

auſi non ſunt in remotioribus Provinciis falſiſſimum rumorem diſſipare, eum ob ſua crimina capitis damnatum, & infami igne conſumptum periiſſe? Et hoc, antequam abſoluta cauſſa ac Pater Girardius, delectorum e ſuprema

---

pus a multis ſacrum ſuum tribunal frequentari videbat, qui animorum duce & arbitro ipſo uti volebant. Junxerat ſe illis Catharina Cadieria mercatoris Telonienſis filia, quæ ut hypocriſi ſua apud Girardium eminentis ſupra reliquos ſanctimoniæ ſibi famam colligeret, magnum cum cælo commercium, afflatus divinos, oblatas cæleſtes ſpecies, colloquia cum DEO & Divis &c. mentiebatur. Non tamen ita diu illudere poterat Girardio, ut non tandem fraudem deprehenderet. Averſatus is turpiſſimam puellæ ſimulationem ac vafritiem, cum eam ad meliorem mentem revocare non poſſet, ſua ſibi habere jubet, nunquam amplius ab illa adiri ſe paſſus; rem interim omnem altiſſimo ſilentio premit. Perierat opinio ſanctitatis, quam Cadieria fucata ſua pietate adepta erat, ſi eam a Girardio rejectam eſſe conſtaret. In partem vero ſimulatæ hujus ſanctitatis & commentitiorum donorum cæleſtium venerant duo Cadieriæ fratres, Franciſcus, & Stephanus Thomas Cadierii, ille Telonienſis Presbyter, hic religioſus alumnus ſacri cujusdam Ordinis, quem

prema Provinciæ curia Judicum ſententiis inſons declaratus eſt ? Equidem, ut verum fatear, ignoro, num eundem in foliorum aut libellorum ſuorum aliquo, finxerint quoque, ad partes Janſenii tranſiiſſe, & Janſeniſtam mor-

---

quem nominare nil juvat, quanquam degeneris hujus Sodalis dedecus nullam ipſi maculam afferre poſſit : Ambo participes erant præſtigiarum, ambo ſorori conſilia, rationes, adjumenta, fraudes ac mendacia voce ac calamo ſuggerebant, quibus P. Girardium fallere ac circumducere pergeret. Acceſſit his duobus tertius, novus Cadieriæ, poſtquam P. Girardius eam abegerat, conſcientiæ arbiter, religioſus alter ſacræ familiæ vir, Frater Nicolaus a S. Joſepho. Hi cum timerent, ne Girardius rem omnem patefaceret, occupare hominem, & ut Cadieriam extra omnem culpam ponerent, a flagitioſo ſuo confeſſario deceptam fingere conſtituerunt. Itaque magicis Girardii artibus & veneficis carminibus confictas illas Divorum voces, ectaſes, viſiones, alienationes ſenſuum, raptus, & quæ alia ejusmodi ſunt, quibus bonam Girardii fidem improba puella prius circumvenerat, tribuebant, eumque graviſſimorum criminum, Quietiſmi, ſacri inceſtus, illati abortus, & turpiſſimarum aliarum ſordium, quæ criminum illorum individuæ comi-

mortuum eſſe: at neque in hoc novatores iſti concedendum quicquam Calviniſtis, & moderatius ſibi agendum putarunt; tam ſeduli eorum æmuli ac imitatores ſunt.

Vix igitur diſcuſſa caligine patuit Patris Girardii innocentia, cum Janſeniſtæ, ut oſtentare

---

comites ſunt, ac demum immiſſi in Cadieriam dæmonis (nam etiam ab hoc tartareo inquilino oppreſſam mentiebantur) in utroque, ſacro & profano foro inſimulabant. Epiſcopo Telonienſi (Ludovico de la Tour dù Pin de Montauban) qui primus cauſſam hanc diſcutiendam ſuſceperat, facile patuit veteratoria accuſatorum ac calumnioſa malignitas, cujus etiam rei ampliſſimum teſtimonium dedit, quod extat typis palam orbi propoſitum, & in quo ex manifeſtis indiciis, quæ ipſimet accuſatores ſuppeditaſſent, de illorum calumniis ac P. Girardii innocentia convictum ſe profitetur. At hi certi Jeſuitam perdere, & freti quinquaginta librarum millibus, quæ ad proſequendam cauſſam (ex collatis procul dubio Janſeniſtarum ſymbolis) ſibi præſto fore ipſimet Epiſcopo faſſi ſunt, nomen Girardii de iis, quæ ajebam, criminibus ad tribunal juſtitiæ, & ſupremam Provinciæ curiam Aquisſextienſem detulere. Summo æſtu ab nefario actorum grege res acta; mendaciſſimis libellis ac codicillis infamata Patris integritas, & quicquid

tare Jeſuitam poſſent, qui Janſeniſta & Appellans (a Bulla *Unigenitus* ad futurum concilium) e vita migraſſet, P. Petrum Chamillardum deſignarunt, quem turpiſſima hac labe aſpergerent. Commorabatur tum temporis

quid maleficiorum livor ac malitia, quæ vix in hominem cadere poſſe videatur, dictabat, in eum conjectum eſt. Interea cum publica conflagraret invidia vir innocens, habebat in manibus, quo teterrimam calumniam revinceret, nempe illa ipſa litterarum exempla, tum quæ Stephanus Thomas Cadierius manu ſua delineaverat, tum quæ deinde Franciſcus Cadierius ex fratris ſui ſchedis, utpote lituris atque additamentis refertis, tranſcripſerat, tanquam a ſorore ſua exarata, in quibus fictæ illæ cæleſtes gratiæ, ſpectacula & raptus Girardio nunciabantur: Ea per Cadieriæ incuriam alteri ſcriptorum faſciculo adjecta, & Girardio miſſa fuerant. Exhibita tandem in judicio detexere totam fraudum machinam; confoſſa jacuit hoc documento atrox calumnia, & effrænata accuſatorum impudentia bonorum omnium deteſtatione confixa eſt; vir autem inſons, omni crimine ac criminis ſuſpicione abſolutus, primum quidem lata a curia Aquisſextienſi 10 Octobr. 1731, & deinde a tribunali Eccleſiaſtico Telonienſi 23 Februar. 1732 ſententia, e tanta, tamque

ris Chamillardus Pariſiis : Et ex hac ipſa urbe in totum regnum, ac vicinas regiones didita ab ipſis fama eſt, hunc Patrem tanquam ſemel ac iterum Appellantem, ſeu Re-appellantem e vita exceſſiſſe ; de loco autem ſepulturæ hujus Sodalis ſui, magnum inter Jeſuitas, hinc addictos Conſtitutioni *Unigenitus*, illinc alios, quos hi novatores eidem Conſtitutioni infenſos mentiebantur, certamen ortum eſſe : penes priores tamen, præſidio * Præfecti diſciplinæ civilis ſuffultos, victoriam conſtitiſſe, & mortui cadaver in horto terræ infoſſum fuiſſe. Scriptor Factionis in Hollandia, Monachus Apoſtata, in pagellis ſuis publicis aliam ei-

que diuturna innocentiæ ſuæ jactatione, tot vulgi convitiis ac maledictis, tot mendaciſſimis per omnem Galliam ac Europam rumoribus incolumi integritatis ſuæ fama & nomine prodiit. Sed & ipſe innocentiæ ſuæ teſtimonium dixit eo tempore ac hora, quæ non niſi ex animo ac verum loqui ſinit. Rem ex ore Viri fide digniſſimi ac præſentis exceptam refero. Sub vitæ exitum cum P. Girardio ſupremis morientium præſidiis muniendo jam adeſſet ſacerdos, & ſanctiſſimum Viaticum præbere pararet, moribundus ad religioſorum ſuorum Sodalium coronam converſus, primum veniam ab ipſis ſibi fieri petiit erroris ſui ac bonæ fidei, qua ſibi ab aliena improbitate imponi paſſus, tantæ ignominiæ, quæ ex accuſatione ſibi con-

(*) Lieutenant de Police.

eidem ſepulturam deſtinat, & in cellam vinariam abjectum atque humatum prodit. Jeſuitæ autem Appellanti, & Reappellanti mortuo, num fama & elogium Sancti deeſſe poterat? Igitur P. Chamillardo mox ab obitu decreti cæleſtes honores, & in Divorum numerum relato, ſedes ad latus Diaconi S. Medardi aſſignata eſt; ſparſus itidem rumor de novis novi hujus Sancti miraculis, iiſque certis ac manifeſtis; * in uno vel altero religioſarum Virginum cœnobio novendialis eidem cultus exhibitus: jactatum ubique, ſuavem odorem, qui per ſpiraculum cellæ, in qua ſepultus jaceret,

conflata in ipſos redundaſſet, cauſſa extitiſſet; tum præſentem in ſacra Hoſtia DEum appellans, ſecundum omnem fidem & religionem ſanctè teſtatus eſt, nunquam, minima etiam in re, ulli ſe illorum criminum, quorum ab aliorum iniquitate poſtulatus fuiſſet, affinem fuiſſe, atque hoc conſcientiæ ſuæ teſtimonio fretum ac lætum ſe ſiſtere tribunali divini Judicis, cui mox omnium a ſe actorum rationem redditurus eſſet. *Interpres.*

(*) P. Chamillardus in ſua epiſtola certis authoribus exploratum ſibi eſſe ait, in ſacro quodam Parthenone fuiſſe virgines aliquas vere fatuas, quæ cum commentitiam ſuam appellationem ex vulgi ſermonibus intellexiſſent, novem continentium dierum precibus ſibi (Chamillardo) honorem habuiſſent.

ceret, continenter emanaret, ea virtute præditum eſſe, ut omni morborum generi tam corporis quam animi mederetur. Interea dum fatuis & abſurdis his fabulis populus ductatur & luditur, P. Chamillardus degebat Pariſiis, incolumis & integris viribus, ac quotidie palam & in omnium oculis functiones religioſo ſuo muneri proprias obibat: allapſo ad ſe rei hujus nuncio ipſemet ** data 15 Febr. 1732, & edita in publicum epiſtola vanitatem fabulæ &

(**) Scribit in hac epiſtola, totam hanc de ſe fabulam nullum aliud fundamentum habere, quam præſtigiatorum Janſeniſtarum fallaciam & malignitatem, uti non aliud habuiſſent hiſtoriæ de Ambroſio Guys, de P. Girardio, & ſparſa ante aliquot menſes per totam urbem Pariſinam calumnia contra Jeſuitas * Burdigalenſes, & altera ante annos aliquot contra Collegium Flexienſe: Hinc merito, etiam extra Galliam, in proverbium abiiſſe dictum illud contra mendacem hominem: *mentiris ſicut Janſeniſta*: teſtari id illuſtriſſimum Patriarcham Occidentalem Luſitanum in ſua ad Epiſcopum Nemauſenſem epiſtola, data Ulyſſipone 28 Sept. 1717. (Extat hæc epiſtola in *teſtimonio Eccleſiæ univerſæ pro Bulla Unigenitus*, Edit. Bruxellenſis 1718 pag. 374) *ſi ſemper alias*, ait Patriarcha, *nunc maxime vera illa eſt parœmia inter Gallos tritiſſima, nemo Janſeniſtis mendacior. Interpres.*

(*) **Bourdeaux.**

& calumniæ authores orbi exhibuit, totique Galliæ errorem de confiсta ſua morte exemit. Etſi autem homines prudentes ac cordati hujus Jeſuitæ appellationem ad concilium, ejus mortem, ſepulchrum in horto vel cella vinaria, Jeſuitarum inter ſe contentionem, ac Chamillardi miracula eodem numero haberent, quo alia Factionis mendacia ac præſtigias, quibus a tanto tempore, ex præfinita ſyſtematis ſui forma, adverſarios ſuos *omni dedecore & infamia opprimere* nitebantur; nihilo ſecius ex altera parte Janſeniſtæ nondum mentiendi feſſi, novas indies comminiſci fabulas, & contumelioſas ſchedas, *modo hac*, *nunc illa calumnia infectas* contra Jeſuitas emittere pergebant, non ſecus, ac olim Calviniſtæ contra primos Jeſuitas hæreſis ſuæ cauſſam agere conſueverant.

§. IX.

Quam amplam adhuc rerum ſylvam pro demonſtrando Burgofontano conſilio ſubminiſtrarent *notitiæ Eccleſiaſticæ*? Dum enim in ſceleſtis his commentariis vel una pagella eſt, quæ, niſi alicui Appellantium laudibus efferendo ac cælis inſerendo deſtinetur, mordaciſſimis convitiis ac ſatyris contra ſummos Pontifices, Epiſcopos, viros Eccleſiaſticos ac Religioſos, cujuſcunque ordinis ſint, ſi Catholicam doctrinam profiteantur, referta non ſit? Quodſi tenebricoſus hic ſcriptor, qui abunde

cauſſæ habet, cur lucem oderit, & ſuum nomen tegat, ſummis etiam Magiſtratibus petulanti calamo & conviciis de trivio acceptis inſultat, num & quomodo privatos a contumeliis & obtrectationibus ſuis immunes eſſe ſinet? Ipſius ergo novarum rerum ephemerides conſtans ſemper & perennis quædam probatio ſunt conſilii Burgofonte initi de *infamandis* iis omnibus, qui novæ ſectæ curſum ſufflaminare poſſent, & ſimul demonſtratio continentis ac pertinacis operæ, qua Janſeniſtæ conſilium hoc ſuum, & molitionem pervertendi homines perſequuntur. Nemo proinde inficias ibit, ampliſſimum hic mihi aperiri campum, in quo contra eorum impudentiam ac peſſimam fidem calamus poſſet excurrere, ſi quidem oblato hoc loco & facultate uti vellem. At ratum eſt eam prætermittere; cum enim hactenus argumenta mea non ex aliis hauſerim operibus ac libris, quam hominum, quibus a Factione magnum pretium ac veneratio eſt, hanc viam & methodum ad finem uſque inſiſtam: quid autem de hoc ſcriptore cenſeat Factio, ex coloribus æſtimari poterit, quibus maledicum hunc hiſtrionem ipſi Janſeniſtæ depingunt:

(c) „Homo hic (ſcribit ex eorum ſpectatiſſimis quidam) imprudens & præcipitis „con-

(c) Epiſtola Domini - - - (Pediculi ſeu Petitpiedii) ad D - - - anno 1735.

„ conſilii, materiam pro ſuis commentariis un-
„ dique corradit, & quicquid ſuggeritur, char-
„ tæ allinit, ac vulgat, quin vera a falſis aut
„ ſciat, aut velit diſtinguere. Hiſtoricus par-
„ tium ſtudioſus - - - magna ſocordia & ma-
„ la fide e libris adverſariorum ea excerpit,
„ quæ legentibus repræſentet, - - libros au-
„ tem authorum, qui ſocii ſui ac fœderati
„ ſunt, immodicis atque inſulſis præconiis in
„ cælum extollit. Ingratus, per malitiam il-
„ los inter ſe committit, quibus pro magno
„ in nos ſtudio ſingulares grati animi ſignifica-
„ tiones debemus. Indocilis, nihil omnino
„ attendit, vel morem gerit ſapientiſſimis mo-
„ nitis, quibus lapſibus ipſius correctionem adhi-
„ buere, & quotidie adhuc adhibent celeberrimi
„ Theologi. Rebellis, juſta Magiſtratus publici
„ authoritate ſevere caſtigatus, tantum abeſt,
„ ut ſe flectat & emendet, ut etiam majore
„ rabie efferatus, præceps feratur in omnia.
„ Tam violenta laborat mentis vertigine, ut
„ fanatico furore cæcus in foliis ſuis, ipſi etiam
„ Epiſcopo * Sanitienſi probrum & infamiam
„ intulerit. Veſanus omnes Magiſtratus, ſa-
„ cros ac profanos, promiſcue invadit; om-
„ nes hominum ordines, generatim ac ſingil-
„ latim, Abbates, Epiſcopos, Archiepiſco-
„ pos, Cardinales, Pontifices, familias re-
„ ligioſas, rei publicæ adminiſtros, Princi-
„ pes, Reges mordet ac lacerat: nemini ab

(K) 2 amen-

(*) de Senez.

„ amente hoc homine tuto eſſe licet: calamus „ ipſius non niſi felle fluit, & atratus ſanguis, „ qui in ejus venis ebullit ac ſpumat, in omnem ſe locum, ſupra omnis ſtatus, ſexus, „ & conditionis homines effundit. - - verbo, „ rabioſus eſt. - - omnis ubique locorum „ ipſius fides concidit,& nefaria,quæ venditat, „ folia omnes boni averſantur & horrent. - - „ ſcurra & nebulo eſt. „ * Abbas Guetus duobus & ipſe verbis ſua de *Notitiarum* harum ſcriptore ſenſa expreſſit. Profeſſor quidam ex Collegio Oratorii conſilium expetierat ab hoc Abbate, an non ſibi renunciandum cenſeret amœnioribus litteris, ut propius ſequeretur Pariſii veſtigia, cujus vitæ hiſtoria hanc ſibi mentem injeciſſet; per hanc autem occaſionem ipſius quoque ſententiam exquiſierat, num fas ſibi eſſe putaret ſalva conſcientia legere *Notitias Eccleſiaſticas*: reſpondit Abbas: *Libido maledicendi, & ſi redigatur in anguſtias, audacia calumniandi, illius* (notitiarum Scriptoris) *nativæ dotes ſunt.*

Poſt tam tetram hominis imaginem, num indecorum non foret, contra Janſeniſtas teſtem adhibere diabolarem hunc ſcriptorem, quem hi ipſi novatores pro meritis ſe accipere credunt, ſi *imprudentem, rebellem, veſanum, rabioſum*, ac *nebulonem* compellent? Ergo ad res majoris momenti animos convertamus.

§. X.

(*) Epiſt. Abbatis Gueti ad quendam Oratorii Profeſſ. p. 7.

§. X.

Authoritas Janſeniſtarum profugorum in Hollandiam, ſine dubio longe alterius formæ ac ponderis eſt, quam cujusdam ephemeridum ſcriptoris eo ingenio ac calamo, quali eſt ſycophanta Factionis, de quo modo locuti ſumus. Hollandia illa libertatis regio eſt, in qua ſpectatiſſimi quique e Factione tutum fidei ſuæ aſylum invenere: in Hollandia tot magni viri omnia moliuntur, ut hanc fidem ſartam tectamque ſervent in regionibus, ubi *vexatores* & *vexationes* patitur, ſimulque dilatent ac proferant in alias, quo nondum lucis hujus radii pervaſere: in Hollandia nullus a periculo aut pœna metus, nullus tam gravis labor eſt, quem non iidem ſumma ſua voluntate ſubeant, ut tollantur aut perrumpantur obſtacula, quæ amplificando novo Evangelio moram afferunt: in Hollandia denique Eccleſia Janſeniana omni ſuo ſplendore nitet, & brevi tempore æquali cum altera Proteſtantium, lumine ac magnificentia effulgebit. Hi ergo grandes viri, quorum fidei & ſolertiæ hujus novellæ Eccleſiæ procuratio commiſſa eſt, ſupremam manum addent imagini, quam Janſeniſtæ hactenus de ſuis adverſariis, præſertim Jeſuitis, nobis adumbrarunt, & certam ac definitam formam exhibebunt, quam de illis comprehendi ab omnibus animo, & poſthac conſervari volunt. Ut hæc perficiendi operis ratio in optima luce collocetur, Janſeni-

ſeniſtarum in hoc negotio molitiones aliquas ſummatim recenſeri neceſſe eſt.

Quadraginta, & quod excedit, jam anni ſunt, ex quo iſti novatores vaſtum ac plenum gloriæ conſilium cepere, univerſum mundum ad partes ſuas adjungendi: ut belle ſuccederent omnia, & eventus reſponderet operæ, non alio opus fore videbatur, quam ut Principum Legati, qui de pacanda Europa apud * Sueſſiones convenerant, de rei controverſia & bonitate cauſſæ ſuæ probe edocerentur. Itaque conſcripti ſunt ampli commentarii ac libelli, qui etiam reipſa a Patribus Oratorii in illa urbe, nominatim a P. Renaldo Oratorii Sueſſionenſis Præſide, & P. Morano, Legatorum comitiis oblati fuere. Delectus autem eſt, qui commentarios hos contexeret, *Neſtor*, *Ulyſſes*, & *Varro* Factionis, ac *Dux populi DEI* in Gallia, id eſt, Petitpiedius; nam hæc magnifica honoris vocabula ſunt, quibus is a Jenſeniſtis Hollandis (*d*) in epiſtola, in qua rudem quandam rerum in libellis, de quibus ſermo eſt, dicendarum formam eidem ſuppeditant, ſplendide ornatus eſt.

Quid autem in novis his, peregrinæ omnino ſpeciei, Apoſtolis tantum incenderit ſtudium, maturandi arduam expeditionem, in qua ad mittendum ſub jugum ſuæ fidei univer- ſum

(*d*) Commentarius V de molitionibus Janſeniſtarum a p. 12 - - 17. autographa horum commentariorum ſervantur in Bibliotheca Regia.

(*) de Soiſſons.

ſum mundum animum adjecerant, ipſimet in hac eadem epiſtola ſignificant: Imprudentia ſe lapſos, & magnum errorem admiſiſſe ajunt, quod hucuſque non niſi in Gallia dogmata ſua ſtabilire conati fuerint, *de aliarum vero Eccleſiarum emolumentis prorſus nihil laboraverint*; quamobrem ultro ſe magnæ in religionis negotio fatuitatis reos agunt, quod intra tam *modicum rerum agendarum ambitum* ſe continuerint; nec minus ingenue fatentur, reſponſa ac litteras omnium extra Galliam Eccleſiarum, quibus ſuam erga Bullam *Unigenitus* obſervantiam & obſequium teſtantur, iisdem vero *obrutos* ſe ac *oppreſſos* non negant, fructum eſſe oſcitantiæ atque ſocordiæ ſuæ, & *juſtum ſupplicium, quo DEus in ſe ob hanc noxam animadvertiſſet.*

„ Hæc omnia, pergit author epiſtolæ ad „ Petitpiedium, movent & urgent me, ut „ iterum iterumque te obteſter ac obſecrem, ne „ in elaborando altero commentario vel tantil- „ lum tibi cunctandum aut tergiverſandum „ putes. Solus es, quem aptum ſciam ad „ illum pro rerum ac temporum ratione ador- „ nandum: ſolus, qui cum argumentorum „ ſoliditate jungas ſuavitatem ſermonis, & „ artem influendi in animos: materia, quam „ tractes, magni momenti eſt, vaſta, & quæ „ in omnem partem plurimum valet; ſed in „ arctum, non tamen plus juſto, cogenda „ eſt: Uſus capiendus ex animorum compa- „ ratione, qui jam ambitione Jeſuitarum

„ acriter offenſi ſunt : objicienda ipſorum (Legatorum in comitiis) conſpectui immanis „ vorago , cujus adhuc non niſi extremam „ oram ac ſuperficiem vident. „

Ex Apoſtolico autem hoc commentario ſemel apte concinnato , quem eventum ſibi ominentur Janſeniſtæ , non aliis, quam ipſiſſimis eorum verbis referre auſim : Non alio opus eſt , quam hoc commentario , „ ut totam Germaniam , totam Poloniam , Tuſciam , Siciliam , Sabaudiam , Sardiniam , „ Rempublicam Genuenſem , Inſulam Corſicam, Hiſpaniam, Luſitaniam, Paraquariam ; „ Peruvium, Mexicum videamus & audiamus „ a Bulla *Unigenitus* appellare ad Concilium ; „ deinde contra Jeſuitarum errores ac corruptam doctrinam & diſciplinam easdem regiones flagrare odio ; & demum forte ipſos „ etiam Jeſuitas ad meliora ſe conſilia ac mores referre. „ Per DEum ! num extitit unquam commentarius , in quo de graviore , aut digniore agebatur negotio ? Hem ! pro certo ſtatuit , utrumque mundum ad Janſeniſtarum partes acceſſurum ; imo ſpem facit , vel ipſos etiam Jeſuitas ad ſaniorem mentem redituros eſſe.

Verum quibus tandem viis effici poterit, ut tam ſtupendum & ſupra omnem fidem miraculum in naturali rerum ordine locum inveniat ? *In adumbrato ſpecimine pro ſecundo commentario Legatis in comitiis Sueſſionenſibus*

bus porrigendo, eadem, qua primum, manu conſcripto, varia ejuſmodi ſubſidia ac modi ſuggeruntur: non loquar autem hoc loco, niſi de primo, utpote quod ſolum cohæret cum argumento, cujus tractationem modo præ manibus habeo; hoc vero primum, univerſum mundum ad Janſenianas partes traducendi, ſubſidium ac ratio unice in eo ſita eſt, ut comprimatur Jeſuitarum potentia, & Conſtitutionis *Unigenitus* progreſſui via intercludatur.

(*e*) „Certum eſt, ait ſpeciminis author, „arrectos ſuſpenſoſque redditos Legatorum „animos, curamque iis injectam attendendi „ad conſtitutionis negotium, & turbas, quæ „ex eo in Gallia conſecutæ ſunt: omnes ju„vat ac delectat de his rebus novi quidpiam „cognoſcere: plures in eo rem quoque ſuam „agi exiſtimant, & magna voluptate legunt „opera, quæ ipſorum manus ſubeunt, & „ampliorem hujus cauſſæ notitiam afferre „poſſunt. Primus commentarius manu exa„ratus, cum in tam bene affectos erga nos „animos incidat, ſine dubio præclarum ali„quid effectum dabit: hinc mentem ſubit co„gitatio, ſaluberrimum cauſſæ conſilium fo„re, ſi conficiatur libellus alter, cujus ar„gumentum ſoli Jeſuitæ ſint, quin tamen ab „agenda contra eos cauſſa ſeparetur Conſtitu„tionis inſectatio. Optimum factu erit, ut

(*e*) Commentarius VII de molit. Janſeniſt. &c. pag. 2.

„ libello huic unum quoddam ac ſingulare con-
„ ſtituatur argumentum , ad quod deinde re-
„ liqua omnia referantur : hoc argumentum
„ eſt magnitudo ac vaſtitas potentiæ Jeſuita-
„ rum ad eum gradum evectæ, ut vel ipſis
„ Principibus terrori ac oneri ſit. Jeſuitæ a
„ prima ſua origine præpotentes ſunt : ab hac
„ amplitudine ſua ac ſplendore quotidianis ac-
„ ceſſionibus augendo deſtitere nunquam, nec
„ minore ardore ac ſucceſſu hodie adhuc in eo
„ altius efferendo elaborant : adhibent eam in
„ rem omnia adjumentorum genera , & jux-
„ ta atque eodem loco habent , ſive æqua illa,
„ ſive iniqua ſint. „ Ne hic moretur nos po-
ſtremiorum verborum nimia cruditas & duri-
ties : ſingularis hæc ſtyli Janſeniani proprietas
ac decus eſt. Satis nobis ſit probe complecti
animo ſententiam, quæ verbis ſequentibus
ſubjecta eſt :

(*f*) „ Conſtitutio hodie ipſorum perfugium
„ eſt, & ſubſidium præcipuum, ampliſſimum,
„ efficaciſſimum , quo reliqua omnia, qui-
„ bus utuntur , uno continentur : ſummam
„ Conſtitutioni authoritatem tribuunt , & per
„ Conſtitutionem ſibi ipſis : hæc conſtitutio
„ ipſorum labor ac opus eſt : ſi hæc bona eſt,
„ tunc & ipſi boni ſunt , bona eorum doctri-
„ na, Eccleſiæ lumina ſunt , ſoli ipſi audien-
„ di Magiſtri , omnibus eorum ſchola adeun-
„ da eſt. „

Hic

(*f*) In eodem commentario VII de molit. Janſ. pag. 3.

Hic denique ultimus penicilli ductus eſt, quo Janſeniſtæ ſupremam manum imponunt horrendæ Jeſuitarum imagini, in quam pingendam centum, & quod ſuperat, annorum laborem impenderunt. Itaque non jam amplius ex *morali Practica*, non *ex litteris Provincialibus*, non ex innumeris aliis infamibus libellis accerſenda fundamenta ſunt, quibus ferendum de Jeſuitis & eorum doctrina judicium nitatur: Libri hi non iis, quibus oportet, eos coloribus deſcribunt, nec ſatis pro merito abominanda ipſorum principia oculis ſubjiciunt: leviter duntaxat perſtringunt materiam, nec ad rerum fundum penetrant: ex Conſtitutione *Unigenitus* & ipſi & ipſorum doctrina cognoſci ac penitus inſpici poſſunt: Doctrina eorum eadem eſt cum doctrina hujus celebris Bullæ: *Si conſtitutio bona eſt, & ipſi boni ſunt, bona ipſorum doctrina, Eccleſiæ lumina ſunt, ſoli ipſi audiendi Magiſtri, omnibus eorum ſchola adeunda eſt.* Quodſi autem Conſtitutio mala ſit, & ipſi mali ſunt, mala eorum doctrina, tenebræ ſunt Eccleſiæ, omnibus ex eorum ſcholis demigrandum eſt.

Jam vero quid eſt, ex ſenſu Janſeniſtarum, Conſtitutio? *infame decretum* (ut hoc tanquam in transcurſu dicamus, dum de ea uberius ac expreſſius loquendi locus erit) *infame decretum* eſt, cujus doctrina æque deteſtabilis eſt, ac illa Gentilium. Quid ergo ſunt Jeſuitæ? homines æque *infames*, ac Conſtitutio, cujus doctrinam, quantumcunque commen-

mentitiam ac gentilium ſuperſtitionibus parem, mordicus tuentur ac docent, quin ſe ab errore revocari ſinant: atque hoc perſuadere connisi ſunt Janſeniſtæ in egregio illo opere, quod foras emiſere hoc titulo, quem unum adduxiſſe ſufficit, ut quid de toto libro ſentiendum ſit, ſtatui poſſit: *Collatio doctrinæ Gentilium cum doctrina Jeſuitarum & Conſtitutionis.* Sed iterum: quid eſt Conſtitutio? Audiamus illius definitionem ex ore & calamo Epiſcopi Montis-Peſſulani: (num majoris ego authoritatis in Factione virum appellare poſſim?) Conſtitutio (g) *res ſummæ offenſionis & pernicioſiſſimi exempli eſt, quo nullum gravius, ex quacunque parte conſideretur, divino permiſſu unquam accidiſſe videtur. - - - Intra ſeptendecim ſæcula tantum malum in mundum non prodiit, quocum illa conferri poſſit.* Jeſuitæ itaque & ipſi, æquo & pari jure cum Bulla *Unigenitus*, maximum omnium, quæ DEus permiſit evenire Eccleſiæ, malum ſunt: conſecutio hæc rata & certa eſt, nec adverſari licet.

Quid ergo? num a plusquam centum annis omnes ingenii vires in profundendas contra hanc ſocietatem injurias exhauriri oportuit, ut, dum in extrema hujus laboris ſui parte atque concluſione ſunt, Janſeniſtæ denique ei colophonem addant modo Jeſuitis, quem deſiderare poſſent, honorificentiſſimo? An non

(g) Inſtructio Paſtoralis de miraculis &c. pag. 1.

non iidem ultimis his lineamentis, quæ picturæ affert Janſeniana Factio, egregie vindicatos ſeſe, & cumulate reparata ſua damna cenſebunt, tum quæ hucuſque ipſis perferenda fuerant, tum quæ adhuc impendent, donec hæc hæreſis funditus extirpetur? Hinc Jeſuitæ, & omnes ii, qui hoc nomine deſignantur, impune poſſunt arma ponere, quæ ad ſe defendendos ſumpſere: cauſſa eorum, fatentibus Janſeniſtis, eadem eſt cum cauſſa univerſæ Eccleſiæ: Hæc dum ſe, ſimul etiam ipſos tuetur; dum ſuos, etiam ipſorum inimicos elidit & obterit.

Quæſtio III.

Quænam Janſeniſtæ ex omnibus iis, quæ ad infamandos conſcientiarum arbitros atque animorum moderatores dixere, ſcripſere, ac fecere, conſectaria in ſuos uſus deduxerint.

NOvatores hi, poſtquam *conſcientiarum arbitros atque moderatores animorum* (ne decederent de via, quam Majores Burgofontani ipſis ſignaverant) tanquam homines *commodis ſuis ac lucris unice intentos*, homines abominandæ doctrinæ, homines non ad aliud aptos, quam ut animas deducant ad inferos, turpiſſime a ſe figuratos exhibuerant, non poterant non concludere id, quod res per ſeipſam loquitur, nempe ab uſurpandis ſacris ipſo-

ipſorum obſequiis penitus abſtinendum eſſe, nec ferendum, ut eorum opera ad ullum negotium adhiberetur, quod qualicunque ratione ad ſalutem animarum pertineret: quantuscunque autem numerus improborum id genus Directorum foret, quibus interdicendum eſſet hoc munere, nihil ex hac agendi ratione & interdicto incommodi vel detrimenti exiturum: acquieſcendum, & fiduciam omnem collocandam e... in exiguo *ſanctorum Directorum* numero, qui adhuc reſtarent in Eccleſia. Præterea petebat ſyſtematis executio, ut Janſeniſtæ omni ope conniterentur permovere Epiſcopos, ut concluſionem hanc in mores inducerent, atque uſu ipſo comprobarent. Euge, videamus, quam nihil induſtriæ, huic etiam rei efficiendæ, illi deeſſe paſſi ſint.

Poſtquam Conſtitutio *Unigenitus* publice edita, & ſolenni acclamatione atque * unanimi omnium fere mundi Epiſcoporum conſenſu

(*) In laudato ſupra libro: *Teſtimonium univerſæ Eccleſiæ pro Bulla Unigenitus*, præter plurimas Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ex reliqua Europa litteras & teſtificationes, ex ſolo Galliæ regno 117 Archiepiſcopi & Epiſcopi enumerantur, qui datis hac ſuper re ad omnes ſacræ ſuæ juriſdictioni obnoxios fideles mandatis, decretis, monitis, ac epiſtolis Paſtoralibus omnia, quæ hac Conſtitutione continentur, tanquam dogmata fidei ſuſcipienda edixere. *Interpres.*

ſenſu recepta ac collaudata fuit, Janſeniſtæ duplicatis curis ac conatibus id agebant, ut tanta irruentis in ſe tempeſtatis vi perculſæ atque proſtratæ Factionis reliquias extremo naufragio eriperent: infames libelli in dies ingenti augebantur numero; ſed non niſi de uno ſolo hic mihi ſermo erit, eoque erudiendis Epiſcopis, in quorum Diœceſibus Jeſuitarum domicilia ſunt, deſtinato: (ſed nunquam excidat animo amplitudo ſignificationis, quam hi novatores huic voci *Jeſuitarum* tribuunt:) ponderoſo huic & pleno rebus magnis opuſculo titulus eſt: *Epiſtolæ cujusdam Theologi ad quendam Epiſcopum de hac magni momenti quæſtione: utrum fas ſit approbare Jeſuitas ad habendas conciones, & confeſſiones audiendas.*

Quamvis autem hæ * epiſtolæ præcipue Epiſcopis nuncupatæ & inſcriptæ ſint, in bonam tamen ſpem ingreditur author, eas tribus hominum generibus utiles fore. (*b*) *Primi*, quos præ oculis habere ſe ſcribit, *ſunt Epiſcopi, intra quorum ſacræ poteſtatis limites Jeſuitæ commorantur, & ab iisdem commiſſum ſibi habent munus dicendi ad populum,* &

(*) Epiſtolæ hæ, numero tres, opus ſunt Abbatis Coneti. Iteratis typis excuſæ ſunt anno 1755 cum adjuncta quarta de eodem argumento. Videantur notitiæ Eccleſiaſticæ ad 13 Nov. 1755 *pag.* 181. Epiſtola nuncupatoria ad Archiepiſcopos & Epiſcopos legi meretur, quantum ad materiam præſentem pertinet.

(*b*) Epiſtolæ &c. Editionis an. 1716. pag. 154.

mentitiam ac gentilium ſuperſtitionibus parem, mordicus tuentur ac docent, quin ſe ab errore revocari ſinant: atque hoc perſuadere connifi ſunt Janſeniſtæ in egregio illo opere, quod foras emiſere hoc titulo, quem unum adduxiſſe ſufficit, ut quid de toto libro ſentiendum ſit, ſtatui poſſit: *Collatio doctrinæ Gentilium cum doctrina Jeſuitarum & Conſtitutionis.* Sed iterum: quid eſt Conſtitutio? Audiamus illius definitionem ex ore & calamo Epiſcopi Montis-Peſſulani: (num majoris ego authoritatis in Factione virum appellare poſſim?) Conſtitutio (g) *res ſummæ offenſionis & pernicioſiſſimi exempli eſt, quo nullum gravius, ex quacunque parte conſideretur, divino permiſſu unquam accidiſſe videtur. - - - Intra ſeptendecim ſæcula tantum malum in mundum non prodiit, quocum illa conferri poſſit.* Jeſuitæ itaque & ipſi, æquo & pari jure cum Bulla *Unigenitus*, maximum omnium, quæ DEus permiſit evenire Eccleſiæ, malum ſunt: conſecutio hæc rata & certa eſt, nec adverſari licet.

Quid ergo? num a pluſquam centum annis omnes ingenii vires in profundendas contra hanc ſocietatem injurias exhauriri oportuit, ut, dum in extrema hujus laboris ſui parte atque concluſione ſunt, Janſeniſtæ denique ei colophonem addant modo Jeſuitis, quem deſiderare poſſent, honorificentiſſimo? An non

(g) Inſtructio Paſtoralis de miraculis &c. pag. 1.

non iidem ultimis his lineamentis, quæ pictu-ræ affert Janſeniana Factio, egregie vindicatos ſeſe, & cumulate reparata ſua damna cenſebunt, tum quæ hucuſque ipſis perferenda fuerant, tum quæ adhuc impendent, donec hæc hæreſis funditus extirpetur? Hinc Jeſuitæ, & omnes ii, qui hoc nomine deſignantur, impune poſſunt arma ponere, quæ ad ſe defendendos ſumpſere: cauſſa eorum, fatentibus Janſeniſtis, eadem eſt cum cauſſa univerſæ Eccleſiæ: Hæc dum ſe, ſimul etiam ipſos tuetur; dum ſuos, etiam ipſorum inimicos elidit & obterit.

Quæſtio III.

Quænam Janſeniſtæ ex omnibus iis, quæ ad infamandos conſcientiarum arbitros atque animorum moderatores dixere, ſcripſere, ac fecere, conſectaria in ſuos uſus deduxerint.

NOvatores hi, poſtquam *conſcientiarum arbitros atque moderatores animorum* (ne decederent de via, quam Majores Burgofontani ipſis ſignaverant) tanquam homines *commodis ſuis ac lucris unice intentos*, homines abominandæ doctrinæ, homines non ad aliud aptos, quam ut animas deducant ad inferos, turpiſſime a ſe figuratos exhibuerant, non poterant non concludere id, quod res per ſeipſam loquitur, nempe ab uſurpandis ſacris

ipſorum obſequiis penitus abſtinendum eſſe, nec ferendum, ut eorum opera ad ullum negotium adhiberetur, quod qualicunque ratione ad ſalutem animarum pertineret: quantuscunque autem numerus improborum id genus Directorum foret, quibus interdicendum eſſet hoc munere, nihil ex hac agendi ratione & interdicto incommodi vel detrimenti exiturum: acquieſcendum, & fiduciam omnem collocandam e... in exiguo *ſanctorum Directorum* numero, qui adhuc reſtarent in Eccleſia. Præterea petebat ſyſtematis executio, ut Janſeniſtæ omni ope conniterentur permovere Epiſcopos, ut concluſionem hanc in mores inducerent, atque uſu ipſo comprobarent. Euge, videamus, quam nihil induſtriæ, huic etiam rei efficiendæ, illi deeſſe paſſi ſint.

Poſtquam Conſtitutio *Unigenitus* publice edita, & ſolenni acclamatione atque * unanimi omnium fere mundi Epiſcoporum conſenſu

(*) In laudato ſupra libro: *Teſtimonium univerſæ Eccleſiæ pro Bulla Unigenitus*, præter plurimas Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ex reliqua Europa litteras & teſtificationes, ex ſolo Galliæ regno 117 Archiepiſcopi & Epiſcopi enumerantur, qui datis hac ſuper re ad omnes ſacræ ſuæ jurisdictioni obnoxios fideles mandatis, decretis, monitis, ac epiſtolis Paſtoralibus omnia, quæ hac Conſtitutione continentur, tanquam dogmata fidei ſuſcipienda edixere. *Interpres.*

Digitized by Google

ſenſu recepta ac collaudata fuit, Janſeniſtæ duplicatis curis ac conatibus id agebant, ut tanta irruentis in ſe tempeſtatis vi perculſæ atque proſtratæ Factionis reliquias extremo naufragio eriperent: infames libelli in dies ingenti augebantur numero; ſed non niſi de uno ſolo hic mihi ſermo erit, eoque erudiendis Epiſcopis, in quorum Diœceſibus Jeſuitarum domicilia ſunt, deſtinato: (ſed nunquam excidat animo amplitudo ſignificationis, quam hi novatores huic voci *Jeſuitarum* tribuunt:) ponderoſo huic & pleno rebus magnis opuſculo titulus eſt: *Epiſtolæ cujusdam Theologi ad quendam Epiſcopum de hac magni momenti quæſtione: utrum fas ſit approbare Jeſuitas ad habendas conciones, & confeſſiones audiendas.*

Quamvis autem hæ * epiſtolæ præcipue Epiſcopis nuncupatæ & inſcriptæ ſint, in bonam tamen ſpem ingreditur author, eas tribus hominum generibus utiles fore. (*b*) *Primi*, quos præ oculis habere ſe ſcribit, *ſunt Epiſcopi, intra quorum ſacræ poteſtatis limites Jeſuitæ commorantur, & ab iisdem commiſſum ſibi habent munus dicendi ad populum,* &

(*) Epiſtolæ hæ, numero tres, opus ſunt Abbatis Coneti. Iteratis typis excuſæ ſunt anno 1755 cum adjuncta quarta de eodem argumento. Videantur notitiæ Eccleſiaſticæ ad 13 Nov. 1755 *pag.* 181. Epiſtola nuncupatoria ad Archiepiſcopos & Epiſcopos legi meretur, quantum ad materiam præſentem pertinet.

(*b*) Epiſtolæ &c. Editionis an. 1716. pag. 154.

& in ſacris tribunalibus jus dicendi pœnitentibus.

(*i*) *Alterum genus*, cui deſiderat *emolumentum obvenire a ſuis epiſtolis*, *ſunt fideles*, *qui ſe credidere Jeſuitarum manibus*, *& eorum conſiliis regi ſinunt* - *freti fide & authoritate Epiſcoporum*, *qui ſuo illos ſuffragio ad ſacrum hoc officium aptos*; *ac dignos judicant.* His fidelibus epiſtolarum author vehementer timere ſe & compati ait, quod in manus Jeſuitarum inciderint.

(*k*) *Tertium denique genus ipſi Jeſuitæ ſunt* - - - *ex quorum miſero ſtatu graviter animo commovetur*. *Ardentiſſimo cœlo vota facit pro impetrando grandi beneficio*, *ut tam vaſtum corpus in melius ſua vertat conſilia*, *atque ad veritatis*, *& Evangelicæ morum diſciplinæ ſemitam ſe reduci patiatur*: Certe, ut hoc efficiatur, primario miraculi cujusdam genere opus eſt; ſed non deſperat tamen, hujus tam ſingularis voti ſui a DEO ſe damnatum iri. (*l*) Quid enim? *An non DEus*, inquit, *pro arbitratu ſuo gratiæ ſuæ radios effundit*, *in quos ipſi collibitum eſt? num e mediis tenebris*, *atque ex ipſo etiam fundo Societatis*, *ſapientes & fervidos ſacrorum miniſtros educere non poteſt? Num præſtare nequit*, *ut ex ipſis lapidibus naſcantur filii Abrahæ?* Et ideo,

(i) ibid. pag. 156. (k) ibid. 158.

(l) Ibid. pag. 159.

ideo, ſi de ſuprema DEI poteſtate ſermo eſt, poteſt is omnino Jeſuitarum aliquem ad frugem revocare.

Verum Zelotes hic, tanto emendandi Jeſuitas ſtudio flagrans, ignorare, aut ſaltem oblitus eſſe videtur famoſi illius arcani, quod de his Patribus in carcere Vincennenſi e cælo ſe hauſiſſe teſtatur Theodoricus Viaixnius: illud opportune hic & ipſi, & omnibus ejusdem cum ipſo coloris & fuci, qui de Jeſuitarum ad meliora tranſitu ſpem aliquam, qualem ipſe, ſibi imperare cogitant, in memoriam revocandum eſt. En, quibus verbis fugitivus hic Monachus rem geſtam exponat Petitpiedio.

(*m*) „ Sic eſt (ſcribentis verba ſunt) in arte „ fallendi ac mentiendi nec ipſe dæmon Jeſuitis „ deterior eſt, præcipue cum id agitur, ut tele- „ bricoſa fronte ac ſupercilio ſua tegant ſcelera, „ aut illis machinentur exitium, quos inimi- „ corum loco habent. DEus eſt, qui me hæc „ loqui jubet: DEum teſtem appello, hæc me „ fari ſine ullo ſiniſtro affectu, aut conciti „ animi impetu, & cupiditate vindictæ, ſed ſo- „ lo religionis amore (hinc ſine dubio etiam ex „ charitate). Prioribus tribus captivitatis meæ „ annis pro iis, ut ſe colligerent tan- „ dem ac reſipiſcerent, ſupplicavi DEO eo „ mentis ardore, atque aſſiduitate, quam cogi- „ tatione quis aſſequi non poſſit: ſed poſtquam „ declaravit mihi DEus, ſe induraſſe cor eorum, „ ceu

(*m*) Epiſtola 20 Octobr. 1712. data, in Commentario II de molit. Janſ.

„ ceu novorum Pharaonum, atque permiſiſſe „ ſenſui ſuo reprobo, ſimulque preces meas pro „ iis proſequi vetuit; ex eo tempore nullum ob- „ ſecrandi & obteſtandi DEum finem facio, præ- „ ſertim dum ſacris operor, ut Eccleſiam ſuam „ perditis his hominibus exſolvat ac liberet. „

Poſt tam apertum cæli teſtimonium, & diſertum pro Jeſuitis precandi interdictum, num Janſeniſtarum quiſpiam ſine inſignis amentiæ nota ſperare poteſt, fore aliquando, ut emolliantur novi hi *Pharaones*, & partes *veritatis* amplectantur? At ego a Lectore veniam ſpero brevis hujus digreſſionis. Ad noſtris Epiſtolas Epiſcopis inſcriptas redeamus. Earum itaque author ex ſummario quodam doctrinæ Jeſuitarum, quod ex infectis illis fontibus hauſit, de quibus jam locuti ſumus, exquiſita ratiocinandi methodo conficit, omnibus Jeſuitis omnem ſacræ jurisdictionis facultatem & uſum auferendum eſſe. (*n*) „ Omnino, illuſtriſſime Domine, ait, quandoquidem tota Jeſuitarum Societas tam pertinaciter corruptiſſimæ morum doctrinæ affixit „ animum, ut hucuſque nec Theologorum rationibus ab ea abduci potuerit, nec præſulum, qui illam damnarunt, cenſuris ac „ ſententiis acquieverit, - - - plane exiſtimo, „ religione te obſtrictum eſſe, ut nulli omnino Jeſuitæ aut conſcendendæ cathedræ, aut „ adeundi ſacri tribunalis poteſtatem facias. „ Criminatio hæc: *Jeſuitas neutiquam cedere atque acquieſcere cenſuris & ſententiis Præſulum*

(*n*) Epiſtol. Theologi ad Epiſcopum pag. 82.

lum, ab ore Janſeniano pronunciata, ſine dubio feſtive ſonat, & multum leporis habet.

Cum autem Epiſtolarum author, ut erat homo emunctæ naris, facile præciperet animo; plurimos Præſules non unum incommodum, cum hac præſcripta ſibi agendi ratione conjunctum, advertere poſſe; ut illi occurreret, eorum quendam in medium adducit, eique in contrariam partem argumenta, quibus hanc opinionem ſuam refelleret, ſuggerit: (o) „Videmus tamen (ex ore authoris ait hic „Epiſcopus) in hac Jeſuitarum Societate viros inprimis, qui rectiſſimis exemplis & vitæ „ſuæ ſanctimonia magno nobis ad virtutem „incitamento ſunt: deinde, qui e ſacris ſuggeſtibus caſtiſſimam nos, & ab omni errore ac mollitudine alienam morum diſciplinam docent: „itidem, qui in privatis colloquiis haud gravate omnem fractiorem, quæ humanis cupiditatibus ſerviat, doctrinam repudiant. Et „denique ſunt, quibus qui utuntur conſcientiæ arbitris, ad eam morum integritatem & „virtutis amorem vitam ſuam exigunt, ut „dubitari non poſſit, bonos eos duces ſequi, „& optimis doctrinis ad omnem probitatem „erudiri. Et cur hujuſmodi Jeſuitis ſacra hæc „obeundi miniſteria facultatem denegemus?„

Fateor, ignorare me, num, qui opponenti hæc Epiſcopo verba dictavit, agnoverit ipſe, in quos ſe difficultatum nodos ſuppeditatis his argumentis induat: ſed utut eſt, nihil ille horum omnium negat, & ex anguſtiis,

(o) Ibid. pag. 99.

in quas ſe conjecit, verbis quibusdam facetis extricare nititur: (*p*) *Certe nimis*, ait, *me difficilem & aſperum dices; nam puto, omnes has conditiones nondum rem conficere, aut ſufficere, ut Jeſuitarum ullus approbari poſſit.* Quid ergo tali Jeſuitæ adhuc deeſt? quantum conjectura auguror, modicam quandam Janſeniſmi portionem conditionibus his admiſceri Epiſtolarum author deſiderat.

Novum, quod ab eodem Præſule objici fingit, argumentum his verbis proponit: (*q*) „Opponis, illuſtriſſime Domine, plures confeſſarios ſæculares æque ac Regulares, eandem cum Jeſuitis profiteri doctrinam, eadem ſectari principia, nec minus remiſſe in pœnitentiæ tribunali confitentium tractare animos; propterea, ſi æquo cum omnibus jure agendum, nec inter pondus & pondus, menſuram & menſuram diſcrimen faciendum eſt, omnibus his confeſſariis perinde, ac Jeſuitis poteſtatem judicium in ſacro foro exercendi adimendam eſſe: ex hac autem tot doctorum hominum improbatione certiſſime horrendam animorum offenſionem, & communem tumultum naſciturum eſſe: Clerum ſæcularem palam queſturum de injuria: Religioſos adhuc majores concitaturos turbas: populum tot repudiatis confeſſariis addictum nulla poſthac Epiſcopum ſuum fiducia, nullo honore dignaturum. „De-

(p) eadem pag. 99.
(q) ibid. pag. 131.

„ Deinde, quod adhuc magis extimeſcendum „ ſit, magnam fidelium partem ſine animo- „ rum arbitris ac ducibus fore, adeoque igna- „ ros, quorum fidei ac conſiliis conſcientias „ ſuas committant, cum reipſa pro delectu „ habituri non ſint ſufficientem confeſſariorum „ numerum, eo prolapſuros, ut omni Sa- „ cramentorum uſu abſtineant: per hunc au- „ tem neglectum ſenſim pietatis exercitia abo- „ litum, & denique religionis cultum in eo- „ rum cordibus omnino extinctum iri. „

Num verioribus coloribus jam in anteceſſum pingi poterant mala, quæ Janſeniſmus deinde diœceſibus invexit, in quibus radices egit, jamque confeſſariorum numerus, utut modicus ille ſit, nimius tamen eſt pro audiendis illis (tam rari ſunt) quibus adeundi Sacramenta adhuc animus eſt? Sed Janſeniſtæ huic rei nihil indecori & abſoni, nihil vere noxii ineſſe unquam agnoſcent: imo hic ſcopus eſt, quo ipſorum ſpectant conſilia; & hinc noſter etiam Epiſtolarum faber ſuppoſito a ſe Præſuli ſuo reſpondet, (r) *pavere ipſum, ubi timendum nihil ſit, nec niſi imaginaria damna metuere*, quæ nimirum ſumantur obtentui, cur manifeſtos abuſus emendari conſultum non ſit. Hunc ille obtentum, quantum viribus & ingenio valet, elidere conatur, & tandem detegit finem, ad quem pervenire meditatur, non alium, quam ut omnes

(r) eadem pag. 131.

nes animorum directores ſectæ ſuæ adverſantes, reddat inutiles. (*s*) „ At poſt hæc omnia, in„quit, quodnam tantum pro Eccleſia malum „ eſt, ſi imminuatur tot Confeſſariorum nu„merus, & pauciores quidem eorum ſint, „ ſed multo præſtantiores, & majoris probi„tatis ac ſalubrioris exempli, confeſſarii ac„curati & probi ? „ Facilis conjectura eſt, quid ſibi velit Janſeniana hæc phraſis : Confeſſarius *accuratus* & *probus*.

Poſtquam Epiſtolographus cruentum hoc telum in omnes directores, ſeu ſæculares ſeu Regulares, Janſeniſmo infenſos intorſerat, iterum ad Jeſuitas inſectandos redit, & ut omnes Epiſcopos ad nullum amplius admittendum ab his Patribus ſacrum obſequium inducat, vehementer illos hortatur, ut in partem goriæ venire velint cum iis, qui palam Jeſuitis adverſantur, & apertum bellum indicunt. (*t*) *Hæc terribilis ſocietas* (ſcribit) *ita pubico flagrat odio, ut in poſterum mundus merito maximum iis honorem habiturus ſit, qui ili inimicitiam ſuam denunciant.* Hoc honoris, quem ſoli hæretici ambiunt, illicio invitatis Epiſcopis, ſubinde etiam religionem objicit, & in criminis loco ponit indulgentiam, qua Jeſuitis cathedræ aut ſacri tribunalis uſum permittunt.

(*u*)

(*s*) ibid. pag. 135.
(*t*) pag. 149.

(*u*) „ Dum Jeſuitis in tua diœceſi (ſcri-
„ bentis oraculum eſt) facultatem largiris con-
„ cionandi & expiandi confitentes , teſtimo-
„ nium illis præbes apud ſubjectos tuos , ha-
„ beri eosdem a te dignos Verbi divini inter-
„ pretes , & probos pro ſacro foro judices :
„ declaras illis , quorum cura tibi commiſit
„ DEus , poſſe ipſos in horum Patrum virtu-
„ te ac prudentia tuto ſpem ſuam reponere ,
„ atque in ſemita ſalutis duces adhibere : va-
„ dem te præſtas pro his ſacrorum miniſtris ,
„ qui nomine & authoritate tua muniti in tra-
„ ctando hoc grandi animarum negotio ver-
„ ſantur. Ah ! an non times te participem ,
„ ac coram DEO reum fore omnium malo-
„ rum , quæ iſti faciunt ? Non recident in te
„ perverſa dogmata ac placita , quæ venti-
„ tant , tot conſilia legi divinæ adverſa , quæ
„ ſuggerunt , abſolutiones cæcæ & præcipites ,
„ quas contra omnem Eccleſiaſticæ diſciplinæ
„ normam quibusvis impertiuntur , commu-
„ niones ſacrilegæ , quas permittunt ac pro-
„ bant. „ Omnes igitur Epiſcopi magno ſe cri-
mine coram DEO obſtringunt , qui Jeſuitarum
operam ad obeundas has ſanctas functiones
adhibent : ergo nullus illa uti debet.

Hæc conſecutio an non prorſus legitima , & ad omnes Dialecticæ regulas exacta eſt ? Eu- ge ! conferamus illam cum ſuis principiis , ex quibus ducitur , ut apta partium compoſitio

(*u*) Ibid. pag. 153.

& ordinis concinnitas melius ſub oculos cadat. Conſtitutum fuit Burgofonte abolere religionẽ JEſu Chriſti. Prævidebant autem Burgofontani fœderati, *conſcientiarum moderatores ac duces animorum* omni conatu interceſſuros huic conſilio, corrumpendi populum. Quid igitur facto opus? ſua illos fide, ajebant, & exiſtimatione ſpoliari, atque omnium odio objici, nec ad rem hanc perficiendam ulli ſumptui, ulli labori parci oportet, eo ſcilicet more ac modo, quo alias Calviniſtæ, cum ſimiles caſus inciderent, felicem negotiis ſuis exitum procurabant; præ omnibus autem eos tanquam homines *lucris & commodis ſuis penitus delitos* exhiberi neceſſe eſt. Hac facie ſi depictos videant animorum ſuorum arbitros, ſenſim ſine ſenſu oves ſimplices aſſueſcent odio & horrori, quo proſequentur eos, qui ipſas contra lupos tueri poſſent. Atque hæc excogitata ſuſcipiendæ rei ſpecies erat.

Et quomodo executioni data? Unus ex congregatis, & quidem ob dignitatem ſuam maxime conſpicuus manus admovet operi; componit, & ſpargit ubique librum, cujus argumentum, ejusque ampla tractatio unum id vult, ut omnes univerſim JEſu Chriſti Miniſtri ad ea omnia, quæ pro ſalute animarum ſibi gerenda ac ferenda ſumunt, ſolo quæſtu & emolumenti ſui intuitu permoveri cenſeantur.

Hoc

Hoc primum induſtriæ ſpecimen ſucceſſu ſuo non caruit. Sectæ tamen Optimates pro provida ſua prudentia ac ſagacitate judicabant, multo ſatius ac præſtabilius e re ſua fore, ſi ſuos adverſarios ſingillatim aggrederentur, & obtrectationibus ac ſatyris peterent: ergo placuit in ſolos religioſos omnem ſtomachum ac bilem effundere: mox aliquot Epiſcopi, qui ad Factionem adjuncti communes ſuas cum ſecta rationes habebant, omnibus illos injuriis vexare: unus & alter adoriri illorum privilegia: complures illorum doctrinam criminari, eamque ſubjectis ſibi fidelibus abominabilem, nec ipſos ad aliud factos denunciare, quam ut animas ſecum in ſempiternum exitium traherent.

Et huic novo conatui fortuna non defuit: non pauci Miniſtrorum JEſu Chriſti, cum deficerent animis, nec auderent adverſis ſignis cum hoſte concurrere, projecere arma: alii, fortaſſis commoditate commentitiæ moralis ſeveræ illecti, omnino ad horum reformatorum partes deſcivere. His autem ſeu dediticiis, ſeu transfugis, par non erat, ut poſthac Factio *quicquam authoritatis detraheret*: imo exigebant ſectæ rationes, quibus plurimum momenti afferre poterant, ut majus etiam illis nomen ac fama conficeretur; ergo cogitatum eſt de invenienda nota ac ſigno, quo illos internoſceret populus, nec ex intempeſtiva hallucinatione in directores recens ad partes adductos immerito transferret ſatyras,

quas ratum erat contra omnes, qui in arena firmo veſtigio pro Eccleſia perſtabant, continenter proſequi, & ubique diſſeminare.

Excogitatum autem hoc ſignum eſt, ut directores Catholici, quos inſectari deliberatum habebant, uno quodam certo nomine denotarentur, quod non ad alios, quam ad iſtos, & quidem ad iſtos univerſim pertinere poſſet. Cum vero Factio non haberet inimicos, quos ſuus ipſi Anteſignanus diſertius commendavit exagitandos, quam Jeſuitas; ſi omnes ſectæ inimicos *Jeſuitarum* nomine deſignarent, dubium non erat, graviſſimos omnium ictus in eorum ſocietatem intortum iri; quæ ſane ratio valebat, ut hic ipſi honor haberetur. Ergo ex eo tempore nomen *Jeſuitarum* dari cœptum eſt omnibus & ſingulis, qui a partibus Eccleſiæ Chriſti contra Janſeniſmum ſe ſtare, aperte profitebantur.

Porro libri omnis generis, in quibus *Jeſuitæ hi* omnium pedibus conculcandi objicerentur, in dies procuſi numerum prope excedebant; non erat, qui tam ſterile ſibi ingenium eſſe crederet, ut non & ipſe ſuam conferret ſymbolam, & aliquem eorum eniteretur: per aliquod tempus non alius ſermo, quam de *Theologia Morali Jeſuitarum: de Ethica Jeſuitarum: de Theologia Morali Jeſuitarum & novorum Caſuiſtarum: de Ethica Practica Jeſuitarum: de litteris Montaltii ad amicum extra Pariſios degentem de doctrina morum & arte Politica Jeſuitarum.* Sed quoniam mundum delectat varietas, collectio-

lectiones errorum, quos novatores pro arbitratu & fallaci ingenio ſuo in hos libros congreſſerant, & Jeſuitis tribuebant, novus excepit modus *denunciandi* doctrinam Jeſuitarum: non audiebatur tum, niſi nomen denunciationum: *Denunciatio novæ hæreſis Jeſuitarum de peccato Philoſophico: Secunda, tertia, quarta, quinta Denunciatio ejusdem hæreſis Jeſuitarum:* (*x*) Septendecim aliæ Denunciationes doctrinæ Jeſuitarum: *Epiſtola, qua denunciatur Epiſcopo Tornacenſi perniciosa doctrina Jeſuitarum.* Cum denunciatori nihil deferret Præſul, hem! mox adest *altera epiſtola ad Epiſcopum Tornacenſem*, qua ſecundo eidem pernicioſæ doctrinæ apud ipſius tribunal dies dicitur.

Cum Epiſcopi has denunciationes, aut potius vociferationes Factionis in rabiem actæ negligerent, tam profundi primorum Eccleſiæ Paſtorum ſilentii culpa in calliditatem & verſutias Jeſuitarum conjecta eſt; continuo itaque vulgatæ ſunt (*y*) *artes Jeſuiticæ in ſuſtinendis*

(*x*) Prætento nomine Eccleſiæ Leodienſis.

(*y*) Author harum *artium* perhibetur Fr. Henricus a S. Ignatio; neque negat Bibliotheca Carmelitana A. 1752 Aurelianenſibus typis edita T. I. p. 626 ad nomen Henrici a S. Ignatio; *Quisquis ſit* (verba hujus Bibliothecæ ſunt) *ille Chriſtianus Alethophilus* (hoc ſcilicet fictum nomen ſibi author ſumpſerat) *quem credunt eſſe Henricum a S. Ignatio, artes hæ Jeſuiticæ duplici decreto Congrega-*

tio-

nendis pertinaciter novitatibus, *laxitatibusque ſociorum &c.* præter innumeros alios infames libellos, qui etſi potiſſimam partem ignominioſiſſimo ſtigmate ubique notati damnarentur, ex omni tamen parte, in dies fere e ſuis iterum cineribus renaſcebantur.

Operi, cujus fundamenta jecere hi libri, faſtidium impoſuere fabuloſæ omnis ſortis & generis narrationes, peſſimi exempli & publicæ offenſionis plenæ, de iis confictæ, quos *æternæ infamiæ & deſpectui tradere* Janſeniſtæ decreverant. Falſitate unius luce clarius demonſtrata, confeſtim ſuffecta eſt nova, de alio flagitio, atque alia in Provincia, ab uno vel pluribus Catholicis directoribus perpetrato: Et ſic depravatio populi, magna; quin res ſatis adverteretur, incrementa capiebat.

Denique, poſtquam Janſeniſmus ab integro fere ſæculo, omni, qua poterat, ope in eo deſudaverat, ut invidia oneraret directores Catholicos, & hominum animis ſummum erga ipſos faſtidium afferret, judicavit, ita ſe jam omnia habere in numerato, ut poſtremum illis & lethalem ictum infligere poſſet, qui eos frangeret omnino, & ad ſiſtendum errorum ſuorum curſum prorſus inhabiles redderet: conatus nimirum eſt perſuadere Epiſcopis, non poſſe, ſine crimine, tam deteſtabilis doctrinæ hominibus curam quandam

tionis S. Officii damnatæ ſunt, & ideo Indici librorum prohibitorum inſcriptæ. Sed & *Tubæ magnæ* authorem credi eundem Henricum a S. Ignatio, ibidem teſtatur eadem Bibliotheca. *Interpres.*

dam ac directionem animorum comitti. Et hic terminus erat, ad quem Janſeniſmus, etiam per varios circuitus ac diverticula, accedere intenderat: hæc concluſio erat, quam ex tot præmiſſis ducere cogitabat.

Num vero, repeto, alia magis legitima, & ad omnes Dialecticæ regulas melius exacta conſecutio eſſe poterat? Et poſt hæc, num Janſeniſtæ jure ſe ipſos arguere poſſunt de minima etiam oſcitantia in ſervando modo & ordine, quo Burgofontanum conſilium de hoc tertio, ad ſtabiliendum ſuper Evangelii ruinas Deiſmum, adjumento in opus deduxere? Si qui ſunt adhuc in Eccleſia, ſincero pro ſalute animarum ſtudio ardentes miniſtri, quorum fama etiamnum illibata eſt, num id his novatoribus dari culpæ, eorumque indiligentiæ adſcribi poteſt? An non jure de ſe prædicare poſſunt, nulli ſe unquam defuiſſe occaſioni, nulli operæ peperciſſe, ut ne vel unus eorum ſupereſſet amplius; reipſa autem effeciſſe, ut ad longe pauciores in Gallia illorum redigeretur numerus, & hac via plurimi fideles erroribus ſuis inficerentur? Et en quomodo Burgofontanum conſilium in oculis totius Franciæ executioni detur, quin fere ſint, qui ſibi ab illo cavendum exiſtiment.

Reſtat jam, ut in ſexta ac ultima hujus operis Parte violentiſſimi illi impetus ac conatus exponantur, quibus Janſeniſmus executionem hujus ſyſtematis omnibus numeris, partibusque explere, omnemque Eccleſiæ diſciplinam abolere, atque illius poteſtatem & authoritatem extinguere adlaborat.

Veritas

Conſilii Burgofonte initi ex hujus executione demonſtrata.

PARS VI.

Quæ complectitur ea, quæ a prima Janſeniſmi origine ad hodiernum uſque diem egerunt Janſeniſtæ, ut Eccleſiæ poteſtatem everterent.

UT informatum Burgofonte a ſuis Majoribus ſyſtema ſecundum curſum teneret, nihil Janſeniſtæ induſtriæ ſibi reſiduum fecere, nihil reliquere intentatum: uno tantum gradu a perfectione abominandi hujus operis adhuc abſunt. Sancitum in conciliabulo erat, de gratia, de libertate, de morte JEſu Chriſti, de potentia ſervandi DEI præcepta, doctrinam tradere, quæ rectam ad Deiſmum viam ſterneret: Tradita hæc doctrina eſt: At congregati Janſeniſmi conditores pro ſolertia ingenii ſui facile proſpiciebant, tam

tam pernicioſa dogmata ab Eccleſia omnibus diris devotum iri, quemadmodum reipſa devota ſunt; quid conſilii? authoritatem Eccleſiæ ad nihilum redigere, unica erat ratio, qua omnia ipſius fulmina ac diras fruſtrarentur: Ratio ſane vana & caſſa in omnium oculis, qui JEſu Chriſto & ipſius promiſſis fidem habent; talis tamen viſa non eſt illis, qui conventui Burgofontano intererant: tantum ſibi pollicebantur fortunæ ac virium; quantæ ſatis eſſent, ut res proſperum ſortiretur exitum. Et en modum, quem ſibi in agendo hoc negotio adhibendum cenſuere.

„ Sed non minus advertit etiam ipſos Capitis Eccleſiæ oppugnandi neceſſitas; quamobrem, quia Romanus Pontifex in rebus ac controverſiis fidei adiri ſolet, ut tanquam ſupremus, & ob promiſſum ſibi S. Spiritus præſidium judex falli neſcius ſententiam ferat, ſtatuerunt in hoc conciliabulo, adverſus Monarchicum Eccleſiæ ſtatum omnia conſilia atque operam convertere, & ut hunc evertant, Ariſtocraticum introducere; quo aliquando ſtabilito, omnis facile Eccleſiæ poteſtas profligari poſſet. Quod ad Pontificis immunitatem ab errandi periculo ſpectat, placuit eidem libris ac libellis bellum inferre; cumque uno mox impetu atque aſſultu expugnari nequeat, eam ſolis œcumenicis conciliis tribuere, ut ſi Pontifex hanc dogmatum novitatem anathemate percuſſerit, ſemper reclamari, atque ad

„ con-

„ concilii tribunal provocari poſſit ; cui tamen „ non magis , quam Pontifici & Evangelio ob- „ temperaturi eſſent. „

Non igitur amplius de Clero inferiore agitur, quem Janſeniana Factio premat & opprimat : non de Religioſorum privilegiis, quibus impetendis ſe diſtineat : non de peculiari quodam hominum ordine, qualis eſt Jeſuitarum Societas, quem omni ſua fama & fide exuat; altius illa collineat: directum in ipſam JEſu Chriſti Eccleſiam , primosque ejus Paſtores impetum dare meditatur. Videbimus in hac Parte VI totam regiminis Eccleſiaſtici formam ſus deque verſam, authoritatem Vicarii JEſu Chriſti proculcatam, alteram Epiſcoporum pro nihilo habitam, ſimplices ſacerdotes æquatos Epiſcopis, ac ſummo Pontifici,infallibilitatem,quamChriſtus docenti Eccleſiæ addixit , attributam Eccleſiæ diſcenti , & per hoc antiquatam penitus & abolitam ; Factionem denique *vociferari ac furere* contra lata in ſuas novitates anathemata , *appellare ad concilium* , jamque parare effugia , quibus hujus ipſius futuri concilii deciſiones eludat , & ex eo authoritatem ſibi conſtituat , *illi tam parum* , *quam Pontifici & Evangelio obtemperandi.* Atque hæc ſunt, quæ in quinque hujus ſextæ Partis Quæſtionibus fuſius exequemur.

Quæ-

Quæſtio I.

Cuinam Burgofonte datum negotium eſt, ut primus poteſtatem Eccleſiæ convellere, ac demoliri conetur?

DEliberatione fere opus non erat, quis primus horrendam hanc viam iniret, & initium faceret vaſtandæ Eccleſiæ, quam parum laborandum fuit de deligendis iis, qui ad præſtanda reliqua Deiſmi adjumenta, de quibus hactenus locuti ſumus, primi manus & operam ſuam adhiberent. Erat inter Deiſtas Burgofonte congregatos, vir profanus, Edmundi Richerii, qui ad mentem hujus novatoris non multis ante annis contra Eccleſiam ſcripſerat, ſtudioſiſſimus ſectator & æmulus: magnaque tum cura illud agebatur, ut unius ex Richerii libris editio pluribus prelis pararetur, id, quod ſumma adhibita celeritate, eodem, quo conventus Burgofontanus habebatur, anno effectui datum eſt.

Nomen hujus Deiſtæ in narratione juridica de illo conciliabulo, initialibus his litteris (S. V.) poſtremo loco deſignatum eſt. Doctor Arnaldus in altera ſua ad Ducem & Parem Franciæ epiſtola, de his Deiſtis agens, affirmat, (a) *neſciri, quis ſit hic ultimus S. V.* Nihil autem is erubuit melius ea de re edoctus

(a) pag. 113.

videri, cum Tomum octavum *Ethicæ Practicæ Jeſuitarum* ſcriberet, eamque ſine adjecto ſuo ſcriptoris nomine in lucem emitteret; adductis enim ex juridica de conventu narratione his verbis, *ſtatutum fuiſſe, adverſus ſtatum Monarchicum Eccleſiæ omnia conſilia ac curas convertere &c.* ſubjungit: (*b*) *Verba hæc locum præbent opinandi, Fillovium duabus bis litteris S. V. denotare voluiſſe Simonem Vigorium majoris Conſilii Senatorem, qui eodem tempore varios libros edidit, in quibus tuetur eadem, quæ de his argumentis* (gubernationis Eccleſiæ) *ſupremæ Curiæ in Gallia ſentiunt.*

Bayleus magis ingenue, quam Arnaldus, hac de re mentem ſuam aperit. (*c*) „ Ex certis „ rerum adjunctis, inquit, ac notis, quæ „ narrationem de Burgofontano conciliabulo „ comitantur, & ex certorum librorum indo„ le, quos non niſi ad præſtanda pacta Bur„ gofontana vulgatos fuiſſe intellectum eſt, „ omnes intulere, litteris - - ſexti nominis „ indicari Simonem Vigorium Conſilii majo„ ris Senatorem. „ Simon itaque Vigorius in eo argumento & capite, quod modo verſamus, Janſeniſmi Primipilus eſt. Juvat autem deſcribere hominem, & noſcendum dare, quoad ejus fieri poterit.

De

(*b*) pag. 432.
(*c*) Verb. Ant. Arnaldus.

De ſenſis ſuis in religionis negotio ipſemet in Præfatione libri, de quo poſtea latius diſſeremus, teſtem agit, & (*d*) *quis mihi vitio vertat*, inquit, *palam feciſſe me, quam ineptos & iniquos libri Richerii cenſores egerint Doctores & Scriptores quidam* (qui hunc librum vexandum ac confutandum ſibi ſumpſerant). *Hi niſi acri reſponſo retuſi fuiſſent, periculum erat, ne poſteritas opinaretur*, (ſententias horum Doctorum & Scriptorum) *eſſe doctrinam, quam Gallia ſanam & orthodoxam crediſſet.* Vigorius itaque aperte * Richeriſmi ſe patronum atque aſſeclam prædicat: hanc ille religionem profitetur.

(M) 2 Non

(*) Dupinus in hiſtoria ſua ſæculi XVII fatetur, Simonem Vigorium inſtitiſſe Richerii veſtigiis, ejusque doctrinam ac cauſſam ſcriptis vindiciis defendendam ſuſcepiſſe. *Part. I. pag.* 428. Idem Dupinus in hac ipſa hiſtoria ſua Simoni Vigorio his verbis elogium pangit: „Ipſius opera digna lectu „ſunt, & locum ac ſtatum, quem tenebat, „magno nominis ſplendore illuſtrant; nam „quamvis Eccleſiaſticus non eſſet, plura „tamen introſpexit, & aptius ac nitidius diſ„ſeruit de rebus Eccleſiaſticis, quam multi „Theologorum ſui temporis. Mortuus eſt „19 Februar. 1624, ætatis annorum 68. „ *ibid. pag.* 434.

Porro

(*d*) pag. 13. Edit. 1621.

Non minus in eadem Præfatione, quam aſpera fuerit indole, ipſe prodit modo illo improbo, quo (*a*) eleemoſynarium quendam Regium, qui ſuos ipſi errores ob oculos poſuit, contumelioſe accipit: ſtylo, quem Arnaldus *in certis dimicationibus* adhiberi poſſe geo-

Porro de Edmundo Richerio Presbytero * Lingonenſi, & Facultatis Pariſienſis Doctore Theologo, cujus principia ac doctrinam ſecutum eſſe Vigorium teſtatur Dupinus, & paulo poſt loquetur res ipſa, meminit Spondanus ad annum 1612 n. 3. & ad annum 1629 n. 9, aitque, libellum ipſius *de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate* primum in celebrata a Jacobo Cardinale Perronio Archiepiſcopo ** Senonenſi, deinde a Paulo Huraldo Archiepiſcopo *** Aquenſi, (*b*) Synodo Provinciali, damnatum atque proſcriptum; ipſum autem Richerium authoritate regia, & decreto Facultatis, Syndicatu ejusdem Facultatis decedere juſſum fuiſſe; reſipuiſſe tamen, & A. 1629. -. Dec. *declarationem coram dignis teſtibus edidiſſe, a ſe ſcriptam & obſignatam, qua ſe libellumque ſuum, ac quaſcunque propoſitiones Eccleſiæ Catholicæ Romanæ & S. Sedis Apoſtolicæ judicio ſubjicere declaravit, eam Matrem & Magiſtram omnium Eccleſiarum & infal-* libilem

(*a*) Theophrastus Bouju.
(*b*) In Actis Concil. Edit. Regiæ Harduini T. XI col. 57.
(*) Langres in Campania. (**) de Sens. (***) d'Aix.

geometrica forma demonſtravit, in morem Magiſtri multum & diu in hac arte verſati utitur: Voces ignominioſæ *ſtolidi*, *inſulſi*, *nugatoris*, *rudis & ſtupidi*, *imbecillis*, *impoſtoris*, *calumniatoris*, & aliæ id genus, quibus hunc Eleemoſynarium ſalutat, luculento documento ſunt, ſtylum hunc in ſecta peregrinum ac novum non eſſe. Atque hoc totum

(M) 3 eſt,

---

libilem veritatis judicem agnoſcens; & quatenus contrariæ illæ eſſent eidem Eccleſiæ Romanæ, improbavit & condemnavit.

Richeriſmi autem nomine intelligitur perverſiſſima doctrina, qua (teſte Cardin. Perronio in epiſtola ad Caſaubonum, apud Boſſuetum Meldenſem Epiſcopum in defenſione declarationis Cleri Gallicani T. II. P. II. lib. X cap. XXV.) ſtatuebat Richerius: „quod „Presbyteri cum Epiſcopis, Ariſtocratici re„giminis more, in partem Eccleſiaſticæ ad„miniſtrationis vocentur; quod electiones „jure divino nitantur, ex quo conſequatur, „a Regibus, qui Antiſtites deſignent, contra „jus divinum peccari; quod Ariſtocaticum „regimen ſit optimum, & naturæ conve„nientiſſimum, in quo directe ſtatus Mo„narchicus oppugnetur; quod omnis prin„cipatus a ſubjecti populi conſenſu pendeat: „Quod DEus influat in ſuppoſita analogice, „hoc eſt, in civitates ac regna, ipſamque „communitatem prius, & proprius ac prin-

cipa-

eſt, quod de hoc homine mihi dicendum ſuppetit: Liber ipſius, ex quo reliqua, quæ ad ipſum pertinent, intelligemus, veriſimilius tam parum, quam author cognitus, inter blattas lateret & tineas, niſi Janſeniſtæ e ſitu ſuo ac pædore eruiſſent, & mox a celebratis An. 1682. Cleri comitiis operam dediſſent, ut elegantibus typis atque auguſtiore forma recuderetur. De hoc jam libro amplior nobis ſermo erit.

Ad

„ cipalius, quam in partes, quæ non aliter „ agant, quam inſtrumenta eorum ſuppoſi- „ torum & communitatum, quo fiat, ut Prin- „ cipes ac Reges non ipſi regerent, ſed com- „ munitas per ipſos tanquam Adminiſtros. „ Addebat Perronius, habere ſe pro mani- „ bus ipſam Richerii theſin A. 1591 in Sor- „ bona defenſam, quod ordines regni Regibus „ poteſtate antecellant; quod Henricus III ju- „ ſte cæſus ſit ut Tyrannus, eique ſimiles armis „ & inſidiis inſectandos: Jacobum Clemen- „ tem ad eum cædendum diſciplinæ Eccle- „ ſiaſticæ ſtudio, & amore legum ac patriæ „ libertatis incenſum. „

Multi fuere, qui impiam hanc, cum primum caput extulit, doctrinam vehementer impugnarunt; pleniſſime confutavit Andreas Duvallius Doctor Sorbonicus & Regius Theologiæ Profeſſor in Univerſitate Pariſienſi, edito libro, quem inſcripſit *Elenchum libelli*

Ad perfectam operis abſolutionem, quod moliebantur Deiſtæ, Burgofontani eo conſilio, ut omnia divinæ cujusdam religionis veſtigia abolerent, hæc tria ſibi efficienda putarunt: Primum, ut abrogarent formam regiminis, quam JEſus Chriſtus in ſua Eccleſia conſtituit: *Statutum fuit, adverſus Monarchicum Eccleſiæ ſtatum omnia conſilia ac ſtudium convertere;*

(M) 4

belli de Eccl. & Polit. poteſtate, pro ſuprema Romanorum Pontificum in Eccleſiam authoritate.

Ejusdem doctrinæ illam præcipue partem, quæ contra Eccleſiaſticam poteſtatem eſt, ſibi exagitandam quoque,& graviſſimis momentis refellendam ſumpſere Petavius T. VI. Theol. Dogm. (in Edit. nova Veneta anno 1757.) lib. III. c. 14, 15 & 16. à pag. 165. & Anonymus Author Tractatus de Libertatibus EccleſiæGallicanæ toto libro IX. Summa autem hujus peſtiferæ doctrinæ in eo vertitur, *Chriſtum fundando Eccleſiam, prius, immediatius, atque eſſentialius, claves ſive juriſdictionem toti dediſſe Eccleſiæ, quam Petro, ſeu, quod eodem redit, claves toti dediſſe Eccleſiæ, ut per unum miniſterialiter exerceantur; quandoquidem tota juriſdictio Eccleſiaſtica primario, proprie, ac eſſentialiter Eccleſiæ convenit; Romano autem Pontifici, atque aliis Epiſcopis, miniſterialiter, & quoad executionem tantum*: adeoque

tere ; & ut hic everteretur, omni ope elaborare, ut introduceretur Ariſtocraticus. Alterum, ut adorirentur infallibilitatem Pontificis, & ſic ſpecioſo hoc obtentu, Papam errare poſſe, ſolenniſſimas etiam ſanctæ ſedis ſanctiones eludere poſſent: *Quod ad Pontificis immunitatem ab errandi periculo ſpectat, placuit, eidem ſcriptis libris ac libellis bellum inferre, cumque uno mox impetu, atque aſſultu expugnari nequeat, eam ſolis conciliis tribuere.* Tertium, ut iis, qui præfuturi executio-

---

que omnem authoritatem & jurisdictionem præ omni peculiari homine ad Eccleſiæ communitatem pertinere; hinc ſummum Pontificem nihil poteſtatis habere in Eccleſia ſine Conciliis, Epiſcopos in ſuis diœceſibus ſine diœceſanis: Et *quoniam adverſus legem divinam & naturalem neque ſpatia temporum, neque privilegia locorum, neque dignitates perſonarum unquam præſcribere poſſunt, quicquid huic communitatis juri contrarium fiat, nunquam juſtum & æquum, nunquam legitimum eſſe poſſe.* Ex hoc autem principio conſequitur, ſummum Pontificem non niſi primarium Eccleſiæ Adminiſtrum eſſe, & adminiſtrum quidem ſine alia authoritate & jurisdictione, niſi quam & quomodo ſocietas fidelium ipſi impertiri, quos terminos huic poteſtati conſtituere velit. Quam fidus vero Achates abeuntis in hæc avia Richerii fuerit Vigorius, ejusque pediſſequi Janſeniſtæ, ſequentia docebunt. *Interpres.*

Digitized by Google

tioni ſyſtematis, & ſuo tempore appellaturi eſſent ad futurum concilium, cauſſas præpararent & nomina, quæ ſuæ in reſpuendi hujus concilii deciſionibus contumaciæ prætexerent: *Si Pontifex nova ſua dogmata anathemate percuſſerit, reclamandum, & ad concilium provocandum erit, cui ipſi tamen non magis, quam Pontifici & Evangelio obſequiratum eſſet.*

Janſeniſtæ in tribus his capitibus ad effectum perducendis, perfecte munere ſuo functi ſunt; quod ut omnibus perſpicuum fiat, ordiamur a Vigorii libro, qui in negotio & argumento, quod jam tractamus, claſſicum & præcipuum ſectæ opus eſt.

Articulus I.

Simonis Vigorii conatus deſtruendi regimen Monarchicum Eccleſiæ, & in ejus locum Ariſtocraticum ſufficiendi.

§. I.

Libro Vigorii hæc inſcriptio eſt: *Quatuor libri de ſtatu & gubernatione Eccleſiæ.* I. *de Monarchia Eccleſiaſtica.* II. *de infallibilitate.* III. *de diſciplina Eccleſiaſtica.* IV. *de Conciliis. Per Simonem Vigorium, majoris Concilii Senatorem.* Opus hoc plenum eſt præclara illa eruditione, quam plerique Proteſtantium libri contra Eccleſiam & ſummum

ejus Antiſtitem ultro ac liberaliter ubique hauriendam propinant. Præcipue author inſtitutionibus Calvini multum & familiariter uſus eſt: ex hujusmodi lutulentis fontibus hauſit hic laicus ſuas de rebus Eccleſiaſticis notitias. Nihil autem de iis diſſerit ex ordine, & conſtituta rite methodo, nihil certa ac definita ratione: pro arbitratu decernit, & confidenter ſententiam fert in rebus, de quibus accuratiſſima ſibi conſideratione loquendum exiſtimant veri Theologi: pro more hæreticorum ultro ſupponit & affingit adverſariis ſuis, quæ ipſis opinari vel aſſerere in mentem non venit: pugnantia loqui, & jam hoc loco abnuere videtur, quæ alio certa ac teſtata eſſe volebat. Sed nolim omnes hominis errores perſequi; neque enim propoſiti mei eſt, ejusmodi librum, cujus jam tempus obliteravit memoriam, operoſius refellere: ſatis ſit, ex illo colligere, ac breviter perſtringere ea, quibus ad ſuſceptæ a me demonſtrationis modum ac finem opus erit.

Vigorius itaque jam prima libri pagina, cum admodum provide & opportune, ne in hæreticorum duceretur numero, lectorem admonuiſſet, ſe eſſe Catholicum, acute & ſubdole pro re veluti certa & explorata ſtatuit, formam regiminis Eccleſiæ ex prima inſtitutione ac natura ſua Ariſtocraticam eſſe; & ſi qui ſcriptores eandem Monarchicam vocent, non niſi per ſimulatam religionis ſpeciem hanc eos appellationem uſurpare affirmat. En ipſa illius

illius verba : „ Gratia Catholicæ , quam pro- „ fiteor , fidei , qua me dignatus eſt DEus , „ & honor Gallici nominis , quo glorior , ac „ munus Magiſtratus regii, quod gero, impu- „ lere me , ut in anteceſſum aperiam complu- „ rium hujus ſæculi ſcriptorum fallaciam, qui „ ſub falſo religionis obtentu Ariſtocraticum „ Eccleſiæ ſtatum atque gubernationem in- „ vertere attentant. „ Ad hunc igitur fraudulentum prætextum atque *abuſum* comprimendum , profanus hic homo , loci & conditionis ſuæ immemor , ſeipſum Theologum creat.

Ut autem clarius cadat ſub oculos, quanta ſit conſpiratio conſenſusque principiorum inter ipſum & hæreticos , juvat paucis exponere , quid hinc hæretici , inde Catholici ſentiant de ratione regiminis , quo JEſus Chriſtus Eccleſiam ſuam ab hominibus gubernari voluit.

Tria diſtinguuntur gubernationum genera : Monarchiæ ; quæ ſtatus eſt , in quo ſummum imperium in unius ſolius manibus reſidet : Ariſtocratiæ , in qua ſuprema poteſtas penes Nobilium atque Optimatum ordinem eſt : Democratiæ , in qua ſumma rerum in populi arbitrio poſita eſt. Hæc tria gubernationum ſimplicium genera interdum inter ſe copulata ſunt , ita quidem , ut regimini Monarchico ab admixto Ariſtocratico , vel etiam Democratico temperamentum aliquod comparatum ,

Digitized by Google

ratum, & certi limites, quos egredi fas non eſt, circumſcripti ſint.

Regimen Monarchicum cenſetur eſſe præcipuum, quoniam præ reliquis propius accedit ad modum & formam, qua DEus hanc rerum univerſitatem moderatur. Sed cum ea humana imbecillitas ſit, ut fieri non poſſit, unum ſolum hominem in amplo quodam imperio per ſeipſum adminiſtrare omnia, & leges, jura, ac rectum rerum ordinem tueri, cuivis Monarchæ ſumma impoſita neceſſitas eſt, ut varios ſibi adminiſtros adoptet, quorum fidei authoritatis ſuæ partem ad diverſarum Provinciarum præfecturas ac gubernacula committat; nam id communis utilitas & populorum felicitas poſtulat.

Jam vero hi Magiſtratus & Adminiſtri duobus potiſſimum modis, in diverſis his provinciis rerum adminiſtrationi præfici poſſunt; & ſi quidem præeſſe jubeantur cum poteſtate, quæ tota a Monarchæ voluntate pendeat, atque hic illam pro arbitratu arctius conſtringere, aut omnino auferre poſſit, forma gubernandi, in humana imperandi ratione, perfectiſſima & pura Monarchia eſt: ſi autem, qui ſub Monarcha rerum ſumma potiente peculiares ipſi regiones gubernant, ita eidem obnoxii ſint, ut non omnem, quam obtinent, authoritatem ab illo ſibi collatam habeant, ſed poteſtatis quædam pars dignitati ac muneri, quo funguntur, neceſſario affixa & propria,

nec

nec a Monarchæ arbitrio ſuſpenſa ſit, hæc regiminis forma Monarchica quidem, ſed ex temperamento & admixtione gubernationis Ariſtocraticæ ſuis ſpatiis ac finibus definita eſt.

Hæreticorum unanimis ſenſus ac vox eſt, nullo pacto admitti poſſe, gubernationem Eccleſiæ eſſe Monarchicam; qualis autem ſit, diſſident inter ſe, & in diverſos errores abeunt. Sunt, qui cum Illyrico Magdeburgenſium Centuriatorum Anteſignano ſupremam in Eccleſia poteſtatem imprimis populo, deinde Seniorum collegio tribuant. Alii cum Calvino contendunt, eandem poteſtatem pertinere ad Seniorum Collegium, cui Epiſcopus præſideat; populo autem parum ea de re largiuntur. Arminiani cum Curcellæo aſſerunt, regimen Eccleſiæ præciſe eſſe Democraticum. Alii cum Brentio ſummum hoc jus profanis Principibus, ac Magiſtratibus, excluſis Epiſcopis, adjudicant.

At contra omnes Catholici ſumma concordia credunt & profitentur, JEſum Chriſtum, antequam rediret in cælos, plenitudinem poteſtatis S. Petro contuliſſe, ut vice ſua fungatur in terris, & ex inſtituto, ac norma legum, quas ſupremus hic divinus Legislator condiderat, primum quidẽ ipſe S. Petrus, deinde ejus Succeſſores univerſam Eccleſiam gubernent. „ Dogma fidei Catholicæ eſt (omni aſſeveratio„ne (*f*) affirmant illuſtriſſimi Galliæ Præſu„les) ſummum Pontificem & dignitatis ſi„mul,

(*f*) In litteris Cardinalium, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum de Conſultatione Advocatorum A. 1728. p. 34.

„ mul, & juriſdictionis primatu eminere, quem-
„ admodum a primis Eccleſiæ temporibus eo
„ præditus eſſe creditus eſt; neque hæc juriſdi-
„ ctio legi aut juri cuidam Eccleſiaſtico, ſed legi
„ Divinæ & inſtitutioni JEſu Chriſti originem
„ debet, atque eo valet, ut ſummorum Pon-
„ tificum ſanctiones omnes & ſingulas Eccle-
„ ſias ſtringant & obligent. „ Ecce tibi in eximio hoc effato aſpectabilem Monarcham, non ſolum *in Eccleſia*, ſed pro eo, ac dedita opera obſervant iidem Præſules (*g*), Monarcham *Eccleſiæ*, quem JEſus Chriſtus inſtituit.

Num autem poterit hic Monarcha omni ea, qua oportet, vigilantia ac ſtudio ſolus omnia moderari in Eccleſia, atque univerſas ſacri hujus imperii partes ſua unius procuratione complecti, quemadmodum JEſus Chriſtus, cum in terris degeret, eandem per ſeipſum moderatus eſt? Certum eſt, id viribus humanis majus eſſe. Itaque quam provide ſapientiſſimus Legislator JEſus Chriſtus Eccleſiæ ſuæ rationibus conſuluit, cum voluit, ut aſpectabilis hic univerſæ Eccleſiæ Monarcha neceſſario parte oneris ac curarum levaretur, cum id Monarchiæ intereſſet, ejusque bono fieret: Et ideo ipſi integrum ac liberum eſſe noluit, ut ea ſeipſum lege ſolveret, qua teneretur Apoſtolis ſubrogare alios, qui eorum loco ac muneri ſuccederent; & quidem hoc pacto ac ratione, ut horum ſucceſſorum ſinguli certæ cuidam Eccleſiæ portioni præeſſent, non tanquam ſummi Pontificis Vicarii, qui pro ipſius nu-

(*g*) Ibid. pag. 35.

nutu detracta dignitate exauctorari poſſint, ſuamque in omnibus authoritatem ex ipſius arbitrio ſuſpenſam gerant; ſed tanquam veri Eccleſiæ Principes, & ex ipſius JEſu Chriſti mandato conſtituti animarum Paſtores, cum poteſtate, quæ neceſſario ipſi muneri & loco, quem occupant, annexa eſt: attamen cum poteſtate, (*b*) *cui ipſe JEſus Chriſtus inſtitutione ſua limites poſuit: - - - cum poteſtate, quam inferiorem & ſubjectam eſſe ſtatuit Petri Sedi, in qua Apoſtolicæ poteſtatis plenitudinem collocavit.*

Quamobrem Epiſcopi neceſſario ſunt Eccleſiæ Principes, & Paſtores animarum, ſed aſpectabili ſupremo Paſtori obnoxii; (*i*) „ & „ quilibet Epiſcopus inter graviſſimas ſui officii partes ſummo & id loco numerat, ut revereatur Pontificem tanquam Superiorem „ ſuum, ſacramenti religione ſuam ipſi fidem „ & obſequium ſpondeat, inter tot obvias difficultates præſidii cauſa ad ipſius ſe authoritatem applicet, & ex Canonum forma ac „ præſcriptione ſe eidem ſubjectum profiteatur. „

Supremus hic aſpectabilis Paſtor, (*k.*1.) *Solus Paſtor ovium & Paſtorum*, vocatur *Papa*, ut hoc nomine communis Pater, & non omnium duntaxat ſimplicium fidelium, ſed etiam Pater Pa-

(*b*) ibid. pag. 36. (*i*) pag. 34. (k, l.) pag. 35. ex S. Bern.

Patrum eſſe deſignetur, (*k.2.*) *Papa, hoc eſt, Pater Patrum appellatur.* A S. Auguſtino præterea his ornatur honorum vocabulis: *Vertex membrorum omnium Eccleſiæ : Pater Chriſtianæ plebis : Petra, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ : Firmamentum omnium : Paſtor Dominici gregis* : quæ nomina ac tituli non conveniunt, niſi Monarchæ, *cujus gubernatio plena bonitatis & charitatis eſſe debet.*

In hoc autem faſtigio collocati munus eſt, ut in tota Eccleſia inter omnes, quibus gubernationis ſuæ pars quædam credita eſt, mutuam pacem & concordiam tueatur : deinde præ aliis ea ad ipſum cura pertinet, ut longe & late proferantur limites Eccleſiæ, atque ob hanc cauſſam Præcones Evangelici in univerſum mundum ablegentur, qui hunc ad Chriſti fidem & cultum adducant; quandoquidem Eccleſiæ Catholicæ in terris non alios, quam ipſius mundi fines eſſe oportet : itidem, ut Eccleſiis, quæ ſuos amiſere Epiſcopos, novos Præſules ſuppeditet : ut in regnis ac provinciis recens ad Chriſti imperium adjunctis, aut alibi, ubi id uſus feret, novas Epiſcoporum ſedes collocet : verbo, in unum ipſum omnium pondus & cura Eccleſiarum incumbit; quæ ſane omnes veri Monarchæ functiones ſunt. Ergo ex ſenſu omnium Catholicorum, Eccleſiæ regimen Monarchicum eſt, ſed cui ali-

(k.2.) Cardinalis Stanislai Hoſii Operum fol. 87.

aliquid de regimine ariſtocratico admixtum ſit.

Cæterum Janſeniſtarum non ſecus, ac aliorum hæreticorum ſummopere intereſt, ut ne hæc Eccleſiaſtici regiminis forma apud ipſos locum habeat; nam poteſtas monarchæ, ad quam omnes a ſeptemdecim ſæculis hæreſes alliſæ, infelices conſiliorum ſuorum exitus habuere, novis ipſorum erroribus nimium quantum formidanda foret: ergo ut ſupprimeretur hæc Eccleſiæ poteſtas, ipſam inſtituti a Jeſu Chriſto regiminis formam ſus deque vertere, Burgofonte decretum fuit.

Quid autem, ut rem tam ſolide conſtructam, ac in Eccleſia Catholica concordi omnium ſenſu & voce firmatam divellerent, novatores hi moliri aliud & garrire poterant, quam iterare decantatas jam ſexcenties fabulas, quibus Eccleſiæ inimici recte ſentientium aures obtudere? Idcirco neceſſe illi habebant, etiam hic, quemadmodum ubivis, hæreticorum commenta exſcribere. Probroſam ſane neceſſitatem, qua adacti Janſeniſtæ, & eorum quidem unus hujus, alter alterius hæretici, veſtigia ſequuntur, iisdem utuntur principiis, iisdem ea rationibus firmant, ut tandem ad eundem cum ipſis ſcopum perveniant, qui eſt deſtruendi id, quod Jeſus Chriſtus conſtruxit! Neque cunctabimur hanc rem allatis exemplis & documentis comprobare. Interea revertamur ad nefarios Vigorii conatus, quibus Ariſtocraticum in Eccleſia regimen conſtituere molitus eſt.

§. II.

Cur hac noſtra ætate Concilia adeo infrequentia ac rara ſunt? Hoc ſi ſciſciteris ex homine Romano-Catholico, qui veritatem, juſtitiam, & debitam majoribus reverentiam ducem ſequitur, vel ſolam eam cogitationem magno ſibi crimini duceret, quod infrequentiæ hujus cauſa malis artibus communis Fidelium Patris adſcribenda ſit. At Vigorius tam delicati ac religioſi ſtomachi non eſt: nemini indulget, aut parcit, atque omnia ad præfixum ſibi finem refert, ut per cauſam inſtaurandæ puræ Ariſtocratiæ omnem in Eccleſia legitimi regiminis formam ſubvertat: (*l*) „Hodie, inquit, ne celebrentur concilia, difficultates quædam ſumuntur obtentui; - - - „ſed, ut rem verbo dicam, culpa omnis hujus diſcordiæ, qua rerum ſtatus perturbatur, „ſoli Curiæ Romanæ tribuenda eſt; - - - nam „prævidet illa, quod, ſi Epiſcopi ſæpe ad Concilia convenirent, Ariſtocratica gubernatio „paulatim reparanda, & Eccleſia (hoc eſt, „Congregatio Fidelium; Vigorio enim Eccleſia nihil aliud eſt, quam hujuſmodi Fidelium „cœtus) notitiam legitimæ poteſtatis, quam „proxime a Deo obtinet, nactura denique, hoc „ipſo autem abſoluta & erroris expers Monarchia peſſum itura eſſet; hinc ſolicite fovet & alit ſimultates ac partium ſtudia inter Chri-

l) pag. . (*l*) pag. 452.

„Chriſtianos Principes, qui ſi conſilia ac ra„tiones ſuas jungerent, & in concordiam re„dirent, quam facili negotio, ut olim, cum „nondum hæc Monarchia invaluiſſet, cogi „Concilia, & quæ in iis ſtatuerentur, in mo„res induci poſſent? "

Subdole itaque inſinuat Vigorius, obſoleviſſe & penitus concidiſſe ſtabiliti a Jeſu Chriſto regiminis formam, eamque antiquum in locum reſtituendam eſſe: comminiſcitur, Eccleſiam non cognitam habere amplius poteſtatem, quam accepiſſet a Deo: criminatur & accuſat Curiam Romanam, quod hanc poteſtatem per vim & injuriam invaſerit: affingit eidem turpiſſimos dolos & molitiones, quibus impedit, ne hac ſe poteſtate abdicare cogatur. Num vero hæc hominis Catholici lingua eſt? num recte ſentientium quisquam tam impias unquam voces ſibi excidere paſſus eſt? Et tamen ultra centum & triginta jam annos Chriſtianus populus ad abſonam hanc tibiam ſaltare docetur.

§. III.

Ut Ariſtocratico in Eccleſia regimini ſolidum fundamentum poneretur, æqualitas inter S. Petrum & alios Apoſtolos ſtatui neceſſe erat; nec aliam rationem perficiendi rem diuturna meditatione invenit Calvinus; non aliam

rius: (*m*) „Apoſtoli, inquit, æqualiter ad „Apoſtolicum munus electi, pari & æquo ju„re fundamenta & architecti Eccleſiæ ſunt - - - „pariter æqualem clavium poteſtatem ha„bent." Ergo æquali poteſtate Eccleſia regitur a Papa & Epiſcopis, quin ullum inter eos diſcrimen ſit. At enim hac ego obſervatione ſuperſedere poteram, cum ipſe Vigorius hanc nobis conſecutionem apertis verbis ediſſerat: „(*n*) nullibi legimus, ait, S. Petrum privata au„thoritate, & tanquam ſummo in totam Eccle„ſiam imperio præditum, aliquid ſibi ſtatuen„dum ſumpſiſſe: imo potius de omnibus re„ferebatur ad commune conſilium, ut de iis „Apoſtolorum Collegium ſententiam fer„ret. - - - - Ex quo neceſſaria conſecutione „efficitur, illis clavem jurisdictionis æquali „modo ac menſura collatam fuiſſe non minus, „quam clavem ordinis." Atque adeo S. Petro & ipſius Succeſſoribus nil potius & amplius poteſtatis eſt, quam aliis Apoſtolis, & Epiſcopis, qui in eorum locum ſuccedunt. Ut autem hæc omnia temere effunderet Vigorius, non alio ipſi opus erat, quam ut tranſcriberet Calvinum, cujus hæc verba ſunt: (*o*) *Percurre, quidquid extat, nihil aliud reperies, quam* (Petrum) *fuiſſe unum ex numero duodecim, parem reliquis & ſocium, non Dominum: refert quidem ad Concilium, ſi quid faciendum eſt, & quid factu opus ſit, admonet. - - - - Ubi ſtatuerunt, ſequitur & obtemperat.*

(*m*) Pag. 72. (*n*) Ibid. (*o*) Inſtitut. l. 4. c. 6. n. 7.

rat. Jam ego non video, quid jactis his fundamentis ad ſtabiliendam in Eccleſia perfectam Ariſtocratiam adhuc deſiderari poſſit.

§. IV.

Diximus alibi, Calvinum Eccleſiaſticæ gubernationis quidpiam etiam populo largiri: Vigorius, ut hoc veluti in tranſitu obſervem, non minus liberalis eſt. Ea, quæ hic novator hactenus verbis hæreticorum, ſuo tamen ſenſu differuerat, fidem facere poterant, id ſaltem ab ipſo permitti, ut Papa in Societatem poteſtatis veniret, & partem ejus ſibi propriam, certe non minorem, quam alii Epiſcopi, obtineret: ſed fallimur; hæc poteſtatis proprietas prorſus non ad Papam, neque etiam ad Epiſcopos pertinet; & hi, & ille nec majorem, nec aliam obtinent, quam ſimplices Fideles, quorum cœtui illa data eſt: Papa autem non niſi hujus cœtus adminiſter eſt; & hinc non aliam quoque, quam Adminiſtri cujusdam poteſtatem habet. Atque hoc, ut nemo ignorat, Janſeniſtarum dogma, hæc lingua eſt: At Vigorio honor debetur, quod primus inter eos hujus erroris fundamenta jecerit: (p) *JEſus Chriſtus*, ait, *proxime claves & jurisdictionem Eccleſiæ contulit*, hoc eſt, ex mente Vigorii Cœtui Fidelium, utpote qua una & ſola phraſi definit Eccleſiam. Id ipſum jam diu ante Vigorium Calvinus docuerat:

 rat:

(p) pag. 484.

rat: (*q*) *Clavium poteſtatem Dominus Fidelium Societati contulit.* Ex quo conficitur, Pontificem duntaxat Adminiſtrum eſſe hujus Societatis; hanc ipſam autem Societatem jurisdictione præditam, eique Papam æque ac alios Fideles obnoxios eſſe. Neque hæc conſecutio Vigorio horrorem movet: (*r*) *Atqui*, inquit, *huic juris dicendi poteſtati non minus Papa, quam alii Chriſtiani ſubſunt.* Verum in hac nova Hierarchiæ forma num ovis judex eſſe poterit ſui Paſtoris, & Paſtor vocem ovis ſuæ audire, eique obtemperare tenebitur? Omnino, reſpondet & decernit Vigorius: (*s*) „quando Papa malus eſt œconomus Domus „Dei, ejusque gratia excidit, quia officio ſuo „defuit, ad Eccleſiam (ſeu quod Vigorio „idem eſt, Fidelium Cœtum) deferri poteſt, „& ſi in illius authoritate ac poteſtate eſſe re„cuſet, nec morem gerat, ſicut Ethnicus & „Publicanus habendus eſt.“

§. V.

Vix fingi aliquid adhuc animo poſſe videtur, quod Vigorius ad commemoratas hactenus molitiones, quibus inſtitutam a JEſu Chriſto in ſua Eccleſia regiminis formam & ordinem evertere cogitat, pro injuriæ auctario adjungeret. Attamen habuit fæcundum hominis ingenium, quo impio huic ſuo labori, quan-

(*q*) Inſtitut. l. 4. c. 1. n. 22. (*r*) Vigorius ibid.
(*s*) pag. 405.

quantum ad ſummum Sacrorum Antiſtitem pertinet, ſupremam manum imponeret. Ex Vigorii ſententia Pontificis tam exile nomen ac munus eſt in Eccleſia, ut in ſolius Imperatoris arbitrio poſitum ſit, ſuum illi abrogare officium, aliumque in ejus locum ſufficere: hac poteſtate ac jure valere Imperatorem nulla controverſia eſt: jus hoc patet ex facto, quo novator hic mendax ſuum effatum confirmat: (*t*) „Juſtinianus, ait, exauctoravit, & „Pontificatu abegit Sylverium, - - - eique „ſubrogavit Vigilium. - - - - legitima Juſti„niani poteſtas ſeu abdicandi Sylverium, ſeu „ſubſtituendi Vigilium, in dubium revocari „nequit.“ Tam imperterrita narrantis frons & aſſeverandi audacia prope fidem facere poſſet, reipſa eveniſſe, quod narrat. Sed finge etiam id verum eſſe; quid pro aſſerendo jure ex hoc facto eruere poſſemus? Plane nihil; & præterea tota hæc narratio commentitia eſt: S. Sylverius mortuus eſt Papa in exilio, in quod initio ab Imperatrice Theodora ejectus fuerat: revocatus deinde a Juſtiniano, poſtea iterum a Beliſario, Vigilii Antipapæ artibus depravato, exilio damnatus, & e ſede ſua migrare coactus eſt; quemadmodum rem narret Card. Baronius, (*u*) & trium temporis illius æqualium ſcriptorum teſtimonio probat. Neque ipſe etiam Dupinus (*x*) in hoc diſſentit a Baronio,

(*t*) pag. 337. (*u*) Ad annum Chriſti 537. & ſequentes.
(*x*) Bibliothecæ novæ Tom. V. *Papa Sylverius.*

ronio, negans, Juſtinianum in partem ſceleris, quo iniquiſſime cum Sanctiſſimo Pontifice actum eſt, veniſſe, aitque, non niſi per calumniam Sylverium in proditionis crimen, cujus nomine pœna exilii ipſi irrogabatur, vocatum fuiſſe. Cum Vigorius non addat, ex quo fonte narrationem ſuam hauſerit, propius vero eſt, eum pro more ſuo, hæreticum quendam authorem in ea ducem ſecutum eſſe.

Et en periclitationum ac machinationum plusquam ſatis, quibus Simon Vigorius *Ariſtocraticam gubernationem in Eccleſia inſtaurare* (ipſius phraſis eſt) ac reficere, hoc eſt, omnem ordinem, poteſtatem, ſubjectionis formam ac ſeriem profligare & perdere conatus eſt. Gradum modo faciamus ad infallibilitatem Pontificis, de qua ſcriptis libris ac libellis impugnanda Burgofonte conventum, quæque alterum libri Vigoriani argumentum eſt.

Articulus II.

Vigorius impugnat infallibilitatem Papæ.

Solenne Janſeniſtis artificium eſt, ut hominum oculos a propoſito argumento, quod difficilem exitum habet, variis diverticulis alio avocent & diſtrahant; quod cum ſæpe facere ſoleant, non raro etiam huic ſtratagemati is, quem optant, eventus reſpondet. An igitur

non

non etiam modo, & hoc loco tam opportuno artificio utentur, & Scriptorem, qui illos ex ſimulationum ſuarum integumentis evolvere parat, *Ultramontani* nomine veluti per convitium notabunt, qui ſpreto Cleri Gallicani judicio, & edito hac ſuper re edicto, ſe pro infallibilitatis Pontificiæ patrono & magiſtro gerere ac venditare velit? Enimvero centies & millies id omnium auribus inculcabunt: maximos præ reliquis ipſorum Scriptor, notitiarum Eccleſiaſticarum faber, clamores tollet; nimium ipſius intereſt, ut tam opportunæ occaſioni non deſit, aut ad illius uſum induſtriæ quidquam ſibi reliquum faciat. Ex his autem clamoribus id lucri capient, ut Fidelium animos ac cogitationes ab introſpiciendo penitius horrendo ſyſtemate ac conſilio, cujus executionem demonſtro, avertant; hoc autem ipſo hi Novatores id omne, quod quærunt, ex animi ſententia conſequentur.

Itaque præmoneo ac diſerte profiteor, propoſiti mei non eſſe, ſententiam de infallibilitate Pontificis ſeu tueri, ſeu refellere: cuicunque diverſa hac de re ſentientium parti accederem, ab argumento & via, quam inſiſtere conſtitui, deflecterem. Cenſuere Janſeniſmi Patriarchæ, rem ſummi momenti eſſe, quippe in qua ſyſtematis ſui ſucceſſus ageretur, ut infallibilitatem Papæ ſtricto ad nocendum ſtylo invaderent: ut ergo hujus ſyſtematis & conſilii veritatem ex ipſius executione optima fide demonſtrem, oſtendendum a me

eſt, revera ipſos hanc ſententiam libris ac libellis ſuis adortos eſſe: atque hoc totum eſt, quod præſtandum ſuſcepi.

Deiſtas Burgofonte congregatos non una ratio incitabat, ut ſententiam, de qua hic agitur, in invidiam ac odium adducere omni ope ac opera niterentur. Et inprimis, ſi conventus hujus tempus ſpectetur, hi conatus ad perficienda magna cogitata, in quibus animos defixerant, plane erant neceſſarii: res eo tum loco erant, ut hi Deiſtæ non ſine ſumma animi ægritudine videre cogerentur, hanc ſententiam, quæ ſiſtendo novorum errorum, quos cudebant, progreſſui nata & facta erat, non minus per Galliam, quam alia regna ac provincias in omnibus libris, ſcholis ac cathedris dominari: Unde rati, rem non recipere cunctationem, nec unquam ſat feſtinari poſſe, ut illi impugnandæ fieret initium, eodem ipſo conventus ſui, in quo Janſeniſmus veluti incunabula ſua nactus eſt, anno, illam aperto bello aggredi, & labefactare exorſi ſunt. Nihilo minus tamen, quicquid obluctarentur, plusquam triginta poſt annis adeo pervagata adhuc, & communi omnium ſenſu rata erat hæc ſententia, ut * Janſeniſtarum Legati, cum

* Quinque fuere, quorum nomina libello, cui *Breviſſimæ quinque Propoſitionum in varios ſenſus Diſtinctionis, apertæque de iis tum Calviniſtarum & Lutheranorum, tum Pelagianorum ac Moliniſtarum, tum S. Auguſtini,*

cum Roma redirent, coram Proteſtantium quodam miniſtro aliam profiteri non auderent. Anecdotum hoc, quod modo commemorabo, Leydeckero vitæ Janſenii Scriptori debemus.

(y) Venerant hi Legati anno 1653. Tigurum, aliquot poſt condemnatas ab Innocentio X quinque propoſitiones menſibus: A celebri Præcone Tigurino, Henrico Hottingero, omni officio, & amicitiæ ſignificatione accepti ſunt: inter cœnam Præco de finiſ1o Legationis eventu ſermonem intulit, & in colloquii decurſu difficultatem objecit, quæ multum legatis negotii faceſſebat: dubium vobis non eſt, inquiebat, propoſitiones & dogmata, quorum Romæ patronos egiſtis, nunc autem ibidem condemnata novimus, quam maxi-

---

ſtini, ejusque Diſcipulorum ſententiæ titulum fecere, alias *Scripto trium columnarum* appellari ſolito, ſubſcripta ſunt, nimirum: Natalis de Lalane, Doctor Facult. Pariſ. Abbas B. M. de Valle creſcente: Tuſſanus Des Mares, Presbyter Congreg. Oratorii Domini JEſu: Lud. de Saint Amour in S. Facult. Pariſ. Doctor ac Socius Sorbonicus: Nicol. Maneſſier, in S. Facult. Pariſ. Doctor ac Soc. Sorbonicus: Ludovic. Angran, ejusdem S. Facult. Licentiatus, ac inſignis Eccleſiæ Trecenſis Canonicus. *Interpres.*

(y) In Vita Janſenii pag. 659.

maxime orthodoxa eſſe; Et quomodo tamen immunitatem Papæ ab omni in ſuis judiciis errandi periculo tueri audetis? Repoſuit Abbas * de Valle creſcente, qui reliquorum oraculum erat, erraſſe quidem, & lapſum eſſe Papam, ſed non niſi errore facti. Errore facti? excepit Præco: quid? Summus Pontifex, in exortis de rebus fidei controverſiis judex falli neſcius, tam præcipiti conſilio tanti momenti negotium agit? Sane nollem ego unquam in materia fidei tam inconſiderati & temerarii homuncionis judicium tanquam certum & erroris expers recipere. Tum autem, ſubjungit Leydeckerus, hi Domini vultu & actionum ſuarum modo ſatis indicii dedere, ſibi aquam hærere, nec habere, quod reponerent. Sed hodie multo facilius hac ſe difficultate expedirent. Hanc igitur de infallibilitate Pontificis ſententiam illa ætate firmas omnino inCatholicorum animis radices egiſſe fatendum eſt, quandoquidem pudoris argumentum fuiſſet, contrariam ſuſtinere. Unde etiam naſcentis Sectæ progreſſus poſtulabat, ut ſublata omni mora, tota vi impeteretur.

Altera cauſa, quæ Burgofontanos Deiſtas movebat, ut infallibilitatem Papæ ſcriptis oppugnandam ſtatuerent, futuros eventus ſpectat, & diverſi omnino a prima generis ac ponderis eſt. Invecta in Eccleſiam Ariſtocratia infallibilitas Pontifici plusquam ſatis detracta erat; Et alias a ſeptuaginta, & quod ſuperat, annis altum in Galliæ ſcholis, ac pulpitis

(*) Val-Croiſſant)

pitis de hac ſententia ſilentium eſt; Et tamen pergunt Janſeniſtæ eam in dies criminari ac magis inviſam reddere: ergo in prorogando adverſus illam bello, quamvis ſecundum eorum placita purum putum commentum ac monſtrum ſit, arcanis quibusdam ſuis rationibus, & quod alios latet, emolumento ſerviunt. Et cuinam illi? Nempe per ſpeciem oppugnandi infallibilitatem Papæ, id agunt, ut ad interitum redigant infallibilitatem ipſius Eccleſiæ, ejusque juſtiſſimas ſanctiones ſubterfugiant atque eludant: ſuo loco ac tempore ex novatorum horum libris & actionibus rem hanc tam dilucide oſtendemus, ut ipſis ſenſibus percipi poſſit; hoc interea loco unum & alterum duntaxat ictum proferamus, quem Vigorius eidem inflixit.

Novator hic, ut ſine ullis ambagibus recta ad eripiendam Pontifici infallibilitatem accedat, non, quod alias ſolet, Calvini veſtigia ſequitur; nam quod hic hæreſiarcha in ſuis Inſtitutionibus ad illam convellendam in medium attulit, non ulterius ſe porrigit, quam ut unum duntaxat Pontificem erraſſe evincat, & ad ſimplex hoc argumentum ſe refert: Joannes XXII erravit: ergo vel Papa non eſt, aut Papa infallibilis non eſt. At unum tantum Pontificem hæreticum eſſe, nimis parum erat Vigorio: maluit longum errantium Pontificum catalogum texere, quo plerumque triumphant Proteſtantium libri, quique ante orti Janſeniſmi tempora vix alibi, quam in his

com-

comparebat: nominatim autem circiter viginti quinque enumerat, qui (z) *tanquam Papæ*, prout contendit, hoc eſt, ut ſcholarum phraſi utar, *loquentes ex cathedra*, & docentes Eccleſiam, *in graves & manifeſtos errores prolapſi ſunt*. Eorum unus, quem primum in Indice ſuo collocat, *thus adolevit idolis*: alius *poteſtatem fecit Gentilibus inſtaurandi idolorum ſacrificia*: hic erat infectus hæreſi *Ariana*: (Vigorius ab acerbiſſimis ſibi vocibus non temperat) ille *Neſtoriana*, iterum alius hæreſi *Monothelitarum*: multi alii tanquam *hæreticorum errorum rei* condemnati ſunt; quos inter aliquot Antipapas & Pſeudo-Pontifices, nominat: nempe ad augendum numerum valent. Ex hac tam iniqua, & plena offenſionis recenſione, profecta ab homine, qui ſe Catholicum dicit, expeditiſſime idem Vigorius concluſionem facit, quæ tota quanta ad Burgofontanorum Deiſtarum mentem eſt: (a) „Inter tot exempla errorum, ait, quibus Papæ tanquam Papæ „impliciti erant, ſane capere nequeo, qua „confidentia affirmare quis poſſit, quin rubore ſuffundatur, Papam eſſe infallibilem: Et „hoc etiam in Europa, in qua tanta rerum „cognitio in tot eruditis ac doctis hominibus „viget, & mores Pontificum tam pervulgati „ac manifeſti ſunt.“ Paucula hæc, quæ ex libro Vigorii contra infallibilitatem Pontificis com-

(z) pag. 149 & ſeq. (a) pag. 155.

commemoravi, ſat claram, ni fallor, ſpeciem repræſentant accurati illius ſtudii, quo deſcriptam Burgoſonte contra caput Eccleſiæ ſyſtematis formam ſecutus eſt.

Articulus III.

Vigorius præparat hominum animos, ut omnis generis appellationes ad futurum Concilium quam maxime legitimas eſſe cenſeant, & ſimul ſubminiſtrat effugia, quibus Sanctiones futuri hujus concilii ludificentur.

Agere conventum, ut collatis conſiliis certa quædam norma conſtituatur, ſecundum quam fœderati & aſſeclæ Factionis juncta opera conditæ a Chriſto religioni exitium moliantur: eum in finem fabricare nova dogmata, quæ huic normæ ac ſyſtemati reſpondeant; tanta cura & ſolertia rebus futuris proſpicere, ut pacto etiam fœdere ſanciant, ſi quando ſummus Pontifex hæc dogmata anathemate feriat, appellare ad futurum Concilium; animis ita comparatos eſſe, ut huic Concilio tam parum reverentiæ ac fidei habeant, quam Papæ & Evangelio, cujus ruinam meditabantur: breve compendium eſt eorum, quæ Burgofontani novatores auſi ſunt, & ad quæ porro audenda prompti ac parati erant. Ut autem hoc opus ſuum ad calcem perducerent, & felici, ſi fieri poſſet, exitu concluderent, geminæ cautiones, quantum ad ſancitam appellationem per-

pertinet, ab ipſis adhibendæ erant: prima, ejusmodi ſtatuendi placita, quæ apta eſſent ad imponendum & perſuadendum ſimplicibus, ſemper a deciſionibus Sacræ Sedis ad futurum Concilium appellare fas eſſe: absque hac proviſione timendum erat, ne, ſi novi hi Apoſtoli appellationem ſuam interponerent, Fideles in ſchismaticorum eos ducerent numero, & tanquam corruptores horrerent ac fugerent. Alterum illud providendum erat, ut ſpecioſas ac plauſibiles rationes cuderent, quibus deciſiones hujus futuri Concilii eludere, & poſt Concilium non minus libere, quam ante, conatus ſuos ad evertendam religionem proſequi poſſent.

Hæ ipſæ etiam Lutheri, cum a Bulla Leonis X appellaret, & poſt eum Lutheranorum cautiones erant. Lutherus, ut cauſæ & appellationi ſuæ ſpecioſum colorem allineret, cauſſabatur, Papam errori obnoxium, & Concilium eo ſuperius eſſe. Lutheranis a Concilio Tridentino damnatis non deerant commentitiæ rationes hujus Concilii Sanctiones repudiandi; petebant celebrari aliud, & ſi quidem octo conditionibus, quas offerebant, ſtaretur, illius ſe deciſionibus obſecuturos eſſe ſpondebant. At quibus conditionibus? De iis ſermo redibit alibi: interim ejusmodi erant, ut dubitare non poſſent, Eccleſiam ad eas nunquam deſcenſuram: quodcunque proinde cogatur concilium, ſemper jus ſibi eſſe credent, reclamandi, ejusque dogmata ac decreta contemnendi.

Hoc

Digitized by Google

Hoc Lutheranorum exemplum imitandum ſibi ſumpſere Janſeniſtæ, ſed ita, ut quod illi imperfectis adhuc lineamentis adumbraverant, iſti perpolirent & abſolverent: noſtra hac ætate ex ſenſu ac arbitratu ſuo formam Concilii architectati ſunt, quale nunquam celebrabitur: de ea loquendi alibi nobis obveniet locus. Sed ne tum, cum res & tempus poſtulabit decretam appellationem in opus deduci, exaſperentur animi, neve ſe iræ & odio Fidelium objiciant, ſi poſt habitum Concilium, a quo damnati fuiſſent, comperiantur illius deciſiones ac dogmata ludibrio habere, & tam parum ejusdem authoritati cedere & obſecundare, quam Papæ & Evangelio, fecere id, in quo Lutherus, & poſt eum Lutherani induſtriam ſuam deſiderari paſſi ſunt: per plus quam octoginta annos, antequam appellarent, dedere operam, ut Fideles appellationem tanquam rem juſtiſſimam intueri aſſueſcerent: item per integrum ſæculum & ultra, antequam ſuam concilii formam conſtruerent, carpebant & criminabantur, quicquid ipſis non probabatur in modo, quo Concilia habentur in Eccleſia; nec intentatum quicquam relinquebant, ut populum hac opinione imbuerint, ſanctos hos conventus ad normam & regulas a ſe dictatas agendos eſſe. En utrinque, hinc Lutheranorum, inde Janſeniſtarum eandem fallaciam, ſed ab his poſterioribus ea ratione uſurpatam, ut major ſceleſti conſilii ſucceſſus ſperari poſſet.

§. I.

Vigorius etiam hac in re certos modos ac numeros Janſeniſtis præiit, eosque gemina illa cautione uti docuit: negotium autem hac ratione aggreſſus eſt; inprimis, ut compararet animos ad imbibendum hunc errorem, quod quævis ad Concilium appellatio omni juri & legi conſentanea ſit, geminum librum conſcripſit, ſtabiliendis his duobus principiis deſtinatum; primo, Pontificem errare poſſe: alteri, Concilium eſſe ſupra Pontificem: per quæ fucum facit ſimplicibus, & jus ab omni eo, quod a Sacra Sede profectum fuerit, appellandi ad Concilium, tanquam extra omnem controverſiam poſitum repræſentat.

Sed præter tribunal ſummi Pontificis, & alterum Eccleſiæ in Concilio congregatæ, reſtat adhuc aliud, illudque tertium, quod ſemper perſeverat, nempe potior pars primorum Paſtorum, qui cum Capite ſuo, Romano Pontifice juncti ſunt, & idem, quod ipſe, de eodem doctrinæ capite extra concilium judicium ferunt: hoc tribunal, id eſt, Eccleſia diſperſa, ſi loquatur, ac ſententiam ſuam pronunciet, an & tum ab ea ad futurum Concilium appellandi jus & fas erit? Nemo non facile intelligit, quanti Janſeniſtarum intereſſet jam e longinquo præparare populorum animos, ut credant, appellari poſſe. Et o admirabilem Burgofontanorum Deiſtarum providentiam! Præparat eos Vigorius: certi inſtar principii

ſtatuit,

ſtatuit, capita & argumenta, quæ ad fidem pertineant, non niſi in concilio conſtitui ac decerni poſſe. (*b*) „Quantum, ait, decreta & „dogmata fidei ſpectat, ea explicare ac decide„re Eccleſiæ in Concilio collectæ proprium eſt, „quemadmodum ex more & uſu primorum „octo conciliorum diſcimus; & an non vide„mus, Papam ea tempeſtate nunquam ſibi „tribuiſſe aut uſurpaſſe authoritatem judican„di de cauſſis fidei extra Concilium?" En in pauculis verbis multum ignorantiæ aut malæ fidei! Si Vigorio tam frequens uſus fuiſſet legendi libros S. Auguſtini, quam frequens erat legendi libros hæreticos, deprehendiſſet in illis omnia fallaci effato ſuo contraria: *Aut vero Congregatione Synodi opus erat* (ait Sanctus hic Doctor l. 4. contra duas Epiſt. Pelag. c.ult.) *ut aperta pernicies damnaretur; quaſi nulla hæreſis aliquando niſi Synodi congregatione damnata ſit, cum potius rariſſimæ inveniantur, propter quas damnandas talis neceſſitas extiterit.* Quodſi ergo Epiſcopi cum Pontifice conjuncti alia ratione, quam in Concilio collecti Janſeniſmum condemnent, ex mente Vigorii optimo jure a Papæ & Epiſcoporum per varias orbis partes diſperſorum ſententia ad futurum Concilium appellari poterit.

Non leve tamen dubium ex ipſa veluti hujus argumenti natura Fidelibus aliquantum rerum intelligentibus in mentem venire poteſt:

(O 2) a ſe-

(*b*) pag. 353.

a ſeptendecim Eccleſiæ ſæculis ſoli hæretici appellationum, in materia fidei, a Sacra Sede ad futurum Concilium exempla prodidere: quis ergo hominum de Burgofontanis Novatoribus, aut Janſeniſtis eorum ſequacibus ſenſus erit, cum compertum fuerit, illos hac in re non niſi alios hæreticos imitari? An non eo propendebunt animis, ut eodem numero ac gradu habeant, quo illos, quorum dicta & facta conſectantur? Interea Vigorius, quantum potuit, eos ab omni hujusmodi reprehenſione immunes præſtitit, idque modo tam felici, ut is poſtea ſæpe uſurpatus fuerit. Cautior fuit, quam ut vel verbo de Pelagianorum, de Lutheri, aut alia ſimili appellatione mentionem faceret; ſecus rem omnem corrupiſſet: aliam itaque viam ingreditur: nullo facto inter appellationem, qualis erat Lutheri, a judicio dogmatico, quæ nunquam locum habet, & inter appellationes, quæ ſunt pro juribus & aliis rebus externis, diſcrimine, oculis caliginem ac tenebras offundere conatur: accumulat & exaggerat ingentem numerum appellationum ſecundi generis, quibus a Papa ad Concilium appellatum eſt, & ſimul, quantum ingenio valet, Concilium effert ſupra Pontificem, ac tandem ex omni congerie eruditionis perperam & loco non ſuo adhibitæ colligit: (*c*) „Has appellationes a Papa „ad futurum Concilium apud omnes Chriſtia„nas nationes uſu receptas fuiſſe; ex hoc au„tem

(*c*) Pag. 412.

„tem perſpicuum eſſe, doctrinam de prærogativa Concilii ſupra Pontificem patere latiſſime, & ubique vigere. “

Poteratne majore calliditate res agi, ut in fraudem inducerentur fideles, atque fallaci hac opinione inficerentur, poſſe appellari cum Luthero, quin cum Luthero quis hæreticus ſit: ſupereſt, ut intelligamus etiam, quibus effugiis deciſiones Concilii, ad quod appellatum fuerit, in caſu neceſſitatis cum Lutheranis eludi poſſint, quin ii, qui his utentur effugiis, cum Lutheranis hæretici cenſeantur.

§. II.

Si quando Ecclesia, ut Burgofontana dogmata, ſeu Janſeniſmi cauſſam ſupremo judicio jugulet, in Concilium congregata fuerit, Vigorius fabricati Burgofonte Syſtematis curatoribus, quorum erit ſuo tempore ab effatis Sacræ Sedis ad futurum Concilium appellare, quinque effugia ſubminiſtrat.

Effugium I. nititur principiis, quæ Vigorius de jure convocandi Concilia Oecumenica (nam de his ſolis hoc loco ſermo eſt) ſtatuit; quoniam autem rationes ſuas habuit, loquendi de hoc Conciliorum genere, quin, quid rei ſint, definiat; noſtri officii eſt, ſupplere id, in quo ſuis ipſe partibus defuit, & illorum definitionem ex ipſa, quæ ſummam venerationem habet, antiquitate accerſere.

Concilium Oecumenicum, & *bene geſta Synodus*, ut loquitur Gelaſius Papa (*d*) illa eſt, *quæ ſecundum ſcripturas, ſecundum traditionem Patrum, ſecundum Eccleſiaſticas regulas, pro fide Catholica & communione prolata, quam cuncta recepit Eccleſia, quam maxime Sedes Apoſtolica comprobavit.* Item Concilium Oecumenicum eſt, ait Synodus Nicæna II. (*e*) quod Romanus Pontifex encyclicis litteris indixit, cui ipſe per ſe, vel legatos ſuos præfuit, & Patriarchæ Orientis ſuffragati ſunt.

Pontificis igitur eſt, convocare Concilia, vel cujusvis alterius ex facultate & conſenſu Pontificis; vel ſi res aliter contigerit, Pontifex eam ratam habeat neceſſe eſt; alioqui nunquam veri cujusdam Concilii locum ac nomen habebit. At Calvinus vult, antiquis Eccleſiæ temporibus penes ſolum Imperatorem hanc poteſtatem fuiſſe; (*f*) *Univerſale Con-*

(*d*) In Epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ, in actis Concil. Edit. Reg. Harduini T. II. col. 909.

(*e*) *Quomodo autem magna & univerſalis Synodus, quæ - - - - non habuit adjutorem ullius temporis Romanorum Papam, vel eos, qui circa ipſum ſunt, Sacerdotes, nec etiam per vicarios ejus, neque per encyclicam epiſtolam, quemadmodum lex dictat Conciliorum. Sed nec conſentientes ſibi Patriarchas Orientis.* Actione VI. in Actis Concil. Edit. cit. T. IV. col. 327.

(*f*) Inſtit. l. 4. c. 7. n. 8.

Concilium ſolus Imperator indicere poterat. Præeuntem Calvinum preſſo iterum veſtigio ſequitur Vigorius; (*g*) „nihil, inquit, certius „eſt, quam Imperatores, in prima Eccleſia, „imperatoria authoritate indixiſſe & congre„gaſſe Concilia; neque aut Papa unquam, aut „Eccleſiaſticorum quiſpiam, tum, cum prima o„cto haberentur Concilia, hoc Imperatorum jus „in dubium aut contentionem vocavit.“ Si profanns hic homo melius verſatus eſſet in rebus, quas tractare audet, certe ignorare non poterat, quid Concilium Oecumenicum VII, ſeu Nicænum II, de hoc argumento ſtatuat; Concilium autem Chalcedonenſe, Oecumenicum IV, primam, ob quam Dioſcorus Alexandrinus Patriarcha jure ſedendi inter Epiſcopos indignus ſit, eam cauſam afferre, quod absque authoritate Sedis Apoſtolicæ Synodum facere auſus fuiſſet, id (*h*) *quod nunquam factum eſt* (verba ſunt Lucentii Epiſcopi Aſculani, in eo Concilio Leonis Papæ Legati) *nec fieri licuit.*

At Vigorius omnia neſcit, præter ea, quæ a Calvino didicit. Docuit illum hic hæreſiarcha, in prima Eccleſia ſolum Imperatorem potuiſſe convocare Concilia: tam bellum oraculum illi ſatis fuit, ut ſcriberet, (*i*) *omnes Patres cenſuiſſe, Imperatori jure divino, hanc indicendi & convocandi Concilia poteſtatem*

(*g*) pag. 426.

(*h*) Actione I. in Actis Concil. Edit. cit. T. II. col. 67.

(*i*) pag. 433.

tem datam eſſe. Omnium Patrum ſe authoritate munit, quin vel unum nominatim appellet. Sed hodie jam aſſuevimus huic fallaciæ, quam apud Janſeniſtas uſu receptam novimus; Et in hoc quidem loco Vigorius difficillimo ſe nodo implicuiſſet, ſi, cum commentum ſuum doctrina Patrum tueri vellet, alio eos ad dicendum teſtimonium citandi modo uſus fuiſſet. Sed cujusnam pretii ac ponderis in Eccleſia erunt Concilia ſola Imperatoris authoritate coacta? Nempe ejusdem, cujus ſunt Concilia vel maxime legitima; nam (*k*) „Synodi ab Imperatore convocatæ non propterea non ſunt „æque in nomine JEſu Chriſti congregatæ, „quam ſi a Papa convocatæ fuiſſent. "Ita certum iterum ac ratum eſſe jubet Vigorius. Verum poſtrema hujus effati verba cogitationem animis injicere poſſunt, fateri Vigorium, Pontifici non minus jus eſſe congregandi Concilia, quam Imperatori; in quo nonnihil a Calvino diſſentiret: at procul ab ea mente abeſt; paulo ante jam animi ſui ſenſa expoſuit, cum diceret, tribuere hoc jus Pontifici idem eſſe, ac (*l*) *Aulæ Romanæ ſervire, & in ejus gratiam nova principia & dogmata cudere.* Omne proinde jus, quod hac in re indulget Pontificibus, in hoc uno ſitum eſt, quod poſſint ſupplicare Imperatori, ut Concilia indicat: ſi plus aliquid tentent, jus ſibi arrogant, quod primæ Eccleſiæ Pontifices ſumere ſibi auſi non ſunt: propria hominis verba de hac ipſius ſen-tien-

(*k*) pag. 435. (*l*) pag. 426.

tiendi libidine, & calami protervia fidem facient: (*m*) „tantum abeſt, inquit, ut eorum „temporum Pontifices uſurparent jus convocandi Concilia, ut potius partes agerent ſupplicantium, & deprecarentur Imperatores, „ut Concilia indicere vellent. “

Componamus jam hæc principia cum Burgoſontano ſyſtemate. Statutum in eo conventu a Janſeniſmi Patriarchis erat, ut, ſi quando Pontifex *nova ſua dogmata anathemate percuſſerit, reclametur, & provocetur ad tribunal Concilii.* Jam vero dubium non eſt, hoc concilium a Papa convocatum iri, quandoquidem id vult Synodus Nicæna II, & alioqui ſecundum effatum Concilii Chalcedonenſis alio illud modo celebrare *non licet.* Quid ergo Janſeniſtæ, qui appellaverint, ſibi faciendum putabunt? Nempe dicent tum de hoc Concilio, quod Sancyranus per contemptum de Tridentino: *Eſt Concilium Papæ.* Num dein pluribus opus erit ad arrogandum ſibi jus *reclamandi* contra Concilium, & *ei tam parum habendi fidei, quam Papæ & Evangelio?*

Effugium II. Ut Concilium quoddam vere Oecumenicum ſit, ſanciente Papa Gelaſio I. *maxime a Pontifice approbatum eſſe* oportet; nullum Concilium abſque hoc aſſenſu & approbatione ab univerſa Eccleſia pro vere Oecumenico receptum eſt. Vigorius autem, ut hujus approbationis neceſſitatem convellat,

(*m*) pag. 427.

ſemper oraculi ſui, Calvini mentem & voces imitatur, cumque bonæ ipſum rationes deficiunt, ad inſipidas facetias, quibus itidem ex Calvino depromptis non parum impietatis ineſt, delabitur: ut cum dicit, (*n*) „ ſi deciſio-„nes earum rerum, de quibus in Concilio de-„liberatum ac conventum eſt, futuræ, eique „incertæ Pontificis confirmationi reſervamus, „ex ejusdem confirmationis expectatione ſu-„ſpenſa ſit neceſſe eſt certa fides de præſentia „& præſidio JEſu Chriſti atque inſtinctu Spi-„ritus Sancti; quaſi vero Spiritus Sancti affla-„tus ab arbitrio pendeat Pontificis, ut inſpi-„ret veritatem, quando & quoties Papæ pla-„cuerit; quod opinari ſane ridiculum eſt. “ Ita Vigorius. Sed non aliter Calvinus: (*o*) *Sic alligare locum & Chriſtum, & Spiritum Sanctum, & Eccleſiam, ut quicunque illic præſideat, etiamſi ſit diabolus, Chriſti tamen Vicarius & caput Eccleſiæ cenſeatur, - - - a ſenſu communi alienum eſſe dico.*

Viden, quam accurate hæc principia reſpondeant Burgofontanis conſiliis ac pactionibus! Concilium, quod damnabit Janſeniſtas appellantes, ſi quidem legitima forma celebretur, certiſſime a Papa ultimam quaſi manum ſeu confirmationem accipiet. Quam bellus hic prætextus eſt, quo utantur hi novatores, & cauſſentur, Papam eſſe judicem in pro-

(*n*) pag. 471. (*o*) Inſtitut. l. 4. c. 7. n. 29.

propria cauſa; atque adeo deciſiones hujus Concilii rideant & explodant: Ergo *Concilio nihilo plus fidei ac reverentiæ habebunt, quam Papæ & Evangelio.*

Effugium III. Unanimis cum Synodo II. Nicæna omnium Catholicorum ſenſus eſt, ſolius ſummi Pontificis eſſe, ſeu per ſeipſum, ſeu per Legatos ſuos præſidere Conciliis Generalibus. Centuriatores Magdeburgenſes ac Calvinus hoc, ſeu per ſe, ſeu per Oratores ſuos, præſidendi jus Imperatori tribuunt: Vigorius ad hanc alteram opinionem propendet, non tamen eam diſerte ac palam enunciat: ſatis habet pro principio quodam ſtatuere, præſidendi ſeu per ſe, ſeu per legatos ſuos jus non pertinere ad Pontificem: imo tantos ſibi animos ſumit hic Novator, ut non vereatur teſtari, (*p*) nullibi legi, Papam ipſum præſentem Concilio cuidem Oecumenico præfuiſſe; qua ſua teſtandi confidentia aperte profitetur, nihil fere ſelegiſſe; cum liquido conſtet, ſummos Pontifices ſaltem ſenis Conciliis interfuiſſe, iisque præſediſſe. Tam craſſi erroris venia fieri forte poſſet homini profano, qui ſe negotio ſcribendi ac edendi libros non ingereret.

Sed quam ob cauſam Pontifices ipſi nulli unquam adfuere Concilio, quemadmodum falſo pro re explorata ponit Vigorius? Dubium non eſt, omnes Eccleſiæ inimicos rationem, quam reddit, ſuo probaturos ſuffragio (*q*) „ab eo tempore, ait, ex quo ambitio „Sa-

(*p*) pag. 454. (*q*) pag. 455.

„Sacram Sedem invaſit, vera hujus abſentiæ „cauſſa fuit, quod metuerent, ne jura, quæ „ſibi arrogabant - - - ipſis præſentibus & in-„ſpectantibus abrogarentur; hinc malebant „de illis diſceptare per ſuos Legatos, ut via „ſupereſſet, qua ea aliquando iterum in quæ-„ſtionem adducerent, & propugnarent.“ Portenti ergo ſimilis eſt Papæ poſtulatio, qua jus ſibi aſſerit præſidendi, ſi ipſe adſit, conciliis Generalibus; proinde non minus monſtroſum erit velle ipſum præſidere per ſuos Legatos. Ecce, quid Vigorius eodem loco de his garriat: „Cum Papa Legatos ſuos mit-„teret ad Concilia, non eo conſilio illuc ire „juſſit, ut iisdem præeſſent, ſed ut vices „ipſius gererent in probandis ſuo ſuffragio ac „conſenſu deliberationibus, quæ ibi habeban-„tur: hinc nullum extat documentum, ex quo „intelligi poſſit, Legatos Papæ unquam præ „aliis Patriarchis priorem authoritatis locum „obtinuiſſe, ſi ſolum Concilium Chalcedonen-„ſe demas, cui id ſingulare fuit, & præter or-„dinem accidit. - - - Quando hunc hono-„ris gradum ambiebant, inde, quo eniti ten-„tabant, repulſi ſunt.“

Moleſtum ſane & grave eſt contendere cum homine, qui ubique profitetur, neſcire ſe omnia, præter ea, quæ in hæreticorum libris legerit. Quid? *nullum exſtat documentum, ex quo intelligi poſſit, Legatos Papæ unquam præ aliis Patriarchis priorem authoritatis locum obtinuiſſe?* Equidem non extat in

libris

libris Lutheri, Calvini, Brentii, Centuriatorum Magdeburgenſium, qui omnes Vigorium, hoc Pontificis jus oppugnandi, audaciam docere poterant: at quæramus puriores fontes, & ex iis verum hauriamus; utque fideles aliquando, ne ipſos hac de re ſæpius admoneri neceſſe ſit, eo magis ſuſpecta ſemper habere condiſcant, quæ novatores hi majore fidentia ipſis pro certis venditant, luſtremus cum magno Cardinale Hoſio, Concilii Tridentini Præſide, monumenta, quæ vel maxime veneranda nobis reliquit Antiquitas. Nihil in præſente negotio decretorium magis, quam illud, quod Orechovio Schismatico Ruſſo, qui eadem commenta, quæ Vigerius, objecerat, reddidit reſponſum: en ſumma ejusdem capita: (*r*) „vellem omnino, ſcribit „Orechovio, vel unum ſolum Generale Con„cilium nominatim indicaſſes, e cujus Actis „certum foret, Legatos Pontificis non niſi „poſt Patriarchas nomina ſua adſcripſiſſe: legi, „quicquid hac de re proſtat typis impreſſum, „& non modo nihil illi ſimile, quod tu teſta„tum eſſe vis, ſed omnino contraria inveniri „compertum habeo.“

Hoſius dein cum ſuo Schismatico Ruſſo calculos ſubducit, & ſingillatim Concilia recenſet, atque primo oſtendit, in Synodo Nicæna I. *legi*, tres Legatos Pontificis, Oſium Cor-

(r) Vide Stanislai Hoſii opera, in Reſponſione ad epiſtolam Stanislai Orechovii Roxolani, fol. 371.

Cordubenſem Epiſcopum, Vitum & Vincentium ſimplices duntaxat Presbyteros, ante Patriarchas Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum Concilio præſentes, ſubſcripſiſſe: ergo ante alios Patriarchas priorem authoritatis locum obtinuerunt.

In Concilio II. Oecumenico, Conſtantinopolitano I, equidem fatente Hoſio, de præſentia Legatorum Papæ nullibi mentio fit; at ex Theodoreti teſtimonio idem Hoſius planum facit, Patres in hoc Concilio non niſi juſſu Pontificis, cum quo unum ſe corpus efficere profitentur, congregatos fuiſſe.

De Concilio III. Generali, nempe Epheſino, exiguum duntaxat fragmentum ſupereſt, in quo nulla extat Epiſcoporum ſubſcriptio; ſed Evagrius Scriptor Græcus fidem facit, Cyrillum Alexandrinum eidem nomine Cœleſtini Papæ præfuiſſe: certa itidem ejus fides eſt in actis Concilii Chalcedonenſis, in quæ magna actorum Concilii Epheſini pars translata eſt: leguntur in illis ſubſcriptiones Patrum hujus Concilii, & in earum fronte ſubſcriptio Cyrilli Alexandrini *tenentis locum Sanctiſſimi & Beatiſſimi Archiepiſcopi Eccleſiæ Romanæ Cæleſtini.* Addit Evagrius, Patres in publicis de abdicatione Neſtorii litteris, his, quæ Hoſius a ſe non diſſimulanda eſſe cenſuit, verbis uſos eſſe: *Quod neceſſitate tam Canonum, quam epiſtola Cæleſtini Pontificis coacti, frequenter illacrymantes, ad hanc tam duram ſententiam proceſſerint.* Hem! quanta

ta obſervantia totum concilium ſimplicem quandam epiſtolam ſummi Pontificis veneratum ſit ! Num deinde mirum eſt, ipſius Legatos primum in eodem locum habuiſſe ?

Cum Vigorius inficiari non potuerit, in Concilio Chalcedonenſi Legatos Pontificis, Lucentium, Paſchaſinum & Bonifacium, & quidem hunc ultimum ſimplicem duntaxat Presbyterum, *alios Patriarchas præceſſiſſe*, nihil eſt, quod porro de eo addamus; id unum cum Hoſio obſervare juvat, hoc Concilium nomen Univerſalis Patriarchæ, quod Patriarcha Conſtantinopolitanus prenſabat, Summo Pontifici Leoni tribuiſſe.

Quod Concilio Univerſali V, Conſtantinopolitano II, nulli legantur interfuiſſe Papæ Legati, eam cauſſam probis ſuffultam rationum momentis affert Hoſius, quod vero propius ſit, Agapetum Papam primæ hujus Concilii actioni ipſummet coram adfuiſſe; venerat enim Conſtantinopolim, ut Patriarcham Anthimum Eutychianum redigeret in ordinem, & honoris ſui gradu dejiceret, ejusque in locum Menam, quem ipſe inauguraverat, ſufficeret: Præfuit hic poſt mortem Papæ Concilio, in quo omnia ex mente Agapeti, & ad modum eorum, quæ ipſe exorſus eſt, geſta ſunt.

In Actis Concilii VI, ſcilicet Conſtantinopolitani III, *legimus*, Theodorum & Georgium Presbyteros, ac Joannem Diaconum,

fun-

fungentes vice Agathonis Sanctiſſimi & Univerſalis Papæ Romæ, primos, & poſt eos quatuor Patriarchas ſubſcripſiſſe.

Jam in prima Actione Concilii Septimi ſeu Nicæni II, Petro Archipresbytero, & alteri Petro Monacho Abbati, Legatis Sedis Apoſtolicæ, in qua tum Adrianus II. Clavum Reipublicæ Chriſtianæ tenebat, primus locus aſſeritur; ſequuntur poſtea Patriarchæ: Et Papa Nicolaus in ſuis ad Michaelem Imperatorem litteris ſcribit, *ſecundo in Nicæa collectæ Synodo apoſtolica noſtra ſedes præſedit.*

Octavo, ſeu Conſtantinopolitano IV, cujus Actorum exemplum in ManuſcriptoCodice Eccleſiæ ſuæ Varmienſis inveniſſe ſe teſtatur Hoſius, præfuere nomine & loco ſummi Pontificis Adriani Donatus & Stephanus Epiſcopi. Et en formam verborum, quibus ſubſcripſere Concilio: *Ego Donatus Dei gratia Epiſcopus Sanctæ Oſtienſis Eccleſiæ, locum obtinens Domini mei Adriani ſummi Pontificis & Univerſalis Papæ, omnia quæ ſuperius leguntur, huic Sanctæ & Univerſali Synodo præſidens, atque ad voluntatem eximii Præſulis promulgavi, & manu propria ſubſcripſi*: poſt utriusque nomen ſubſcripſere Ignatius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Joſephus Vicarius Patriarchæ Alexandrini, Thomas Patriarcha Antiochenus, & Elias Patriarcha Hieroſolymitanus.

Denique fidem ſuam interponit Hoſius, ſuis ſe oculis vidiſſe librum ipſius Vigilii Papæ

manu

manu exaratum, in quo deſcripta erat fidei profeſſio Menæ Patriarchæ Conſtantinopolitani; Loquitur Menas in ea de quatuor Conciliis Oecumenicis, & addit: *in quibus juxta tempora ſua Prædeceſſores Sanctitatis Veſtræ Beatiſſimi Papæ Senioris Romæ ipſis Synodis præſederunt.*

Ergo exſtant documenta, ex quibus intelligi poſſit, Legatos Papæ præ aliis Patriarchis priorem autboritatis locum obtinuiſſe: extant, inquam, ſi quis ad fontes veros, ad fontes Catholicos accedat, neque Factionis ſtudio eo ſe abduci ſinat, ut non niſi hæreticorum & ſchismaticorum voces veluti echo reddere, eorumque commenta ac mendacia, ceu res nulli dubio obnoxias repræſentare conſtitutum habeat.

Ergo dubitari nequit, quin ſummus Pontifex ſeu per ſe, ſeu per Legatos ſuos futuro Concilio Oecumenico, quandocunque illud habebitur, præfuturus ſit: At perperam, ex ſenſu Vigorii, & contra jus ac fas præerit: poſt quæ aliorum ego arbitrio ac conjecturæ committo, quam modeſte ac ſubmiſſe Janſeniſtæ Appellantes de ſanctionibus hujus Concilii exiſtimaturi, & num *plus fidei eidem habituri ſint, quam Papæ & Evangelio.*

Effugium IV. De iis, qui (*s*) *ſeſſionem & vocem deciſivam*, quemadmodum in ſcho-

(*s*) pag. 483. in titulo cap. 10.

lis loquimur, *habent in Conciliis*, conſentiens Catholicorum doctrina eſt, ſolos Epiſcopos jure divino potiri ſuffragio deciſivo; Cardinales autem, Abbates & Generales Religioſorum Ordinum Præpoſitos, ex privilegio tantum & conſuetudine: Reliquos, qui ad illud pro dilucidandis doctrinæ capitibus, quæ in deliberationem veniunt, advocantur, quales ſunt Doctores & rerum divinarum periti, non niſi Conſultorum loco numerari, & ſolo ſuffragio conſultivo valere.

Verum hæretici hac in cauſſa duo præcipue urgent & poſtulant; quorum unum cum altero ipſimet, ſi poſſint, concilient oportet: 1. ut omnes etiam laici ac profani homines ad ferendum in Concilio ſuffragium deciſivum admittantur. 2. Ut Concilium non niſi ex Electis ſeu prædeſtinatis conſtet: cujus quidem utriusque poſtulati rationem in fraudem & obtentum converterunt Lutherani, quo deciſiones & doctrinam Concilii Tridentini eluderent. Vigorius hac in re fere eodem progreditur, quo alii hæretici, ſed pedetentim & per gradus: initio docet, (t) *Curiones ex lege divina ad Concilia vocandos eſſe*: deinde gradum promovet, & ait, (u) „Ex perpe„tuo Eccleſiæ uſu compertum haberi, Sacerdo„tes ad Concilia œcumenica accerſitos fuiſſe, & „non Sacerdotes modo, ſed & Diaconos ſuffra„gium deciſivum habuiſſe.“ Huc progreſſus, ea fre-

(t) pag. 483. (u) pag. 484.

fretus audacia atque importunitate, cui, quod meretur, nomen non adſcribo, tertium pro laicis ſaltum tentat: non auſus aperte animi ſui ſenſa eloqui, ſatis habet Proteſtantium voces imitari, & cum iisdem ſacrarum litterarum verba corrumpere: (*x*) „Ad Concilium Hieroſo„lymitanum ab Apoſtolis celebratum non mo„do Seniores, ſed etiam tota reliqua Eccleſia „adhibita eſt.“

Quam ſpecioſum autem nomen ac titulum hæc doctrina ſuo aliquando loco ac tempore ſuppeditabit Janſenianis Appellantibus, ex quo aſpernentur authoritatem futuri Concilii? Quale & quantum jus ſibi tribuent expoſtulandi & criminandi, nec Diaconos, nec Sacerdotes, nec ipſos etiam Parochos & Curiones, quibus id tamen *jure divino* debebatur, ad Concilium accitos fuiſſe? Quo pacto illi a ſe impetrare poterunt, ut ejusmodi Concilio *plus fidei habeant, quam Papæ & Evangelio?*

Effugium V. Ut hæretici hominum oculis tenebras offunderent, ac plauſibili quodam obtentu pertinaciam ſuam tegerent, qua refragabantur Conciliis, a quibus damnati fuerant, cauſſati ſunt, nullum in his Conciliis loquendi libertati locum fuiſſe. Hoc effugium, quantumcunque obſoletum & uſu detritum, ratum habuit Vigorius, voluitque, ut Burgoſon-

---

(x) ibid.

gofontanorum Deiſtarum ſucceſſores & poſteri tantundem obtendere ac queri poſſent, poſtquam a futuro Concilio condemnati fuiſſent. Finiamus id, quod ad Vigorium pertinet, & explanemus, qua ratione conetur efficere, ut Fideles perverſo ſuo dogmati aſſuefacti, tam injurioſum Eccleſiæ ſermonem placide & tranquille, ſine ullo horrore auſcultent.

Abſque dubio Janſeniſtis vehementer timendum eſt, ne Eccleſia in futuro Concilio utatur inſtituto ſuo, & rem eodem more ac modo gerat, quem in poſterioribus Conciliis Generalibus, præſertim in Tridentino ſecuta eſt. Advertit res eorum Anteſignanos, & a primo Sectæ exordio ſolicitos habuit: hinc de ſacroſancto hoc Concilio contumelioſiſſime ſibi loquendum putarunt: Conſtat, quænam de eo ſenſa, qui Sancyrani ſermones fuerint; a quibus nulla in re diſcedit Vigorius: (y) „Longe alia, inquit, in hodiernis Conciliis agendi ratio eſt, quam cujus in antiquis uſus fuerat: in antiquis integra opinandi libertas regnabat, & efferri fas erat, quæcunque Spiritus Sanctus ſuggerebat: at in hodiernis nihil modo ſtatuitur, quod non ante communicatum fuerit cum Pontifice, acſi Spiritus Sanctus ipſius perſonæ alligatus eſſet, - - - id, quod factitatum eſſe in Concilio Tridentino, nemo ignorat. - - - - Jam vero, hi abu-

(y) pag. 342.

„abuſus locum non habuerunt, cum Impera-
„tores Conciliorum moderatores extitere.“

Præcipuum igitur, & in ipſa rei natura poſitum inter antiqua & hodierna Concilia diſcrimen eſt, quod in antiquis *integra fuerit opinandi libertas*, quæ in hodiernis amplius non eſt: deinde quod in antiquis *efferre fas fuerit, quod ſuggerebat Sanctus Spiritus*: in hodiernis autem id tantum, quod Papa dictat, cui tamen ab errandi periculo immunitas non eſt. His vero placitis cum aliquando imbuti fuerint animi, an magnam ſibi vim afferre debebunt, ut credant, ratione omnino duce, ac certo judicio hujusmodi Conciliorum deciſiones contemni ac rejici poſſe? Sique unquam evenerit, ut cogatur Concilium, & ſupremo demum ictu Janſeniſtas feriat, num mirum nobis accidet, ſi tam libere ac palam doctrinam & decreta hujus Concilii deſpicatui habeant, ac habuere conſenſum & authoritatem Eccleſiæ diſperſæ? Num mirum, eos *tam parum illi fidei habere, quam Papæ & Evangelio?*

§. III.

Modus ac ratio, qua Simon Vigorius Burgofontanum ſyſtema contra Eccleſiam exequi cœpit, Janſeniſtis, noſtra præſertim memoria, pro norma ac regula fuit, qua ſuas ipſi quoque rationes & agendi modum menſi ſunt; nec modo nihil immutarunt in ea, ſed

plus aliquid etiam de ſuo adjecerunt. Operæ pretium erit, antequam reliqua proſequamur, hoc loco rerum ſummam oculis ſubjicere.

Argumenti, in quo tractando hæc ſyſtematis Burgofontani pars verſatur, cardo in eo vertitur, ut *omnis poteſtas Eccleſiæ abrogetur*; quod autem hanc poteſtatem potiſſimum hæreſi formidabilem reddit, ejusdem Eccleſiæ in ſuis deciſionibus infallibilitas eſt: ergo in hanc præſertim iniquo illa infeſtoque animo fertur. Non audent quidem Janſeniſtæ eam ex toto inficiari; nam idem foret, ac nimia feſtinatione rem omnem corrumpere, & ſiniſtris ſe hominum opinionibus offerre; ſed ut illi ultimam demum perniciem machinentur, eam ſe agnoſcere ſimulant, at ſimul ambages fidei fallendæ exquirunt, & per diverticula incedunt. Nolunt illi amplius ſupremum quoddam Eccleſiæ Caput, ſed Epiſcopos Papæ omnino æquales, & deinde ſimplices Presbyteros æquales Epiſcopis ſtatuunt; per hanc autem æqualitatem quo devolvetur Eccleſiæ infallibilitas? Certum & perſpicuum eſt, eam tum non amplius reſidere in perſona Pontificis, aut certe eo adigemur, ut profiteamur, quemvis Epiſcopum, imo quemvis etiam Sacerdotem errare non poſſe. Aut num penes corpus Paſtorum erit, qui cum capite ſuo conjuncti ſunt? Sed & ab his illam excludit Burgofontanum ſyſtema, dum inprimis a Sacræ Sedis deciſionibus non ad Eccleſiam diſperſam, ejusque perſeverans ſemper tribunal, ſed ad Conci-

cilium ſuos appellare jubet; & deinde, dum Paſtoribus extra idem Concilium ferendi de fide judicii jus ac poteſtatem eripit. Ergo id duntaxat reliquum eſt, ut huic infallibilitati Sedes in ſolis Conciliis collocetur, pro eo, ac Burgofonte ſtatutum eſt, ut, *cum uno mox impetu atque aſſultu expugnari nequeat, ea ſolis Conciliis Oecumenicis tribuatur.*

Verum quibusnam Conciliis Oecumenicis? Nempe, quæ nec Papa indicet, nec ſua authoritate comprobabit, nec iisdem præerit: Conciliis, ad quæ omnes Curiones, omnes Sacerdotes, omnes Diaconi, imo etiam omnes privati & plebeji homines evocabuntur: Conciliis, in quibus multo alia ſentiendi & loquendi libertas vigebit, quam in Concilio Tridentino, & longe proniores aures dabuntur inſtinctibus divini Spiritus, quam in hoc Concilio: acſi dicas, infallibilitatem, quam Chriſtus ſuæ addixit Eccleſiæ, ad commentitium & chimæricum quoddam tribunal amandatam eſſe. Hac forma, iterum iterumque repeto, hoc deformi habitu eſt horribile ſyſtema Janſeniſmi contra Eccleſiam: ſyſtema Burgoſonte conceptum, & a Deiſtarum quopiam huic conventiculo præſente adumbratum: ſyſtema, quod Doctor Arnaldus cæco impetu affingere auſus eſt ſupremis Galliæ Curiis, dum ait, doctrinam Vigorii de Eccleſia eandem eſſe (z) *cum iis, quæ ſupremæ Gal-*

(z) Moralis Practic. T. VIII. pag. 432.

plus aliquid etiam de ſuo adjecerunt. Operæ pretium erit, antequam reliqua proſequamur, hoc loco rerum ſummam oculis ſubjicere.

Argumenti, in quo tractando hæc ſyſtematis Burgofontani pars verſatur, cardo in eo vertitur, ut *omnis poteſtas Eccleſiæ abrogetur*; quod autem hanc poteſtatem potiſſimum hæreſi formidabilem reddit, ejusdem Eccleſiæ in ſuis deciſionibus infallibilitas eſt: ergo in hanc præſertim iniquo illa infeſtoque animo fertur. Non audent quidem Janſeniſtæ eam ex toto inficiari; nam idem foret, ac nimia feſtinatione rem omnem corrumpere, & ſiniſtris ſe hominum opinionibus offerre; ſed ut illi ultimam demum perniciem machinentur, eam ſe agnoſcere ſimulant, at ſimul ambages fidei fallendæ exquirunt, & per diverticula incedunt. Nolunt illi amplius ſupremum quoddam Eccleſiæ Caput, ſed Epiſcopos Papæ omnino æquales, & deinde ſimplices Presbyteros æquales Epiſcopis ſtatuunt; per hanc autem æqualitatem quo devolvetur Eccleſiæ infallibilitas? Certum & perſpicuum eſt, eam tum non amplius reſidere in perſona Pontificis, aut certe eo adigemur, ut profiteamur, quemvis Epiſcopum, imo quemvis etiam Sacerdotem errare non poſſe. Aut num penes corpus Paſtorum erit, qui cum capite ſuo conjuncti ſunt? Sed & ab his illam excludit Burgofontanum ſyſtema, dum inprimis a Sacræ Sedis deciſionibus non ad Eccleſiam diſperſam, ejusque perſeverans ſemper tribunal, ſed ad Conci-

cilium ſuos appellare jubet; & deinde, dum Paſtoribus extra idem Concilium ferendi de fide judicii jus ac poteſtatem eripit. Ergo id duntaxat reliquum eſt, ut huic infallibilitati Sedes in ſolis Conciliis collocetur, pro eo, ac Burgofonte ſtatutum eſt, ut, *cum uno mox impetu atque aſſultu expugnari nequeat, ea ſolis Conciliis Oecumenicis tribuatur.*

Verum quibusnam Conciliis Oecumenicis? Nempe, quæ nec Papa indicet, nec ſua authoritate comprobabit, nec iisdem præerit: Conciliis, ad quæ omnes Curiones, omnes Sacerdotes, omnes Diaconi, imo etiam omnes privati & plebeji homines evocabuntur: Conciliis, in quibus multo alia ſentiendi & loquendi libertas vigebit, quam in Concilio Tridentino, & longe proniores aures dabuntur inſtinctibus divini Spiritus, quam in hoc Concilio: acſi dicas, infallibilitatem, quam Chriſtus ſuæ addixit Eccleſiæ, ad commentitium & chimæricum quoddam tribunal amandatam eſſe. Hac forma, iterum iterumque repeto, hoc deformi habitu eſt horribile ſyſtema Janſeniſmi contra Eccleſiam: ſyſtema Burgofonte conceptum, & a Deiſtarum quopiam huic conventiculo præſente adumbratum: ſyſtema, quod Doctor Arnaldus cæco impetu affingere auſus eſt ſupremis Galliæ Curiis, dum ait, doctrinam Vigorii de Eccleſia eandem eſſe (z) *cum iis, quæ ſupremæ Galliæ*

(z) Moralis Practic. T. VIII. pag. 432.

liæ Curiæ de his materiis ſentiunt: ſyſtema denique, a Factione tam adamatum, tam concordi ſuffragio ab Janſeniſmi primipilis univerſim adoptatum, ut non ſine gravi impudentiæ nota illud * Tellerio Franciæ Cancellario nuncupari curarent, eique librum Vigorii, a ſe anno 1683 ad novos in forma IV eosque magnificos typos promotum, offerre auderent.

Quæſtio II.

Quot & quanti poſt Simonem Vigorium uſque ad tempora P. Queſnelli Janſeniſtarum ad deſtruendam poteſtatem Eccleſiæ conatus fuerint.

Libro Vigorii Burgofontani Deiſtæ tantum indulſere temporis, quanto opus erat, ut in plurimorum veniret manus, & in legentium animis fructus proferret, quos ex eo naſcituros augurabantur. Poſt eum Abbas Sancyranus in aciem & pugnam rediit, & hominum oculos atque ſtudia ad *Petrum* ſuum *Aurelium* attraxit: opus hoc eandem, quam liber Vigorii, rationem ſequebatur, eundem curſum tenebat, ſed diverſis omnino & multo occultioribus viis. Ferebat ſe in eo Sancyranus Hierarchiæ vindicem, & ſumpta hac ſpecie Epiſcopatum ac Sacerdotium extinctum ibat. Verum de hoc ſuo jam loco diſſerui, uti & de patrocinio, quod liber hic ab aliqua Cleri

* le Tellier

Cleri portione nactus eſt; patrocinio, inquam, a quo Janſeniſtæ hodieque gloriam, & utile cauſſæ ſuæ præjudicium nequicquam accerſere conantur.

Poſt hæc duo opera uſque ad tempora P. Queſnelli, cui obtriti jam Janſeniſmi, recens ab ipſo iterum inſtaurati honorem debemus, Janſeniſtæ variis ſententiis confoſſi, & per omnia ſua latibula & anfractus exagitati, indomita quidem ac neſcia frangi pertinacia reſtitere Eccleſiæ; at ea diſtentis cura, ut malis opinionibus, quæ in hominum animis ex iteratis toties damnatoriis judiciis oboriri poterant, obviam irent, non erat ſatis quietis & otii, ut tam compoſita & inſtructa forma, qua deinde uſi ſunt (ut paulo poſt exponam) contra Eccleſiam bellum gererent. Itaque id unum tum tentabant, ut propoſita, quaſi fortuito, de geminis Capitibus, quæ tamen non niſi unum efficerent, hæreſi turbarent Eccleſiam: deinde ut Sectæ ſocios atque aſſeclas contra Eccleſiæ anathemata ad uſum nugatoriæ inter jus & factum diſtinctionis inſtituerent: itidem ut eos uſu & exemplo ſuo, quod in repudianda formula, ab Epiſcopis contra novos ſuos errores præſcripta, præbebant, contemptum authoritatis Epiſcopalis docerent: & denique, authoritatem ſummi Pontificis, improbata & contemptim rejecta Alexandri VII formula, conculcarent. Hæc quatuor Capita hujus ſecundæ Quæſtionis argumentum erunt.

Articulus I.

Hæreſis de gemino Eccleſiæ Capite.

Sopito nondum, quem Petrus Aurelius concitaverat, tumultu, Barcoſius, charus Sancyrani nepos, in ſcenam prodiit, fragorem ſaltem daturus, ſi ad majora viribus non valeret: ad deprimendam ſummi Pontificis dignitatem viam iniit, quæ rectiſſimo itinere ad veram & genuinam in Eccleſia Anarchiam ducebat, atque ſine ullo temperamento omnes Apoſtolos inter ſe, quodque inde conſequitur, Pontificem cum Epiſcopis pari dignitatis & poteſtatis gradu adæquabat. Nihil propius hoc dogmate cum Burgofontani fœderis legibus congruere videbatur: verum, ſeu quod Barcoſius initi in hoc conciliabulo arcani conſilii conſcius non eſſet, ſeu quod non aliud ipſi datum fuiſſet negotium, quam ut ad diſtrahendas Catholicorum curas & conſilia, ea ex parte aſſultum fingeret, qua ſeriam oppugnationem inferre animus non erat; ratio quidem pugnandi, & belli genus, quod commovere aggreſſus eſt, turbas concivit in Eccleſia, quin tamen multum momenti ad ſyſtematis executionem afferret; unde dicenda de eo in pauca conferam.

Vigorius ſupremam Pontificis poteſtatem adortus, primus in ſuo libro de hæreſi duorum capitum ſementem ſparſit, dum in eo fiden-

ter

ter aſſerit, a Patribus (*a*) *S. Paulum dignitate & poteſtate S. Petro parem habitum fuiſſe*. Barcoſius, qui eo ingenio non erat, ut novas hæreſes cuderet, arripuit novum hunc errorem Vigorii, eumque * Præfationi libri *de frequente communione* (quam apte autem, & ad quem finem, non apparet) inſerendum curavit, ubi is in hæc verba legitur: (*b*) *En! in duobus Eccleſiæ capitibus*, (SS. Petro & Paulo) *quæ in unum coaleſcunt, pœnitentiæ exemplum!* Interea hæc hæreſis ad illud uſque tempus non niſi trepide & tacito pede e tenebris ſuis prorepebat: Cum primum ſe in lucem efferre auſa eſt, in acre cum ea certamen deſcendit * Raconiſius * Vaurenſis Epiſcopus; Barcoſius au-

(*a*) Vigorius pag. 60. (*b*) pag. 27. Edit. V.

* Martinus Steyaertius, Doctor & Profeſſor Lovanienſis teſtatur, Arnaldum ſibi faſſum eſſe, Barcoſium ideo tantum hanc propoſitionem inſeruiſſe libro de frequente communione, ut periclitaretur, quo ſenſu illa acciperetur ab hominibus &c. Verba hujus authoris ſunt: *Rogatus a me Arnaldus, cur ille* (*Barcoſius*) *id facere voluiſſet, quod deinde non mediocrem creaſſet libro invidiam, reſpondit, factum eſſe, ut tentaretur, quo pacto publicum eam rem acciperet, utque occaſio foret, ſcriptis prolixioribus eandem ſtabiliendi.* Vide Martini Steyaertii Anotat. in propoſitiones a Summo Pontifice damnatas, ad calcem libri.

* de Raconis. * Lavaur.

autem pluribus libris, quorum non mediocre illud ornamentum eſt, quod vaſti & ſpiſſi ſint, illius cauſſam egit.

Satis erit loqui de primo, quem anno 1645 edidit, & inſcripſit: *De autboritate SS. Petri & Pauli, quæ in borum duorum Apoſtolorum Succeſſore reſidet.* In eo Epiſcopum Vaurenſem aſperrime improbiſſimeque habet, non alium ſcilicet in modum, quam quo hæretici accipere illos ſolent, qui quendam ſuum librum aggredi & refellere audent: (*c*) Vir ille Barcoſio eſt, qui probrum & infamiam infert dignitati ſuæ, ſiniſtris ſuis affectibus ſervit, ſpiritu agitur, quem Author nomine ſuo appellare nefas ducit: Cum calumniator ſit, hac pœna dignus cenſetur, ut uſque ad mortem a cœleſti menſa arceatur: a cœleſti menſa arceatur? at hæc pœna ſecundum Factionis placita plus nimio mitis ac levis eſt.

Contendit autem Barcoſius, (*d*) „Ambos Apoſtolos, SS. Petrum & Paulum, plenitudine ſacræ poteſtatis ita præditos fuiſſe, „ut neuter penderet ab altero, & tanquam „Eccleſiæ capita, ſeparatim eandem regere, „ejusque cauſſas ac ſacra negotia conficere „poſſent; nihilo ſecius tamen non niſi unum „idemque caput conſtituerent.“ Specimen quoddam eruditionis admodum feſtive adhibitum affirmandæ paradoxæ huic opinioni non leve argumentum præbet: (*e*) „mirabilis, in- „quit,

(*c*) pag. 68 & ſeq. (*d*) pag. 60. (*e*) pag. 33. & 34.

„quit, convenientia ſe offert inter conditam „urbem Romam, & fundatam Eccleſiam Ro„manam; quandoquidem urbs Roma condita „eſt a duobus Fratribus germanis, iisque re„gibus, qui æquato ac pari jure huic regno „imperabant; ſicut Eccleſia Romana conſtituta „eſt a duobus Capitibus, & duobus Apoſto„lis, qui ambo hujus ipſius urbis Epiſcopi „erant.“ O quam bene de poſteritate meritus eſt vir *doctus* (honoris hoc vocabulum eſt, quo Barcoſium ornant Janſeniſtæ) quod lucubrationes ſuas deſtinaverit corrigendis Eccleſiæ erratis! Hæc non niſi quinos Pontifices, qui nomen Pauli geſſere, in ſacra ſua Diptycha retulit; at docet eam Barcoſius, ſenos hujus nominis Pontifices fuiſſe: item recens detegit, quod omnis retro ignorabat antiquitas, quæ non modo Remo nullum inter Romanos reges locum dedit,* ſed contra ſemper cenſuit, a fratre ſuo interemptum fuiſſe, antequam pene Romæ mœnia e ſolo emergere cœpiſſent.

Interea diſparatæ hæ ſpecies de gemino Eccleſiæ Capite, quod tamen non niſi unum efficit, ita arrident Barcoſio, & illis adverſari res apparet *tam odioſa*, ut præter ſolos Jeſuitas, alias jam magnos veritatis inimicos, neminem admittendæ huic culpæ parem credat. (*f*). „Si Jeſuitæ, ait, eorumque aſſeclæ „intel-

* Vid. Tit. Livius Decad. I. l. 1 art. 7.

(*f*) pag. 68.

„intellexere , quantum nefas perpetra-„rent, cum tanta verborum acerbitate uſi, „tam audacter erroris arguerent eos, qui „perſtant in ſententia, SS. Petrum & Paulum „duo Eccleſiæ Capita, nihilominus tamen „non niſi unum fuiſſe, conſilium inierint, ne-„ceſſe eſt demoliendi omnium ſæculorum tra-„ditionem, & authoritatem omnium Pontifi-„cum, qua utraque hæc veritas tam ſolide „nititur, ut idem præconium, quod Eccle-„ſiæ, etiam illi tribui poſſit, nunquam fore, „ut ulla mundi poteſtas eam evertere valeat."

Roma valde difficilis & importuna eſt, quando de ſtabilienda nova quadam *veritate* Janſeniana agitur: ad primum ejus aſpectum occurrit, & conantium impetus frangit: *hanc veritatem traditioni omnium ſæculorum, & omnium Pontificum authoritati tam ſolide innixam*, ut *omnis mundi poteſtas* eam tam parum, quam Eccleſiam, evertere poſſit, Roma, nulla cujusquam habita ratione, prope in ortu ſuo ſuffocavit: Innocentius X (*g*) eam hæreticam cenſuit ac declaravit, ſimulque omnes libros, in quibus hæc *veritas* aſſeritur & defenditur, aut defendetur impoſterum, ne ipſo quidem libro *de frequenti communione* excepto, damnatos & prohibitos eſſe voluit. Qualem ergo Janſeniſtæ Romæ rationem habeant, dum hæc vel ipſis illorum veritatibus non parcit?

Poſt

(*g*) Decreto 24. Febr. 1647 edito.

Poſt Barcoſium de gemini capitis hæreſi Janſeniſtis amplior ſermo non fuit, quam quando opus erat, ut oſtenderent, ægre ſe illam abdicare. Cum P. Queſnellus Bruxellis caperetur; inter ipſius chartas interceptus eſt liber manu exaratus, qui quadringentis circiter paginis *in folio* conſtabat: libri inſcriptio erat: (*b*) *Dogmata, Diſciplina, & Doctrina morum Eccleſiæ:* perfectæ S. Pauli cum S. Petro æqualitati frequens in eo locus eſt; exempli cauſa, dum de S. Paulo loquitur, „Apoſtolica ipſius miſſio, inquit, eum „cum S. Petro Caput, Epiſcopum & Doctorem principis mundi & Eccleſiæ urbis effecit, „& in ſocietatem communium cum eodem „S. Petro omnium jurium ac prærogativarum „adſcivit.“ Num autem Queſnello damnatam hanc hæreſin inſtaurare, & ſcriptum illud prelo ſubjicere animus fuit? Certe debita Romæ obſervantia, ne id ageret, vel temporis nomento prohibuiſſet: teſtatum id facit ipſius epiſtola ad Doctorem Arnaldum data, in qua illi negotium dat, ut ſimile quoddam opus typis excudi curaret: (*i*) *arbitrio tuo committo & typos, & conditiones - - - Probe novi, Romæ id probatum non iri; at juvat palam eidem reſiſtere, & documentum dare, quam parum nos ejus minæ ac fulmina terreant.* Roma itaque, ſi contra hæc veritatum

(*b*) Cauſſa Queſnelliana art. 29. pag. 489.

(*i*) In eadem Cauſſa Queſnell. Art. 13. pag. 340.

tatum genera ſententiam ferat, non aliud expectet, quam omnem genuinum Janſeniſtam palam ipſi reſtiturum, & *documentum daturum, quam parum ejus minas ac fulmina pertimeſcat.*

Eadem inſuper hæreſis fortuito quaſi caſu variis libris, qui Factioni ſingulari in pretio ſunt, hinc & illinc inſperſa eſt, qualis eſt Tourneſii, qui dicit S. Evariſtum (*k*) *quartum poſt SS. Petrum & Paulum Pontificem fuiſſe.* Cæterum fatendum eſt, Janſeniſmum non admodum magna contentione adniſum eſſe, ut hac via *poteſtatem Eccleſiæ deſtrueret.* Revertamur ergo ad id, in quo Janſeniſtæ a primis Sectæ ſuæ incunabulis conſtans ſtudium ſumum collocarunt, nempe ut eandem poteſtatem re & opere ipſo oppugnarent, cum, quæcunque ſe offerret occaſio, illi palam refragarentur.

Articulus II.

Famoſa Juris & Facti Diſtinctio.

Edito contra Janſenii hæreſin anno 1653 Pontificio Innocentii X oraculo, cauſſa fuiſſet finita, errorque ſublatus, ſi res & contentio fuiſſet cum hominibus, qui cauſſam & errorem finiri cordi habuiſſent. Non aliud magis

(k) Annus Chriſtianus ad 26. Octobr.

magis filios, voci matris, quæ errare, aut in errorem inducere non poteſt, morigeros decebat, quam ut Pontificio diplomati quinque propoſitiones proſcribenti pure & ſimpliciter ſe ſubjicerent. At Sectæ Anteſignani procul ab hac mente aberant. Jam alibi expoſui, non modo nullum eos ſe dedendi admiſiſſe animum, ſed etiam in ea ſententia fuiſſe, appellandum eſſe ad futurum Concilium, quoniam agendæ hujus rei jam tempus adeſſe credebant. At Doctor Arnaldus, tum Factionis princeps, aliud docuit, monuitque, eos præcipiti nimis agi conſilio, nec ſatis rem reputare ſecum ac introſpicere: dictavit proin modum, quo appellationem ad gravioris periculi ac neceſſitatis caſum differrent, & interea judicium Eccleſiæ efficaciter eluderent.

Singulare autem hoc effugium, dignum ſcilicet bona illius fide, qui iſtud ſuggeſſit, non ſubtilibus intricatum receſſibus, ſed planum & apertum erat. Ad illud uſque tempus contenderant Janſeniſtæ, quinque in libro Janſenii propoſitiones totidem orthodoxa eſſe dogmata, & doctrinæ Eccleſiæ maxime conſentanea: At Arnaldus illos docuit ſervire ſcenæ & tempori: præſcripſit, ut aliam poſthac modularentur cantilenam, & faterentur, quinque propoſitiones eſſe quinque dogmata hæretica, merito & ſecundum omnes leges confixa: at illas non extare in libro Janſenii, ſed pro arbitrio Accuſatorum confictas, vel ſaltem ab Eccleſia in ſenſu Epiſcopi Iprenſis

condemnatas non fuiſſe: *ex hoc receptu*, ſubjunxit Arnaldus, *nemo nos unquam expellet*. Et hoc eſt, quod deinceps lingua Sectæ propria dicebatur, *jus a facto deſtinguere*.

Alexander VII ut malo occurreret, & hæreſi omnem tergiverſandi ac ſententiam Eccleſiæ ſubterfugiendi viam obſtrueret, in Apoſtolicis ſuis litteris, quibus Innocentii X. Bullam confirmat, declarat, & definit, (*l*) „quinque propoſitiones ex libro præmemorati Cornelii Janſenii Epiſcopi Iprenſis, cui titulus Auguſtinus, excerptas, ac in ſenſu ab eodem Cornelio intento, damnatas fuiſſe.“ Nihil perſpicuum magis hac declaratione, ſed nihil etiam fructu magis vacuum erat. Diſtinctio juris & facti opportune ſe obtulit refractariis, ut eſſet quo velo, quo tegeretur rebellio, & ſimul pro armis, quibus invaderetur, ſique fieri poſſet, in maximi momenti re ſua Eccleſiæ eriperetur infallibilitas.

Itaque Novatores hi inter ſacrum & ſaxum deprehenſi, & a Conſtitutione Pontificia eo redacti, ut vel Eccleſiæ judicio acquieſcerent, ac ſubjicerent ſeſe, vel palam proderent, quam obfirmato ad defendendam errorum cauſſam animo eſſent, hac via ex objectis ſibi anguſtiis elabi quærebant: dabant id, & concedebant, aut dare ſe ſimulabant veritati, quod, dum Eccleſia propoſitiones quas-

(*l*) Bulla edita 16. oct. an.o 1656. *ad Sacram.*

quasdam declarat hæreticas, ſeu, quæ nova ipſorum phraſis eſt, dum de Quæſtione juris ſententiam fert, errare non poſſit: ſecus, quando illa de Quæſtione facti, ut loquuntur, mentem ſuam aperit, ſive ut majore perſpicuitate ſenſa ſua explicarent, quando decernit, damnatum hujusmodi dogma in aliquo libro contineri; nam tantum tum abeſſe ajebant, ut falli & errare nequeat, ut reipſa jam erraverit, & quidem in ipſo præſenti de doctrina quinque propoſitionum argumento, quam perperam libro Janſenii adſcriberet. (*m*) *Abſolute profitemur*, (Janſeniani Oraculi Queſnelli, de facto Janſenii ex intimis Hollandiæ adytis decidentis, effatum eſt) *abſolute profitemur, Pontifices Innocentium X & Alexandrum VII, errore lapſos a veritatis ſemita deviaſſe.* Atque hoc illud velum erat, quo alii poſt alios inexpugnabilem ſuam pertinaciam ac prava contra Eccleſiam conſilia celari, eoque hominum oculos falli poſſe credebant.

At facile hic fucus detergi, hæc illis larva detrahi poterat: certe, qui hac in re Eccleſiæ ſuam ab omni errandi periculo immunitatem aufert, ipſum JEſum Chriſtum oſcitantiæ cujusdam accuſat, ex qua conſervandæ inter fideles ſuos fidei non ſatis provide conſuluiſſe exiſtimari poſſit. Nam ſi Eccleſia

(*m*) Cauſſa Queſnelliana pag. 196.

infallibilis non eſt, cum definit, hanc vel illam doctrinam Janſenii libro comprehendi, num magis eſt, quando ſuum interponit judicium, & pronunciat, hujusmodi doctrinam in libris Calvini, Lutheri, aut cujusvis alterius hæretici contineri? manifeſtum eſt, non eſſe: Ergo Eccleſia jus non habet interdicendi Fidelibus lectione librorum Calvini, Lutheri &c; & ſi tamen hac iis lectione interdicat, jus & imperium exercet, quod illi a JEſuChriſto delatum non eſt. Poſſunt itaque fideles, quin in obſervantiam peccent matri ſuæ debitam, lectionem illorum proſequi, & plena hæc tenerrimi amoris mater cum acerbo dolore videre cogetur, filios ſuos in ſuis oculis, in materno ſuo ſinu, venenum haurire, quin authoritate ac poteſtate valeat eosdem admonendi, ſibi caveant, & abſtineant, eamque ob rem certa ac definita fide iis confirmandi, toxicum ipſos bibere, & horum librorum lectione mortem animæ ſuæ afferre. Et tamen Jeſus Chriſtus conſervandæ in Eccleſia ſua fidei ſatis caviſſe cenſeri & dici poſſit?

In facto Janſenii, ſeu tribuendis ipſius libro quinque propoſitionibus, æque, ac in facto cujuslibet alterius hæretici, fides ac animarum ſalus agitur: ſummi res momenti eſt, ut ſciant fideles, num vitandi & execrandi ſibi ſint hi libri, an vero ſalvis religionis legibus eos legere fas ſit: itaque JEſus Chriſtus promiſſis ipſe ſuis devinctus eſt, ut præſidio ac conſilio adſit ſuæ Eccleſiæ, quando il-

la

la neceſſarium ſeu opportunum cenſet judicio ſuo ſtatuere, hanc doctrinam hæreticam contineri in libro Janſenii, hanc alteram in libro alterius hæretici; quemadmodum præſto eſt, dum eadem Eccleſia de pravitate & hæretica labe horum ipſorum dogmatum cognoſcit, & ſententiam pronunciat: unde Jeſus Chriſtus in dijudicandis hujus generis factis, quæ *dogmatica* vocantur, eandem, quam in expendenda ac conſtituenda de jure controverſia, infallibilitatem Eccleſiæ largiri debuit: ex quo omnes Catholici recte inferunt, quod reipſa illam eidem largitus ſit.

Ipſe Doctor Arnaldus huic doctrinæ ardente ſtudio ſuffragatur, quando hanc ejus ſuffragationem ac patrocinium cauſſa & emolumentum ſectæ exigit: tum enimvero libere pronunciat, hæreſis reum eſſe, qui Eccleſiæ hanc infallibilitatem negat; nam dum libris & doctrinæ S. Auguſtini omnem, quam maxime poteſt, fidem & authoritatem aſſerere ſatagit (nemo eſt tam ignarus rerum, qui cauſſam neſciat) hoc ejus effatum eſt: (*n*) „Hæreticus eſt, qui credit, in libris S. Au„guſtini deprehendi poſſe errores ac dogmata „ſequiore nota ac cenſura digna; neque enim, „qui hæc ſentit, Sanctum Auguſtinum dun„taxat, ſed Sedem Apoſtolicam, atque om„nem Eccleſiam aggreditur, & levitatis atque

(*n*) Conſideratio de attentato Cornæti.

„hallucinationis condemnat, utpote quæ „S. Doctorem non modo ab errore, ſed eti„am a ſuſpicione erroris eximium eſſe decla„ravit.“ Aptemus jam ad factum Janſenii tam definitam Arnaldi ſententiam: hæreticus itaque eſt, qui credit, librum Auguſtini Iprenſis ab erroribus eximium eſſe: hoc enim qui ſentit, Sedem Apoſtolicam & totam Eccleſiam levitatis & hallucinationis condemnat, utpote quæ declaravit, hunc librum erroribus infectum eſſe: aut eo ſcilicet adigemur, ut Eccleſiam cenſeamus ac dicamus infallibilem, cum pro libris S. Auguſtini fert ſententiam: hujus autem infallibilitatis ſuæ donum amittere, quamprimum libro Janſenii cenſoriam manum admovere audet.

Verum novæ Sectæ Principes, & hæc, & quicquid alias veri ac ſolidi ipſis opponeretur, vagis, captioſis, & incertis, in quibus nunquam conſtabant ſibi, reſponſis eludebant; quapropter nullus etiam amplius dubio locus eſſe poterat, quin multo verius corrumperent ipſi, ac depravarent alios, quam ab aliis corrupti ac depravati eſſent: res hæc, plusquam alias, ex iis patuit, quæ deinde acta ſunt: pergebant illi ſe multis ſimulationum umbris occulere, quin ulla in re Eccleſiæ juſſis obtemperarent. In uſu tum eſſe cœpit obſequioſi ſilentii hæreſis, quam in eo conſtituebant, ut Eccleſiæ de facto quodam, quale eſt Janſenii, judicium ferenti externam quidem reverentiam, non autem ullam in

animo

animo fidem ac ſubmiſſionem deberi contenderent. Et ad hæc duntaxat verba, ac phraſes, quibus Janſeniſtæ novam hanc hæreſin ſpecioſo ad comparandam illi gratiam colore infucabant, ſiquis adverteret animum, opinari poterat, rationem adhuc aliquam ab iis haberi Eccleſiæ, nec omnem erga ipſius decreta ac ſanctiones obſervantiam in eorum animis extinctam eſſe. At modus ſe & ſua gerendi, quo deinde uſi ſunt, omnia ipſorum dicta ex meris mendaciis conſtare oſtendebat; nemini enim minus cordi erat obſequioſum ſilentium, nemo vociferabatur inſolentius, quam iidem ipſi, qui illud quam maxime commendare ac prædicare affectabant.

Articulus III.

Janſeniſtæ Formulam ab Epiſcopis propoſitam contemnunt.

Non poterant Galliæ Epiſcopi ſine acerbo animi ſenſu intueri, quam parum in Janſeniſtarum animos valeat Alexandri VII conſtitutio: dolebant, omnem ejus vim ſubdolis Novatorum ſubterfugiis, interpretationibus, ac diverticulis elidi, eaque, quæ receptis ab Epiſcoporum ordine Pontificiis Litteris debebatur, ſubmiſſione fraudari. Opportunum ac ſalubre tot ac tantis malis remedium fore videbatur profeſſionis Formula, qualem præſens rerum ſtatus ac temporis ratio poſtularet,

ret: Conſcripta ea eſt, ac publice propoſita, ut omnes & ſinguli Eccleſiaſtici, in ſua quisque Diœceſi, eandem chirographo ſuo ſubſignarent: Erat autem in hanc ſententiam compoſita:

Ego ſincere me ſubjicio Conſtitutioni Papæ Innocentii X editæ 31 Maii 1653, ſecundum verum ipſius ſenſum a Conſtitutione SS. Domini noſtri Papæ Alexandri VII 16. Octobris 1656 definitum: & religione me obſtrictum eſſe profiteor, ut his Conſtitutionibus morem geram; quamobrem damno corde & ore doctrinam quinque propoſitionum Cornelii Janſenii, quæ continentur in ipſius libro AUGUSTINUS inſcripto, & a duobus Pontificibus, atque ab Epiſcopis condemnatæ ſunt; doctrinam, quæ S. Auguſtini non eſt, Janſenio Sanctum hunc Doctorem contra veram ipſius mentem ac ſenſum male interpretante.

Addidit rex huic Formulæ edictum, quo omnes id profiteri, quod illa dictabat, eique ſubſcribere jubebantur: at Epiſcoporum authoritas, ipſo etiam regiæ dignitatis ac ſanctionis firmamento ſuffulta, eodem, quo ſummi Pontificis, nempe maximo contemptu accepta, ac deridiculo habita eſt. Equidem Janſeniſmi Primores in eas ſe ſalebras atque anguſtias adductos videbant, quas ipſimet ſummas fuiſſe non negant, nec exitum aliquanto tempore reperiebant, quo ex hac difficultate emergerent. (a) *Fateor*, ſcribit eorum

(a) Commentarii Fontani T. II. pag. 283.

eorum unus, *præ dolore adhuc fremo, dum cogito, quanti angores & animi cruciatus ferendi fuerint Singlino, cum annis 1662 & 1663 urgeretur, ut Formulæ ſubſcriberet.* Subjungit deinde, hanc Epiſcoporum Formulam *malignam & fraudulentam pedicam fuiſſe, - - - - quæ tendebatur Eccleſiæ: ægre fortaſſis venturis ſæculis perſuaſum iri, his ineptiis unquam locum fuiſſe, quæ ſolæ ipſis etiam ſenſibus furorem illum & rabiem ſubjiciunt, quacum preſſis ac vexatis veritatis amicis confligendum erat.*

Hiſtoricus Janſeniſmi (*p*) & ipſe teſtatur, Doctorem Arnaldum, quantocunque alias generoſo & intrepido animo eſſet, non minus tamen, ac alios, ea re vehementer commotum, intimisque ſenſibus diſcruciatum fuiſſe: Nempe rebellionis ſpiritus ſemper his curis ac perturbationibus obnoxius eſt. Interea conſtitui tamen aliquid, ac tentari neceſſe erat. More apud Janſeniſtas receptum eſt, Epiſcoporum authoritatem amplificare & extollere, aut arctare & deprimere, quando & quantum e re ipſorum eſt: atque hoc ſolenne ipſis artificium pro ara & aſylo fuit, ad quod tum confugerent. Sublato ingenti clamore obnitebantur Epiſcoporum Formulæ, & voce ac calamo contendebant, eorum authoritatem, etiam regiis edictis armatam, & vel

(Q 5) ipſius

(*p*) T. II. pag. 339.

ipſius quoque ſummi Pontificis aſſenſu ac judicio munitam, ſe eo non porrigere, ut hanc ſibi profeſſionem ac ſubſcriptionem legitima quadam poteſtate imperare poſſet. Cedo, num ipſi Deiſtæ Burgofontani, ſi ſuperſtites fuiſſent, ſapientius ac felicius nodum hunc Gordium ſolviſſent?

Articulus IV.

Janſeniſtæ Formulam Alexandri VII, non ſecus, ac Formulam Epiſcoporum, flocci faciunt.

Nondum regni Præſules ſpem omnem poſuerant, hoſce rebelles eo adigendi, ut legitima pati imperia diſcerent, atque in Eccleſiæ authoritate ſe fore ſponderent. Rex ab iis de interponenda ſua fide ac ſtudio appellatus, petierat a Pontifice, (*q*) *ut ipſe cujusvis chirographo conſignandam quandam Formulam ſancire ac proponere vellet.* Fecit Pontifex, quod petebatur: prodiit conſtitutio cum Formula in hæc verba adornata:

Ego N. Conſtitutioni Apoſtolicæ Innocentii X datæ die 31 Maii 1653, & Conſtitutioni Alexandri VII datæ 16 Octobr. 1656 ſummorum Pontificum me ſubjicio, & quinque propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, cui

(*q*) **Declaratio regis 15 Febr. 1665.**

cui nomen Auguſtinus, excerptas, & in ſenſu ab eodem Autbore intento, prout illas per dictas Conſtitutiones Sedes Apoſtolica damnavit, ſincero animo rejicio ac damno, & ita juro: Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

In ipſa autem * Conſtitutione Pontifex Janſeniſmum eadem nobis forma pingit, ac repræſentat, quali hucusque a nobis adumbratus eſt: ait, hanc hæreſin, ab Innocentio X fere oppreſſam, „*ad inſtar colubri tortuoſi, cujus caput attritum eſt, in varios gyros & cavillationum deflexus euntem*, nihil non moliri, „ut inſtauratis viribus, & uſitatis artibus atque contorſionibus viam ſibi aperiat, qua „effugiat, & ab interitu ſe ſuo vindicet. Mandat deinde ab omnibus Eccleſiaſticis, Archiepiſcopis etiam & Epiſcopis, nec non aliis quibuscunque Eccleſiaſtici Ordinis, tam „regularibus, quam ſæcularibus, etiam monialibus &c. hanc Formulam intra tres menſes a die publicationis Bullæ ſubſcribi.“ Rex ſancto quodam ardore ad extinguendam penitus ſceleſtam hanc hæreſin, quæ tot turbas ac mala regno afferebat, accenſus, ipſe ſe in ſupremi Senatus Pariſienſis Curiam contulit, & mandatum ſuum de promulgandis Pontificiis Litteris, ac injuncta omnibus pura & ſimplici Formulæ ſubſcriptione in publicas referri tabulas imperavit.

Ulti-

* *Regiminis Apoſtolici* data 15 Kal. Martii 1665.

Ultimus hic ictus vehementer perculit Janſeniſtas, & eorum conſilia turbavit; at ſimul, ſi unquam alias, certe tum, quinam eſſent, aperuit; nec enim ſic quoque fracta eſt ipſorum pertinacia, ut ſe ad officium revocari ſinerent. Ut autem ex intricato hoc labyrintho evaderent, præter omnium opinionem novam & inexpectatam rei gerendæ rationem iniere: perſpecta erat omnibus pervicax ipſorum contra Eccleſiam repugnantia; nihilo ſecius in eam mentem venere, velle ac poſſe ſe perſuadere aliis, hæreſin tam acriter a duobus ſupremis, ſacro uno, profano altero, Principibus ſub nomine Janſeniſmi exagitatam, non niſi *hæreſin eſſe imaginariam, quæ in hebetum quorundam ac fatuorum duntaxat cerebris exiſteret: phantaſma* ſeu *larvam ac terriculum puerorum; portentum pro arbitrio confictum*, in quo oppugnando vires ſuas experiretur malevolentia; *chimæram, & monſtrum horrendum ingens, in quod Bulla terribilem in modum ſua mitteret fulmina*, ſed mere *commentitium.*

Sycophantia hæc, tam contumelioſa omnibus, qui juſta in Janſeniſmum arma gerunt, neminem fallit, niſi qui ſimplicitati ac credulitati ſuæ ultro illudi velit: prudentes nunquam alias intellexere luculentius, monſtrum hoc nec imaginarium, nec fictitium eſſe, contra ac Arnaldus, Queſnellus, Nicolcus, Godellus * Vincienſis Epiſcopus, Gilber-

* de Vence.

bertus Choiſeulius Epiſcopus * Tornacenſis, & Gerberonius aliis perſuaſum eſſe volebant; neque enim omne ſtrópharum ac veteratoriarum artium genus, quas obfirmatus in errores animus fingere ac ſuppeditare poteſt, adhibetur in uſum protegendi ſpectri cujusdam commentitii: atqui adhibitum, nec technarum quidpiam inexpertum relictum eſt, quo hoc Janſenianæ hæreſis monſtrum protegeretur: Teſtis eſt fallax agendi modus, quo * quatuor Epiſcopi Clementi IX Pontifici impoſuere. Spectrum commentitium, *ſolis ter-*

* de Tournai.

* Quatuor hi Epiſcopi erant Henricus Arnaldus Epiſcopus Andegavenſis : Nicolaus Choartus Epiſcopus Bellovacenſis : Franciſcus Stephanus Cauletus Epiſcopus Apamienſis: & Nicolaus Pavillonius Epiſcopus Alectenſis; qui cum in ſuis, menſe Septembri 1668 datis Romam litteris Clementi IX ſancte affirmaſſent, ſincera ſe fide pure & ſimpliciter Formulæ Alexandri VII ſubſcripſiſſe, admiſſæ deinde fraudis rei comperti ſunt, cum ex perſcriptis Synodorum, quas illorum quisque in ſua Diœceſi celebraverat, actis conſtaret, in Quæſtione de Facto ſeu ſenſu Janſenii ſe & ſuos non niſi *obſequioſi ſilentii* promiſſo obligaſſe. Vid. Hiſtoria quinque Propoſitionum T. II. a pag. 188. Edit. Trevoltienſis a. 1702. *Interpres.*

terrendis infantibus aptum, ut EpiſcopusTornacenſis in ſua ad Innocentium XI epiſtola loquitur, neminem injuriis onerat: onerat autem Janſenianum hoc ſpectrum, & millenis linguis in Pontificem & Epiſcopos omne illud acerbitatis virus effundit, quod alias Lutherus & Calvinus in eosdem vomuere: omnes Factionis Heroes pro illo defendendo conclamarunt ad arma, & in aciem prodiere.

Cum Hannibal ante portas, & præſens urget periculum, omnis homo miles eſt: ipſi etiam Advocati & Cauſſidici exceſſere foro ac curia, ut migrarent in Theologos, inſectarentur *Formulam*, & tam ſpecioſo nomine armati pro ſervando hoc *monſtro*, quod a Formula profligatum & obtritum erat, decertarent. Horum Cauſſidicorum unus oraculum fuit, quem Janſeniſtæ omnibus obſervantiæ, quam negabant Eccleſiæ, officiis proſecuti ſunt. Is denique meditata oratione rem effatus (*r*) „eos, quibus ex attenta Janſeniani Auguſtini „lectione non conſtaret pro certo, quinque „propoſitiones eſſe dogmata Janſenii, decidit, non poſſe ſine turpi mendacio & ſacri„lego perjurio præciſe & ſimpliciter Formulæ, „quæ factum hoc complectitur, ſubſcribere.“
Et ad hoc effatum Janſeniſtæ conformabant fidem ſuam, atque ab eo ſat ſibi juris tribui putabant, ut pernicioſiſſimis placitis ac crimi-

(*r*) **Hiſtoria Janſeniſmi T. III. pag. 96.**

criminationibus inceſſerent uſum poteſtatis, quam Eccleſia in præſente negotio exercebat: (s) „per meram juris non ſui uſurpationem, ajebant teſte ipſorum hiſtorico, „contra om-„ne fas poteſtatem ſibi arrogare Epiſcopos im-„perandi omnibus, ut adſcripto ſuo nomine, „& ex ipſorum duntaxat fide jurati teſtentur „rem, cujus nullum afferretur argumentum „idoneum, nulla haberetur notitia: exigere „ac mandare ejusmodi ſubſcriptionem ac jus-„jurandum, idem eſſe, ac exigere & manda-„re mendacia, perfida ſacramenta, & perju-„ria: nec minus novam quandam hæreſin at-„que impie ſuſceptum facinus eſſe, ſancita „lege præſtandam factis, de quibus nullum „extaret Dei loquentis teſtimonium, ſubmiſ-„ſionem & fidei divinæ aſſenſum fidelibus ex-„torquere velle: Formulæ ſubſcribi non poſ-„ſe ſine injuria & calumnia Epiſcopo (Ipren-„ſi Janſenio) illata, qui acri & forti animo „tutatus eſſet fidem Eccleſiæ: & denique di-„rum & horribilem in modum abuti Epiſco-„pos poteſtate, quam Deus ipſis impertitus „eſſet, ſi hanc convertant in violentiam, qua „per metum & intentatas pœnas Eccleſiaſti-„cas Fideles ad ſubſcribendum adigantur."

Inter hos tam ſobrios ſcilicet limites ſe continuit obſequioſum ſilentium in Gallia. At in Hollandia omnino aliis, & multo liberiori-bus

(s) Ibid. pag. 103.

bus vocibus contra Formulam *conclamatum* eſt. Ex tota Janſeniana Colonia, quæ exceſſerat e Gallia, ut fundaret aut ſtabiliret Ultrajectinam Eccleſiam, unus erit Theodoricus Viaixneſius profugus Religioſus, de quo mentionem faciam. Sat ille cognitus jam eſt, ut ſuis eum coloribus hoc loco deſcribere neceſſe non habeam. En! quæ ipſius verba ſint in litteris ad Comitia GeneraliaBenedictinorum Congregationis * S. Vitoni, quæ habebantur ad S. Michaelis fanum in Lotharingia: (*t*) „ Libere igitur, & fiden„ter pronuncio, & ipſius quoque Dei nomine „& verbis dicere audeo, quod, poſt editas præ„ſertim Conſtitutiones *Vineam Sabaoth*, & „*Unigenitus*, pure & ſimpliciter ſubſcribere „Formulæ, non aliud ſit, quam ejurare fidem „Catholicam, & amplecti Moliniſmum, aut „potius Pelagianiſmum; neque hæc fidei eju„ratio minima etiam probabili cauſſa ac ra„tionis ſpecie dilui aut tegi poſſit. “

Pro! quam ſubito Janſeniſta perſonam candidi & ſinceri hominis induit, cum primum animum ſibi ſumpſit miſſa faciendi omnia, etiam cœnobium, ſi religioſæ familiæ adſcriptus ſit, ſeque in fidem ac clientelam Fœderatorum Belgii ordinum tradidit, ut libere fidem ſuam profiteri poſſit: ibi, diſtinctione juris & facti, aliisque ejusmodi puerilibus nugis proletariorum Janſeniſtarum fæci reli-

---

* S. Vanne.

(*t*) Commentarius III de Conſiliis Janſeniſtarum pag. 14.

relictis, impune, ſine obliquis ac tranſverſis ambagibus, recta ad præfixum viæ terminum pergitur: Domnus Theodoricus hoc privilegio ac libertate, tota quanta ejus amplitudo eſt, liberaliſſime uti novit: (*u*) „ſi aliquando „per maximum omnium infortunium contin„geret, (ſcribentis in eadem epiſtola verba „ſunt) ut Congregatio Bullam *Unigenitus*, „& Formulam Alexandri VII probaret & reci„peret, aut potius, ſi non ſemper ab illis ve„hementer abhorreret, tunc corpus iſtud carci„nomate corruptum, propediem a Deo dereli„ctum videremus. - - - Monaſteria noſtra - - „migrarent in vitiatos lacus, e quibus poſthac „non niſi cœnum ac putridæ ſordes hauriri poſ„ſent. (*x*) Si Congregatio (addit profugus hic „religioſus) repudiata fide ſua, Bullam *Unige„nitus* tanquam veram & legitimam ſuſcipiat, „ac deteſtabili Formulæ, quam juſſu Dei mei „ad ſupremum usque ſpiritum non alio quam „ſyngraphæ Diaboli compellabo nomi„ne, ſuos ſubſcribere compellat, omnia il„lius membra brevi tempore doctrinæ & mo„rum corruptelis depravata erunt.“ Atqui hæc nimia mentis & calami intemperantia eſt, atque omnes moderationis limites excedit: parcamus Catholico Lectori, nec porro aliis ſceleſtis & atrocibus dictis, quibus fanaticus hic homo epiſtolam ſuam referſit, ipſius ocu-

(*u*) In eodem comment. III, pag. 4. (*x*) Ibid. pag. 5.

los ſauciemus: potius hic animo recolamus conſiliorum Societatem ac pactionem Burgofonte initam; permagni enim noſtra intereſt, ut ne illam unquam e conſpectu amittamus.

Statutum Burgofonte eſt, ut ad *deſtruendam Eccleſiæ poteſtatem* manus jungerentur & animi; quid igitur non moliti, quid auſi non ſunt Janſeniſtæ in Formulæ negotio? Rebellionis ignem contra poteſtatem Eccleſiæ ex omni parte ſermonibus, libellis, factis & exemplis ſuis, ceu tot follibus excitarunt: Formulæ probrum *malignæ ac fraudulentæ pedicæ*, quæ Eccleſiæ tenderetur, per ſummam contumeliam objecere: Pontifici ac Epiſcopis, id eſt, Eccleſiæ in illius ſubſcriptione morem gerere, clamabant palam, eſſe, ſe offerre ac manus commodare dicendo *mendacio*, & *turpi* quidem *mendacio*, *perfido ſacramento*, *perjurio*, eique *ſacrilego*; eſſe; *prolabi in hæreſin*, & ad *impia dogmata* deficere: eſſe *ejurationem fidei Catholicæ*, & ejus quidem generis, quæ *nullam excuſationem habeat*: eſſe transfugium ad *Moliniſmum* (crimen hoc eſt, quo non aliud horrendum magis Janſeniſta animo ſuo repræſentare poteſt) imo etiam omnino ad *Pelagianiſmum*: verbo, eſſe ſubſcriptionem *ſyngraphæ Diaboli*.

Vah! quo devenimus? ubi terrarum ſumus nos? Ergone in Pontificem & Epiſcopos, ſeu docentem Jeſu Chriſti Eccleſiam tanta hodie malignitas cadere poſſit, ut ſuis ipſa filiis peſſimos dolos & inſidias machinetur? mendacia,

dacia, perfida ſacramenta, & ſacrilega perjuria ab iis exigat? Fideles in pravos errores impellat? Fidem abjicere cogat? Conſtituta anathematis pœna fidei Formulæ, quæ horrore & execratione digna eſt; ſubſcribere jubeat? Formulæ, quam ipſe Deus (num igitur rurſum calamus hac blaſphemia contaminandus eſt?) *chirographum Diaboli* appellari voluit? Ah! in eum nempe jam locum res adducta eſt; ut Eccleſia; alioqui nulli errandi periculo obnoxia; hæc olim Jeſu Chriſti Sponſa non amplius audiri mereatur: ipſius anathemata tanquam fulmina bruta porro extimeſcenda non ſint: Eadem omni poteſtate & authoritate careat: a Jeſu Chriſto repudiata ſit; neque etiam Sancyranus blaſphemiæ argui poſſit; cum *adulteram* modo ac *proſtitutam* eſſe edixit. Quodſi ergo hæc Eccleſia priſtina ſua in nos poteſtate etiamnum uti velit; *injuſta alieni juris uſurpatio*; *omnis æqui & boni violatio*; *dirus & horrendus abuſus* eſt: poteſtas hæc penes ipſam non amplius reſidet. Et ex impiis id genus; ac in Deum contumelioſis principiis; quæ Janſeniſtæ ſtatuunt; num mirum eſt; ſuapte veluti natura ejusmodi conſectaria duci; quæ meræ blasphemiæ ſunt?

En tibi Janſenianam de Eccleſia hæreſin; qualis eſt; omni propemodum pravitatis ac turpitudinis habitu; quo cooperta eſt; conſpicuam! En partem principiorum Burgofontani Conventus una cum ſuis conſecutionibus

ad uſum pertinentibus! En barathrum, in quod noſtræ ætatis Novatores ſe ipſos, & omnes ſecum, qui ipſorum dictis audientes ſunt, præcipites agunt!

Nihil ego de iis omnibus, quæ hactenus recenſui, commentus ſum, nihil ſuppoſui aut affinxi Janſeniſtis: indicavi fontes, ex quibus illa hauſi; adiri & inſpici poſſunt: non niſi librarius fui, qui modiciſſimam eorum partem, quæ ſpectatiſſimi e Factione viri voce & calamo innumeris in libris palam prædicabant, exſcripſi & huc tranſtuli. In comperto igitur eſt, heroes, oracula, *Sanctos* Janſeniſtarum, qui impia ſua Doctrina indignum adeo in modum obtrectarunt Eccleſiæ, id ſpectaſſe, ut, quod Burgofontanum ſyſtema volebat, ipſius *poteſtatem funditus convellerent.* Sectæ principes negabunt ac pernegabunt id quidem; at nec aliud ab ipſorum verſutia ſperandum atque expectandum eſt. Catholici tamen, ni fallor, de veritate horrendi hujus ſyſtematis, quod demonſtro, ſe convictos fatebuntur, atque adeo obfirmatiore etiam erunt animo in fide ſua, in affectu & obſequio erga Jeſu Chriſti Eccleſiam, in concepto odio & execratione Sectæ, quæ tam aperte ac pertinaciter inimicitias ſuas jam diu in Eccleſiam ſuſceptas perſequitur: id, quod efficere mihi hucusque conſtitutum erat.

Verum efficaciore adhuc & acriore quodam collyrio opus eſt, ut medeamur & lumen reddamus multorum oculis, quos vel ſua

ſua excæcat arrogantia, vel malorum, a quibus duci ſe ſinunt, Directorum affectata oris ſpecies, morum gravitas, & fallax ſermonum ſuavitas a debita Eccleſiæ obedientia abducit. Pro ſpe itaque, qua teneor, rem ceſſuram feliciter, pertexam & abſolvam Demonſtrationem conſilii Burgofonte initi: docebunt hæ ultimæ præſertim quæſtiones, quæ modo ſequentur, conſilium *de evertenda Eccleſiæ poteſtate* multo concinniore deinceps ratione ac methodo, quæ cum informata Burgofonte norma magis congrueret, quam hactenus executioni datum fuiſſe.

Quæſtio III.

De artificiis & conatibus, quibus Janſeniſtæ a tempore P. Queſnelli uſque ad hodiernum diem in everſionem poteſtatis Eccleſiæ incubuere.

Fracto & proſtrato ab Alexandri VII Formula Janſeniſmo, factioſi ipſius aſſeclæ in extremas ſe difficultates conjectos videbant: reluctari Formulæ, nec ſubſcribere, opus erat periculoſæ plenum aleæ; nam hac repugnantia præter diſcrimen, cui ſe objiciebant, amittendi Sacerdotia, quibus jam fruebantur, aut nunquam conſequendi ea, quæ ſperabant, aperte ſe rebelles profeſſuri, prodituri ſe ipſos, & ex eo tempore omnium rerum jacturam facturi erant. At ſubſcribere, & hoc

ipſo perfidum ſacramentum, & ſacrilegum perjurium interponere, quam grave accidere poterat ac debebat hominibus tam delicatæ, ut nemo ignorat, conſcientiæ & probitatis, ut vel umbram ambiguæ aut mente reſervatæ vocis perferre non poſſint.

Interea potiſſima tamen Sectæ pars poſtremam hanc conditionem amplecti voluit: ſatius viſum eſt fortiter pejerare, quam per ignaviam abjicere emolumenta *veritatis*: ita agendum cenſebant *honeſti* inter Theologos Janſenianos viri: (y) „Horum Theologo„rum (ait * Foüillouſius) quos Arnaldus ho„neſtorum virorum nomine ornat, placitum „ac ſcitum erat, lege ſubſcribendi omnes „teneri, ſed non item credendi facta, quæ „Eccleſia credenda proponeret; quippe quæ „eos obſequentes & ſinceros exiſtimaret, qui „hoc ſenſu ac mente chirographum ſuum ap„ponerent, quantumvis ſubſcribe„rent, & credere ſe id, cui nul„lum tamen in animo aſſenſum „præberent, jurejurando teſta„rentur.“ Agendi ratio, qua Janſeniſtæ deinde uſi ſunt, cumulate reſpondit huic *honeſtorum virorum* effato, & ut idem Foüillouſius

(y) Hiſtoria de caſu conſcientiæ T. I. pag. 9.
(*) Foüilloux.

louſius author eſt, (z) *plurimi eorum gravati non ſunt Formulæ ſubſcribere, quicquid tandem de Janſenii facto ſentirent ac crederent.* Eadem ingenuitate affirmat Gerberonius, (a) „quocunque oculi inciderent, nil „niſi ſubſcriptiones tum temporis conſpectas „fuiſſe, quandoquidem pauciſſimi Eccleſiaſti„corum eſſent, qui Formulæ ſubſcribere re„nuerent, etſi pauciſſimis eorum perſuaſum „eſſet, quinque propoſitiones Janſenii do„ctrinam eſſe.“ O quam *boneſtos* homines! Nunquam Eccleſiæ Romanæ Martyres tanta ſui erga veritatem amoris documenta dedere. Novus hic eam tuendi modus procul dubio *Sanctis* Confeſſoribus Janſeniſtis reſervatus erat.

Cæterum eorum tamen aliqui, quibus nondum conſcientia ad perjurii ſenſum ac horrorem occaluerat, ut ex difficili hoc negotio ſe expedirent, confugiebant ad frivolam diſtinctionem juris & facti, nec niſi reſervata animo hac exceptione ſubſcribebant: alii aut magis ingenui, aut magis indomiti & ſeditioſi, aut qui nil habebant, quod perderent, omnino ſubſcribere recuſabant. Tam inuſitata voluntatum & actionum varietas, quæ inter Adminiſtros perducendi ad exitum accuratiſſimi ſyſtematis intercedebat, diſſidia & contentiones inter eos non commovere

(z) Ibid, pag. 6. (a) Hiſt. Janſeniſmi T. I. pag. 96.

non poterat, ac periculum erat, ne, cum excidere ſibi ſinerent conſilium perdendi Eccleſiam, ſeipſos perderent.

Articulus I.

P. Queſnellus proſtratum ab Alexandri VII Formula Janſeniſmum inſtaurat & erigit.

Janſeniſmo in tam acerbo rerum ſtatu reparatore opus erat, qui in aliam mutatum formam erigeret & recrearet afflictum, omneſque ipſius defenſores ad concordiam, & ad unius propoſiti atque argumenti tractationem reduceret. Reparatoris hoc munus & honor P. Queſnello obtigit: ceperat is ſub hæc ipſa turbulenta tempora non ſine magno artificio elucubrari *obſervationes ſuas morales* in novum Teſtamentum: duorum omnino & viginti annorum laborem impendit huic operi ſuo in formam ac methodum redigendo, quæ cum propoſito ſuo, ſarciendi aliquando infamiam, quam Janſeniſmo Roma & Gallicanus Clerus inuſſerat, aptius cohæreret; propoſito, inquam, cui uni urgendo & perficiendo vixiſſe videtur; qua de re eum interceptæ cum ipſo chartæ ac ſchedæ in judicio, quod Mechliniæ ſubire coactus eſt, manifeſtis indiciis convicere.

Janſeniſtæ, ut libro P. Queſnelli exiſtimationis adhuc aliquid & pretii conſervent, etiamnum hodie ſpargunt, multis eum annis in Fidelium manibus verſatum fuiſſe, & quidem cum magno fructu ac pietatis emolumento, quin incurreret quidpiam in oculos, quod ſibi viri docti reprehendendum putaſſent. At fac ita eſſe: damnavit modo, ac proſcripſit perniciosum hunc librum Eccleſia: ergo non poteſt non poſthac Fidelibus corruptionis occaſionem ac cauſſam præbere: deinde iſtud de libro teſtimonium non niſi ſubdolum Janſeniſtarum artificium eſt; quod cum ſubductis temporum rationibus oſtendam, a propoſito mihi argumento non declinabo.

Ex quo ad finem perductum tandem *obſervationum moralium* opus primo in conſpectum prodiit, nempe anno 1693, mox illis, qui tantum ingenio ac doctrina valebant, ut vafra Authoris & libri conſilia ac conatus introſpicerent, inſolitas de novis erroribus ſuſpiciones movit: anno 1694 expendendum illud ſibi ſumpſit Doctor * Fromagovius, & (*b*) ducenta prope dogmata detexit cenſuræ obnoxia; de quo etiam in editis ſuis AnimadverſionibusFideles admonuit. Anno 1695 Noallius ſuo illud approbavit ſuf-

(*) Fromageau.

(*b*) Videatur Hiſtoria de Conſtitutione *Unigenitus* T. I. pag. 68.

ſragio, & ampliſſimo elogio ornavit, quod ſane, ratione habita affectionum hujus Præſulis, ut tum animatus erat, reſarcire & exæquare poterat cenſuram Fromagovii. Janſeniſtæ vehementer optabant, ut & Boſſuetus * Meldenſis Epiſcopus tantundem libro beneficii, quantum Noallius, præſtaret: unde eum rogabant, ut ipſum recognoſceret ac examini ſuo ſubjiceret, ſpe freti, daturum id amicitiæ ſuæ cum Noallio, ut ſecundum pro illo ſuffragium ferret. Legit reipſa & examinavit, prout rogatus fuerat, Boſſuetus librum a. 1698; tantum autem abfuit, ut illum probaret, ut declararet etiam, purum putum in eo Janſeniſmum tradi: ut vero aliqua utcunque tolerabilis doctrina inde extunderetur, totum quantum reddendum incudi, atque alia omnino forma recudendum eſſe. Archiepiſcopus * Veſuntinus & Epiſcopus * Nivernenſis anno 1707 illum atro notarunt calculo, & Clemens XI eidem anno 1708 Pontificio diplomate ſtigma inuſſit, in quo inter alia hanc latæ in illum condemnationis cauſſam reddit: (c) *quod notas inſuper & obſervationes contineat habentes quidem ſpeciem pietatis, ſed ad virtutem ejus abnegandam ſubdole deducentes*: itaque propoſita excommunicationis pœna, quæ ipſo facto incurreretur, illum legi, vendi, & typis excudi prohibet, atque omnia ipſius exempla ſine mora flammis

(*) de Meaux. (*) de Beſancon. (*) de Nevers.

(c) Breve *Univerſi* 13 Julii.

mis tradi præcipit; quæ tamen poſtrema hujus diplomatis clauſula regni uſibus adverſari viſa, obſtitit, ne illud reciperetur.

At brevi cognitum fuit, hujus diplomatis executionem Galliæ ſummopere ſalutarem futuram fuiſſe. Importunitas & intemperies, qua Janſeniſtæ per obtentum defendendi hujus libri in regno ſacra & profana miſcebant omnia, adeo omnem modum prætergreſſa eſt, ut tandem rex Ludovicus M. ſolennem a Pontifice Conſtitutionem, a qua exitioſum hoc opus Apoſtolici judicii cenſura diris devoveretur, petendam cenſeret: reſpondit votis Pontifex, & coacto peculiari graviſſimorum ac doctiſſimorum virorum cætu, datoque ei negotio, ut cauſſam hanc omnibus ſuis momentis ad veritatis trutinam diligentiſſime ponderarent; indictis etiam extra ordinem ad implorandum divini luminis præſidium privatis & publicis precibus; proviſis ante, & communi cum Gallia conſilio ac ſumma cautione evitatis in Conſtitutione, quæ petebatur, iis omnibus, quæ in regni mores ac conſuetudines offendere videri poſſent, tandem 6 idus ſeptembris 1713 contra librum *obſervationum moralium* Bullam edidit, cujus initium eſt, *Unigenitus Dei Filius.* Hac Bulla Pontifex nominatim centum & unam propoſitiones ex Queſnelli libro depromptas condemnat, & inter alios cenſuræ & damnationis titulos illum quoque aſſignat, quod *varias illæ hæreſes*, potiſſimum

eas

eas, quæ in famoſis Janſenii propoſitionibus continentur, innovent. Liber ergo Queſnelli *potiſſimum* eum in finem fabricatus erat, ut collapſum prope Janſeniſmum reficeret ac confirmaret: certum id eſt ex judicio, quod ſummus Pontifex, & poſt ipſum tota Eccleſia tulit. At nondum hoc totum libri hujus malum eſt: Queſnellus eodem, quem revocando od novam vitam Janſeniſmo impendebat, labore, ex deſcripta Burgofonte forma Eccleſiam aggreſſus eſt. (*d*) „Ex centum „& una propoſitionibus, quæ ex ipſius libro „excerptæ ſunt, (ut animadvertit Epiſcopus „* Seguſteronenſis) nemo non intelligit, ſco„pum & finem Authoris, quem in texendo „ſuo opere ſecutus eſt, fuiſſe adoriendi & „impugnandi Eccleſiam, ejusque dogmata, „doctrinam morum, ac diſciplinam everten„di: Dogma ibi everſum eſt Wiclefi, Joan„nis Huſſi, Lutheri, Calvini, Baii & Jan„ſenii, quos renovabat, erroribus: deſtru„cta eſt morum doctrina ſeveris ultra legem „ac modum præceptionibus, quæ per ſpeci„em caſtigandæ & emendandæ ſolutioris ho„minum vitæ ad morum licentiam perduce„bant: Diſciplina immutata ac peſſundata eſt „falſis & ſeditioſis principiis, quæ legitimæ „authoritatis contemptum animis ingerebant: „Eccleſia ipſa in effigie, qua ibi expreſſa erat, „agno-

(*d*) Hiſtoria Conſtitutionis *Unigenitus* T. I. pag. 129.
(*) de Siſteron.

„agnoſci nequibat amplius, nec aſpectabilis „erat.“

Itaque ex ſimplici centum & unius propoſitionum intuitu nemo quoque non intelligit, Queſnellum eas Eccleſiæ plagas inflixiſſe, quas Burgofontanum Conciliabulum eidem imponere deſtinaverat. Et cuiquam peregrinum aut mirum videri poſſit, monſtroſum hoc opus, unicum Factionis perfugium, Janſeniſtis adeo in oculis ac pretio fuiſſe? Expendamus modo fructus, quos hi ex illo meſſuere.

Articulus II.

Janſeniſtæ viſibilitatem Eccleſiæ JEſu Chriſti adoriuntur.

Liber Queſnellianus, & quæ ſuppeditabat, principiorum uſus Janſeniſtis anſam præbuit ultimam manum executioni Burgofontani ſyſtematis contra Eccleſiam admovendi: undique in eam coorti ſunt, & univerſim omnes proprias ipſi dotes atque ornamenta atrociter lacerarunt: nihil exaggero, nihil nimium ipſis & ultra meritum tribuo: probabunt id hi ipſi novatores argumentorum apparatu, pro dolor! plusquam copioſo, ac modo, qui omnes genuinos Eccleſiæ filios vehementi dolore afficiat neceſſe eſt; neque hi in deformi imagine, quam a novis his reformatoribus adumbratam videbunt, ſuam amplius matrem agnoſcent.

Ex

Ex plus quam millenis variis libris ac libellis, quos poſt infeliciſſimum *obſervationum moralium* partum Factio contra Religionem edidit; quinque vel ſex tantum; quos illa præ aliis magni facit; mihi uſui erunt: omne autem emolumentum, quod in rem meam ex reliquis capere poſſem, ultro miſſum facio: ſic quivis ſine magno negotio; ex paucis illis libris ac libellis; quos appellabo, ſuorum ipſe oculorum teſtimonio comperire poterit; quam vera ac certa ſint horrenda dicta & facta; quæ ex iisdem impuris fontibus hauſta Lectori ſub aſpectum ponam, cum ipſi ſtatum & locum; in quem Janſeniſtæ Eccleſiam Jeſu Chriſti adducere ſumma contentione laborarunt; exhibitum eo.

Cum Burgofontanum ſyſtema revera fabricatum fuiſſe dubium non ſit, pro eo, ac oſtendi hactenus, tum id quoque perſpicuum eſt; Janſeniſtas; qui illud exequi pergunt; nolle ullum Eccleſiæ genus ac formam extare; ac proinde ad eandem cum Majoribus ſuis metam; nempe ad purum Deiſmum tendere: Ut tamen execrabilem mentem ſuam ſubducant hominum oculis; & ſeipſos fronte ac ſermone ad fallendum compoſito tegant; hoc ipſo autem eo certius propoſitum ſibi finem aſſequantur, oportet omnino; ut umbram ſaltem aliquam inſtitutæ a Jeſu Chriſto Eccleſiæ retinere videantur: Jam Burgofonte ſancitum fuerat; ut ſine adhibita hac cautione nihil tentaretur: Quin ergo accurata ſingularum

rerum

rerum recenſione monſtremus, nihil illos de Eccleſia plus, quam inanem hujus umbram conſervare.

Quid eſt ex Catholicorum doctrina Eccleſia! Eſt Congregatio ac cœtus hominum, qui ejusdem fidei profeſſione inter ſe conjuncti, eorundem ſacramentorum participes, & Paſtorum, quos Jeſus Chriſtus inſtituit, præcipue ſummi Pontificis Jeſu Chriſti in terris Vicarii, gubernationi ſubjecti ſunt: Hanc Sanctam Eccleſiam toti mundo aſpectabilem eſſe oportet, ut omnes ad eam accedere, & æternam ſalutem, quæ extra ejus ſinum inveniri nequit, quærere poſſint: tota autem quamvis ſancta ſit, nihilominus non juſtos modo, ſed & peccatores complectitur; quodſi enim ex ea peccatores excluderentur, cum juſti ſoli Deo cogniti ſint, aſpectabilis non foret: habet hæc Eccleſia Caput, quod ab univerſo mundo cognoſci poteſt: habet ubique Epiſcopos, quorum ſinguli deſtinatam ſibi illius portionem gubernant: habet ſacramenta, quæ ubique conficiuntur, & adeuntibus præbentur. Nunquam igitur Societas aliqua clarius ſub aſpectum cecidit, quàm Eccleſia; quæ certe tam facile ac prompte, quàm ampliſſimum & florentiſſimum quoddam mundi regnum cognoſci poteſt.

Sed quid ex ſenſu Janſeniſtarum eſt Eccleſia? aut ubi terrarum locum habet? ah! tam fœdum in modum ipſius facies adulterinis illorum coloribus deformata eſt, ut quænam ſit, vel

ubi ſit, neſciatur. Nomini *Eccleſiæ* paſſim in eorum lingua non alia notio ſubjecta eſt, quam *populi Chriſtiani*, quem ipſum plerumque ſolo Electorum numero metiuntur. Hactenus quidem Papam adhuc aliquem, & Epiſcopos in Eccleſia admittere videbantur; at hi ab ipſis non alio habentur numero, quam Adminiſtrorum, ſeu ſecundum ipſorum phraſin, * *Capitum Miniſterialium*, quibus veluti Vicariis a populo, ſeu ab eo, quod ipſi appellant Eccleſiam, gubernandi negotium demandatum eſt; nam populus omnem clavium

(*) In commentario quodam de juribus Cleri ſecundi ordinis pag. 1. hæc verba leguntur: Jeſus Chriſtus migravit ex hoc mundo, ut regni, quod ipſi debebatur, poſſeſſionem adiret. - - - - Itaque Eccleſia, quantum ad formam gubernationis, eo fere modo conſtituta eſt, quo foret regnum Galliæ, ſi rex ab eo abeſſet, nec ſibi abſenti ſubſtituiſſet Vicarium abſoluta authoritate & ſummo imperio præditum, ſed adminiſtris duntaxat ſuperioris & inferioris ordinis in mandatis dediſſet, ut collatis conſiliis pro ratione ac gradu dignitatis, qua quisque potiretur, omnes regni cauſſas ac negotia ad legum normam procurarent, atque deciderent. Commentarius hic decreto regii Conſilii menſe Julio 1733 damnatus & proſcriptus eſt.

vium poteſtatem habet, quam deinde impertitur Papæ & Epiſcopis pro menſura & modo, qui commodus ſibi ac opportunus videtur: imo aſſerere non horrent, quod (*e*) „ſi „Eccleſia (ſeu populus) ipſamet per ſe poteſtatem clavium, quam a JEſu Chriſto accepit, exercere poſſet, nullis illi pro hac „ſummi momenti functione adminiſtris opus „fuiſſet.“ Pontifice igitur & Epiſcopis Eccleſiæ Jeſu Chriſti aliquo modo opus eſſe adhuc fatentur Janſeniſtæ; abſolute eidem eſſe neceſſarios negant; Hinc etiam tanquam boni Dialectici in variis definitionibus, quibus Eccleſiæ ſtatum & naturam explicant, nullam illis partem tribuunt, nullum in iis locum eſſe ſinunt.

Poſt illam, quam procudit Sancyranus, jam alias a me commemoratam, aliæ ab aliis Janſeniſtis Eccleſiæ definitiones fabricatæ ſunt: præ omnibus majoris authoritatis eſt illa, qua Queſnellus deſcripſit Eccleſiam: hanc itaque unam expendamus, & videamus, a Janſeniſtarum principiis & doctrina Eccleſiam conſpectui eripi, atque inviſibilem reddi. (*f*) *Quid eſt Eccleſia*, quærit & reſpondet Queſnellus, *niſi cœtus fidelium manentium in ejus*

(*e*) Everſio Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ per Conſtit. *Unigenitus* T. I. pag. 342.
(*f*) Propoſitio Queſnelliana 73.

ſinu, adoptatorum in Chriſto, * *ſubſiſtentium in ejus perſona, redemptorum ejus ſanguine, viventium ejus ſpiritu, agentium per ejus gratiam, & expectantium gratiam futuri ſæculi.* Diſſimulemus mel verborum, ut melius advertamus animum ad id, quod notioni huic de Eccleſia deeſt. An in ea indicii quicquam, & vel unus apex occurrit de capite viſibili, de Epiſcopis, de Sacramentis? Queſnellus igitur, cum totam Eccleſiæ amplitudinem ad illorum coarctat numerum, *qui vivunt Spiritu JEſu Chriſti*, hoc ipſo peccatores, qui non vivunt Spiritu Chriſti, ad Eccleſiam pertinere non vult: atqui homines non ſciunt, quinam juſti, quinam peccatores ſint; ergo etiam non vident Eccleſiam, nec norunt, ubi ea ſit. Aut ex quibus eam ſignis ac notis poſthac poterunt cognoſcere? Queſnellus has nobis indicare parat, ſed ita, ut ex earum cognitione nihilo ſapientiores evadamus: (g) *Nota Eccleſiæ Chriſtianæ eſt*, ait, *quod ſit Catholica, comprehendens & omnes Angelos cœli, & omnes electos & juſtos terræ, & omnium ſæculorum.* Ergo

(*) Ineptiſſime dicuntur a Queſnello filii Dei ſubſiſtere in perſona Chriſti: hinc enim fieret, chriſtianos non ſubſiſtere in ſe, imo & eſſe vere filios Dei, non ſecus atque homo Chriſtus, cujus humanitas ſubſiſtebat in Verbo.

(g) Propoſitio Queſnell. 72.

Ergo Eccleſia JEſu Chriſti nemini alteri amplius aſpectabilis eſt, quam Deo, utpote cui ſoli cogniti ſunt & *Angeli cœli*, & *electi ac juſti terræ*. Tantundem etiam docuit Calvinus: (*b*) *ſolius Dei oculis conſpicuam Eccleſiam credere neceſſe eſt*. Ergo Janſeniſtæ verbis ſuis ſumma ſuavitate delibutis inviſibilem nobis Calvini Eccleſiam pro vera JEſu Chriſti Eccleſia obtrudunt.

Articulus III.

Janſeniſtæ non amplius Romam; ſed Ultrajectum primam Eccleſiæ ſedem eſſe ſtatuunt.

Eccleſia JEſu Chriſti ſuum unitatis ac concordiæ centrum habet: hoc centrum Romana Eccleſia eſt, cum qua, veluti cum Matrice Eccleſia omnes reliquas intimæ communionis vinculo colligatas eſſe neceſſe eſt: Roma prima Eccleſiæ JEſu Chriſti ſedes eſt. At Janſeniſtæ multo alterius mentis ac ſenſus ſunt. Jam alio loco memini, velle Queſnellum, ut qui e Secta ſunt, non modo non revereantur Romam, ſed *aperta etiam illi fronte reſiſtant*, & quam parum ab ea ſibi metuant, oſtendant; nec Novator hic ulli unquam occaſioni deerat, iiſdem in hoc inſolentiæ

 gene-

(*b*) Inſtitut. l. 4. c. 1. n. 7.

genere præeundi exemplo, illoque ſceleſto ſolatio fruebatur, quod ea in re ſummæ docilitatis diſcipulos nactus eſſet. Horrendi ſupra modum colores ſunt, quibus Roma ſe in eorum libris depictam videt. Roma locus eſt, ait Queſnellus, (*i*) „ubi nullum virtuti pre„tium eſt, nulla pietatis habetur ratio. „(*k*) Ut rem proprie dicamus (viru„lentis linguis ſibilant ejus diſcipuli) „Curia Romana non niſi cœtus hominum „eſt, qui ſuis duntaxat commodis ac volu„ptatibus ſtudent, unique non profanæ mi„nus quam Sacræ Pontificis magnitudini ac „potentiæ amplificandæ intenti ſunt, ut & „ipſi habeant, unde ſuperbiant & diteſcant. „Turba Aulicorum Servorum ac mancipiorum „eſt, qui Papam quodammodo in idolum „transformant. - - - Excidium hujus cu„riæ liberatio foret totius Eccleſiæ.“

Quod ſi quis credulum ſe præbeat vaticinanti Epiſcopo Montis Peſſulani, Roma non eſt amplius Chriſtiana: præſagitionem hanc nobis propinat iteratum hujus Præſulis *reſponſum* ad quendam Epiſcopum &c. En ipſius

(*i*) Cauſſa Queſnelliana pag. 350.

(*k*) Everſio Libert. Eccl. Gallic. T. II. pag. 517 & 519. Eandem Romæ effigiem exhibet Gemitus IV de Conſtitutione. Unus Calumniator exſcripſit calumniam alterius.

ipſius verba: (*l*) „Roma, ais illuſtriſſime „Domine, in præſenti rerum ſtatu potius „ſchiſma fieri, ac ſcindi Eccleſiam ſinet, „quam ut retexat aliquid & revocet. - - - „Ne quæſo dicamus, Romam nihil retracta„turam: ſed potius Roma, quoniam Conſti„tutio omnia religionis fundamenta convel„lit, palinodiam canet, cum alioqui deſine„ret eſſe Chriſtiana.“ Atqui Roma nondum in Conſtitutionis negotio quicquam retractavit; imo conſequentes quatuor Pontifices eam ſua iterum authoritate & ſententia confirmarunt: ergo *Roma non eſt amplius Chriſtiana.*

Roma denique, urbs illa a Catholicis tanto honore culta, modo non niſi *ſuperba Babylon* eſt. Cum autem libri non ſatis pares eſſent ſpargendæ ubique impiæ huic contumeliæ, Janſeniſtæ imagines æri inciſas vocarunt in ſubſidium: ſeipſos in quadam ejuſmodi imagine adverſus Romam digladiantes propoſuere, & in argumentum reportatæ de infelici hac urbe victoriæ imminens dimicantium capitibus lemma adſcripſere: *Cecidit ſuperba Babylon*: inſcriptionem hanc manu tenet Angelus, & ad tubæ ſonitum toti orbi nunciat: quaſi autem metuiſſent, ne Geneva tam ingenioſi partus gloriam ſibi tribueret, ſapientiſſimo conſilio exercitus ſui duces Janſenium, Arnaldum, Paſcalem & Queſnellum, adjecto quemque ſuo nomine denotarunt.

(*l*) pag. 7. & 8.

Hunc igitur in modum Roma ſuo gradu dejecta, prima Eccleſiæ J. C. ſedes amplius eſſe nequit: Conſtitutio *Unigenitus* ream, ac dignam reddidit, ut hoc ornamento & prærogativa ſpoliaretur: aliæ orbis Catholici Eccleſiæ ob id ipſum, quod huic Conſtitutioni ſuffragatæ fuerint, indignæ quoque effectæ ſunt, ut illius locum obtinerent: quid ergo conſilii cepere Janſeniſtæ? nempe ſedem hanc tranſtulere in Hollandiam: Ultrajectum modo eſt, quod *totam* repræſentat Eccleſiam: Ultrajectum, cujus commune fœdus Janſeniſtæ ambiunt: Ultrajectum, in cujus ſocietate perſeverare cupiunt. Neque arcanum eſt, quid illi machinati ſint in Gallia, ut cum ſchismatica hac Eccleſia communione jungerentur; eſt hoc unum e nominibus & cauſſis, S. Medardi Diaconum inter Divos referendi: En quid hac de re Scriptor vitæ ipſius: (*m*) „Anno 1726 Pariſius ſubſcripſit & „ipſe quoque epiſtolæ, quam plures Eccleſia-„ſtici communi nomine dedere ad Archiepi-„ſcopum Ultrajectinum, ut præter volunta-„tis in ipſum ſuæ ac obſervantiæ ſignificatio-„nem eidem aperirent, omnino ſibi in votis „eſſe, ad ejus communionem adjungi & con-„ſociari.“

Altero poſt anno Janſeniſtæ * Nannetenſes univerſi eadem de re ſcripſere ad novum ſuum

(*m*) Pag. 132. Edit. anni 1733.

(*) de Nantes.

ſuum Papam, Ultrajectinum Archiepiſcopum. Servatur in Bibliotheca regis exemplum hujus epiſtolæ, & quidem ipſius, qui ſcripti Author eſt, manu exaratum: En tibi excerptum quodpiam: (*n*) „non ego excuſo, Ampliſſi-„me Domine, confidentiam, quam, etſi ti-„bi incognitus, mihi ſumo ſcriptis te appel-„landi litteris, ac rogandi, ut in partem „communionis tuæ venire me ſinas, & viciſ-„ſim atteſter, nihil optare me magis, quam „ut eandem tecum, & cum illuſtri Canoni-„corum tuorum Collegio, quod veluti (*) „*totam repræſentat Eccleſiam*, per omnem „vitam conſervem; jus enim & munus mini-„ſtri JEſu Chriſti poſtulat, ut tueatur unita-„tem fidei, & arcte complectatur eos, quos

(S 4) „videt

(*n*) Commentarius IV de Conſiliis Janſeniſt. pag. 7.

(*) In Autographo eſt, *veluti totam tuam repræſentat Eccleſiam:* omiſſa hæc vocula *tuam*, quæ facile attentionem, oculum & calamum effugere potuit, argumentum præbuit utrique, & notitiarum Eccleſiaſticarum, & octo Epiſtolarum Scriptori, Authorem noſtrum acerbiſſimo ſale perfricandi, ac malignitatis & peſſimæ fidei arguendi. Sed æquiorem cenſuram feret Lector, ſi authoris in Appendice, quæ huic Tomo II ſubjungitur, Apologiam ſeu reſponſum ad octo Epiſtolas, de hac voculæ omiſſione ac calami aberratione legerit.

„videt ab ea injuſte (*) reſciſſos fuiſſe.“ Extrema epiſtolæ pars officioſæ ſubmiſſionis teſtificatio eſt, qua ſe Author ad Archiepiſcopi Schismatici pedes abjicit, & ut ſibi bene precetur, rogat. Subſcripto ipſius nomini caterva Janſeniſtarum, Doctores, Curiones, Sacerdotes, Monachi, Oratoriani &c. ſua & ipſi nomina ſubjiciunt, atque hanc epiſtolam ſuam faciunt his verbis: *Nos, qui manu noſtra ſubſcripſimus, adoptamus præſentem epiſtolam pro noſtra, & ad eandem nos ex toto conformamus.*

Trajectum itaque ad Rhenum prima hodie Eccleſiæ J. C. ſedes eſt: Trajectina Eccleſia eſt illa, quæ repræſentat totam Eccleſiam: cum hac in fide ac fœdere perſtandum eſt; reſcindendum autem omne vinculum cum Romana, quæ jam in *ſuperbam Babylonem* converſa eſt: porro in toto hoc negotio Hollandorum exemplum, & modum agendi cum Roma ſequi oportet; nam & hoc Janſeniſtæ ediſſerunt: (o) „Hollandorum agendi ratio „cum ſumma prudentia ac ſapientia conjuncta „eſt: curant illi res ſuas, & de Roma parum „laborant: ſi ad hos eorum mores etiam „ipſi noſtros componeremus, Roma plus ſa- „peret,

(*) Archiepiſcopi Ultrajectini a tribus Pontificibus anathemate percuſſi ſunt.
(o) Cauſſa Quesnelliana pag. 153.

„peret, nec tot ineptiis, & futilibus nugis „aures noſtras obtunderet.“ Fateor, hæc & ſimilia tam indigna eſſe, ut facile commovere ſtomachum, & omnem patientiam exhaurire poſſint: at duremus tamen, & æquo animo ſimus; multa enim adhuc alia ſuperſunt, quæ nobis devoranda erunt.

Articulus IV.

Janſeniſtæ mutant regimen Eccleſiæ, & in puram Ariſtocratiam convertunt.

Procuſa & obtruſa nobis Eccleſiæ definitione, quæ præcipua ejus capita, ipſamque ſubſtantiam immutant; deinde prima ejusdem Eccleſiæ Sede translata in Hollandiam, Janſeniſmo id adhuc agendum reſtabat, ut formam regiminis hujus ipſius Eccleſiæ inverteret; abſque eo foret, deſideraretur aliquid, quod ad executionem Burgofontani ſyſtematis pertinet. Sed ne hæc nos cura ſolicitet: Janſeniſtæ accuratiſſime ſuo fungentur officio, & ad litteram impoſitas ſibi partes implebunt. Nolunt novatores hi impoſterum pati, ut regimen Eccleſiæ temperatum admixta Ariſtocratia Monarchicum ſit: mere Ariſtocraticum, imo etiam Ariſto-Democraticum effingunt, quamvis nondum aperte profiteri auſi fuerint, hujus illud formæ ac generis eſſe. Ut tamen novo huic errori,

multisque aliis authoritatem afferre pergerent, librum vulgarunt, quem *Spiritum Gerſonii* inſcri ſere: frequens a me de illo mentio fiet: opportunum igitur eſt oſtendere: quam turpiter Janſenianus hujus operis Author tam fallaci titulo orbi imponat: eam in rem verum Gerſonii ſpiritum de argumento, quod hic in quæſtione verſatur, exponamus. En! quibus verbis ſua de forma gubernationis Eccleſiæ ſenſa exprimat.

(*p*) „Status Papalis, inquit, inſtitutus „eſt a Chriſto ſupernaturaliter & immediate, „tanquam Primatum habens *Monarchicum* & „Regalem in Eccleſiaſtica Hierarchia, ſecun„dum quem ſtatum unicum & ſupremum, Ec„cleſia militans dicitur una ſub Chriſto: quem „Primatum quisquis impugnare, vel dimi„nuere, vel alicui ſtatui particulari coæqua„re præſumit, ſi hoc pertinaciter faciat, hæ„reticus eſt, ſchismaticus, impius atque „ſacrilegus; cadit enim in hæreſin toties ex„preſſe damnatam a principio naſcentis Ec„cleſiæ uſque hodie, tam per inſtitutionem „Chriſti de principatu Petri ſuper alios Apo„ſtolos, quam per traditionem totius Eccle-

„ſiæ

(*p*) Gerſon (T. II. operum P. IV. Tractatu de Statibus Eccleſiaſticis conſiderat. I. col. 529, Edit. Hagæ Comitum a. 1728 ſtudio & opera Ludov. Ellies du Pin) citatus ab Epiſcopis Galliæ in Epiſtola de Conſultatione Advocatorum a. 1728 pag. 31.

„ſiæ in ſacris elogiis ſuis, & generalibus Con-„ciliis.“ Hunc in modum de *Monarchica* ac *Regali* dignitate *ſupremi* Eccleſiæ *capitis* loquitur Gerſonius; hic ergo *verus Spiritus* Gerſonii eſt. Ecce autem, quem ipſi Spiritum, quæ ſenſa affingant Janſeniſtæ! (*q*) Status & gubernatio Eccleſiæ prorſus alia non eſt, quam pura & vera ariſtocratia, moderante rerum procurationem capite aliquo Miniſteriali, quod JEſus Chriſtus inſtituit, ut tueatur, ac ſimul deſignet unitatem Eccleſiæ. Author *Spiritus Gerſonii* hanc ſententiam ratiocinatione firmat, quam adhibere nunquam certe in mentem veniſſet Gerſonio: (*r*) „Deus, ait ille, Epiſcopos præfecit gu-„bernandæ Eccleſiæ: ergo Epiſcopi proxime „poteſtatem ſuam a Deo obtinent: ergo eti-„am gubernatio Eccleſiæ ariſtocratica eſt. Vi-„den, ſubjungit, quomodo legitime, & ut „par eſt, ratiocinari oporteat.“ Cum hæc argumentandi ratio, quæ de pura Ariſtocratia accipienda eſt, cum Dialecticæ præceptis, prorſus conciliari non poſſit, ſaltem perfecte conſentanea eſt conſilio invertendi formam ac modum gubernandi Eccleſiam.

Arti-

(*q*) Spiritus Gerſonii pag. 51. (*r*) ibid. pag. 125.

Articulus V.

Janſeniſtæ deſtruunt Authoritatem Summi Pontificis.

Catholicorum ſenſus ac doctrina eſt, JEſum Chriſtum ſibi in terris ſubſtituiſſe Vicarium, qui aſpectabile caput eſſet univerſæ Eccleſiæ, eique plenitudinem poteſtatis contuliſſe. Omnes Fideles, nullo excepto, religione teneri ſe credunt, ut omnem cultum ac venerationem habeant (& habent etiam) huic Capiti, tanquam debitam homini, qui ipſius JEſu Chriſti perſonam in terris proxime gerit: auſcultant, & obſequuntur ipſius voci, tanquam primi Paſtoris gregis Domini: *hunc ſtatum quisquis impugnare, vel diminuere, vel alicui ſtatui particulari coæquare præſumit, ſi hoc pertinaciter faciat, hæreticus eſt, ſchismaticus, impius atque ſacrilegus.* At dum ſic diſſerit, & ſenſa animi promit Gerſonius, nullius amplius apud Janſeniſtas fidei, nullius authoritatis eſt: ratum illis eſt evertere omnem hunc pulchrum ordinem, quem Chriſtus induxit, ac perennem eſſe voluit. Examinemus rem iſtam, ac premamus ipſorum veſtigia.

§. I.

§. I.

Janſeniſtæ ſpoliant ſummum Pontificem proprio ipſi ornamento Aſpectabilis Capitis Univerſalis Eccleſiæ.

Summus Pontifex Janſeniſtis non niſi *Caput in Eccleſia* eſt: hanc illi cantilenam unanimi omnes voce concinunt: præcinuit eandem centum circiter & quadraginta abhinc annis Vigorius: (*s*) *Papa*, docet is, *potius eſt Caput in Eccleſia, quam Caput Eccleſiæ.* Unde id quidem largiuntur Pontifici, quod authoritatem obtineat *in tota Eccleſia*, non autem in totam Eccleſiam: (*t*) „magnum, inquiunt, diſcrimen eſt inter hunc „eloquendi modum: Papa authoritate valet in tota Eccleſia; & hunc alterum: „Papa authoritate valet in totam Eccleſiam: prior ille æquus eſt & legitimus: „alteri - - - - manifeſtus error ineſt; Gerſonius etiam hæreſin eo contineri diceret. „Hæc phraſis, quæ Papam præeſſe vellet Eccleſiæ, & hoc ipſo, illum ſupra hanc attollendo, omnium Epiſcoporum authoritatem „invaderet, authorem alium, quam ultramontanum aliquem, aut immodicum aulæ „Romanæ Præconem & aſſentatorem habere „non poteſt.“

Car-

(*s*) pag. 110.

(*t*) Veritas toti mundo conſpicua reddita &c. T. I. pag. 135.

Cardinales itaque, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, regis congregati, ut ſententiam ſuam de juſſu conſultatione Advocatorum dicerent, *Ultramontani, & immodici Aulæ Romanæ aſſentatores* fuere, cum profiterentur, (*u*) *quemlibet Epiſcopum inter primas & præcipuas officii ſui partes cenſere, ut Papam tanquam Superiorem ſuum revereantur, & eidem jurati obedientiam ſpondeant* &c. Atqui hoc eſt profiteri, Papam nomine & titulo Papæ poteſtatem in totam Eccleſiam obtinere. Porro an illi non eodem jure Ultramontani ſunt, cum in damnata à ſe hac Advocatorum phraſi, *Papa Caput viſibile in Eccleſia*, venenum, quo imbuta eſt, his verbis ob oculos ponunt: (*x*) *hac nomenclatione Papa æquatur cum quovis alio Epiſcopo, qui cum in Eccleſia ſua peculiari caput viſibile ſit, æque Caput viſibile in Eccleſia appellari poſſet.* Et ex hac Epiſcoporum obſervatione intelligant Novatores, iniquiſſimo ſemper animo ferre Epiſcopos Catholicos, ſi authoritatem Epiſcopalem cum detrimento authoritatis Summi Pontificis intempeſtive ac præpoſtere augeant atque amplificent.

§. II.

(*u*) Litteræ Cardinal. Archiepiſc. &c. pag. 34.
(*x*) ibid. pag. 35.

§. II.

Janſeniſtæ plenitudini poteſtatis, quam Chriſtus Summo Pontifici contulit, arctos limites circumſcribunt.

Novatoribus noſtris ſatis non eſt, Pontifici detrahere ambitum & latitudinem ſuæ poteſtatis, dum non aliam ipſi authoritatem permittunt, quam *in Eccleſia*; ſed etiam plenitudini poteſtatis, quam JEſus Chriſtus ipſi impertitus eſt, anguſtos admodum limites ſtatuunt. Boſſuetus Meldenſis Epiſcopus, cujus doctrinam in ſua Epiſtola laudant & pro ſua adoptant hi, quos dixi Præſules, *pro dignitate argumenti* iisdem teſtibus explanat id, quod ad plenitudinem poteſtatis, quæ Sanctæ Petri Sedi collata eſt, pertinet: (y) „Poteſtas, ait is, collata pluribus (a JEſu „Chriſto Apoſtolis) in ipſa partitione, qua „in plures diviſa eſt, præfefert & oſtendit li„mites, qui ipſi conſtituti ſunt: poteſtas au„tem uni ſoli (S. Petro) & ſuper omnia, & „ſine ulla exceptione collata, plenitudinem „ſecum fert, quæ, cum in partes eam diſtra„here, & cum ullo alio partiri neceſſarium „non ſit, non aliis continetur finibus, quàm „quos jura & leges præſcribunt.“ Hanc autem doctrinam Janſeniſtæ abſolute improbant &

(y ibid. pag. 36.

& rejiciunt: ſententia ipſorum eſt, poteſtatem Pontificum ſola populorum credulitate, tanquam fundamento niti: hoc impium dogma Poetarum quidam e Factione duobus gallicis verſiculis complexus eſt, qui his duobus latinis reddi poſſunt:

(z) „Quam tribuit Papis inſcitia, tota poteſtas
„A ſola populi credulitate venit.“

His poeticis modis ac numeris ultimos ſenſus exprimunt morientis Montis Peſſulani Epiſcopi. Sed non minus in ſoluta, quam ligata oratione hæc poteſtatis plenitudo ultro a Papis ſibi arrogata, & imaginaria eſt; hoc honoris vocabulo illam ornat Author *Spiritus Gerſonii:* (*a*) *Videamus ergo*, ait, *quinam ſint legitimi fines hujus arrogatæ plenitudinis poteſtatis.*

Janſeniſtis itaque Authoribus, ſupremus Eccleſiæ Antiſtes nil aliud eſt, quam honeſtus Adminiſter fungens vices populi, qui, qualem congruum & opportunum judicat, authori-

(z) Verſiculi Gallici ad verbum ſic habent: „Papæ non ſunt id, quod de iis rudis po„pulus cenſet: hujus credulitas omnem „illorum poteſtatem efficit.“ In Parodia de morte Epiſcopi Montis Peſſulani, Scena Ult. Mithridatis &c. inſcripta Epiſcopo * * *

(*a*) pag. 42.

thoritatis illi modum ac gradum aſſignat; eandem ipſi pro arbitratu ſuo abrogat, certamque hujus adminiſtrationis normam ac leges præſcribit. (*b*) „ JEſus Chriſtus, ajunt, „poſtquam ſemel primum Paſtorem miniſte„rialem deſignaverat, gregi ſuo eligendi ipſius „ſucceſſores, inque eorum dotes inquirendi „jus ac poteſtatem dedit, ita quidem, ut, cum „Miniſterialis hic Paſtor omnem ſuam pote„ſtatem obtineat a grege, qui jure a Deo ſibi „conceſſo illum deligit, hic ipſe grex non „tantum nactus ſit jus & authoritatem Pa„ſtori ſuo rerum agendarum ac gubernationis „formam inviolatis ſanctionibus præfiniendi, „ſed etiam ipſum redigendi in ordinem, & „exautoratum omni hac poteſtate ſpoliandi.„

Denique malunt hi Novatores vim inferre ſanæ rationi, aut potius ipſum JEſum Chriſtum impio bello aggredi, quam ſumta contra ſummum Pontificem arma ponere. JEſus Chriſtus voluit, ut Paſtor eſſet dux gregis; at contra Janſeniſtæ ſtatuunt, ut grex ſit dux Paſtoris: in partem a J. C. deſtinatam gregi, ceſſit præſtanda Paſtori ſubmiſſio; Janſeniſtæ inverſo nativo ordine jubent, ut (*c*) *Papa ſit ſubjectus Eccleſiæ, non Eccleſia ſubjecta Papæ. Eccleſia* autem, *grex*, *populus Chriſtianus*, *electi*, verba ac nomina ſynony-

(*b*) ibid. pag. 77. (*c*) Veritas ſenſibilis reddita &c. T. I. pag. 135.

ma ſunt, quibus in ipſorum phraſeologiis eadem vis ac notio eſt: hujus obſervationis nunquam obliviſcamur oportet.

§. III.

Janſeniſtæ eo more ac modo ſe gerunt erga Summum Pontificem, quo ante ipſos erga eundem ſe geſſere hæretici.

Catholici inter præcipua religionis officia habent, ſacram Vicarii J. C. perſonam ſumma veneratione atque obſervantia proſequi. Janſeniſticæ inſolentiæ ſpecimina, quæ hic meis ſe oculis objiciunt, tam horrenda ſunt, ut verear hanc materiam mihi tractandam ſumere: perſtringamus rem ſaltem curſim & obiter. Janſeniſtæ nullam omnino ſibi occaſionem elabi ſinunt, Papam accipiendi contumelioſiſſime, & in ſummum contemptum adducendi: (*d*) *Reverendus Pater Patricius*, *ſua Reverentia*, *Dominus Olibrius* aſcititiorum nominum quædam ſunt, quibus in arcano inter ſe commercio varios Pontifices denotant. Præcipue Clemens XI. ultimis his temporibus meta fuit, quam furoris ſui telis peterent: homo hic eſt, qui ad Concilii tribunal in jus rapiendus erat: (*e*) „honor & ſecuritas Eccle-„ſiæ

(*d*) Cauſſa Quesnelliana pag. 320. (*e*) Teſtimonium Veritatis pag. 273.

„ſiæ poſtulabant, ut Clementem XI deferre-„mus ad Concilium Oecumenicum, & ex „omni juris forma judicio perſequeremur: „nullus unquam Pontifex perinde, ac ille, id „commeruit: Et fortaſſis, ſi res ita geſta „fuiſſet, Roma multum de ferocia ſua remi-„ſiſſet.“ Homo hic eſt, qui cupit populos ludificare ac fallere, nec ſinu gerit cor Paſtoris ſed tigridis. Equidem proterva ac ſceleſta hæc verba non olent unctionem *obſervationum moralium*; ex earum tamen Authoris calamo fluunt: (*f*) (*) *Breve Papæ ad Regem* (ex occaſione famoſi caſus conſcientiæ) *Succeſſore S. Petri indignum cenſetur, & parum convenit Clementis lacrymis, quibus populis fucum facere vult. - - - Hoc Breve potius exhibet cor Tigridis, quam Paſtoris, a quo oves ſuæ amore paſcendæ ſunt.*

Porro magno huic Pontifici anathema dicere, eſt Deo honorem reddere:

(T 2) (*g*)

(*f*) Cauſſa Queſnelliana, pag. 144.

(*) Breve hoc datum eſt 13 Febr. 1703, & extat in Actis Conciliorum Edit. reg. Harduini T. XI. col. 160, præter alias duas Epiſtolas Apoſtolicas de eodem argumento Caſus Conſcientiæ. *Interpres.*

(g) *„Dic centies anathema*
„Et Bullæ & Authori;
„Hinc centies anathema
„Clementi Corruptori.

Epitaphium, quod eidem Pontifici latinis ipſi verbis contexuere, non poteſt non Lectorem, ſi animo ſit vel parum religioni addicto, juſta indignatione accendere. En furoris ipſorum monumentum!

Hic jacet Pontifex maximus,
A vermibus terræ conſumendus in tumulo,
A vermibus Eccleſiæ jam conſumptus
In Throno.
Hic jacet antiquitatis venerandæ
Deprædator barbarus,
Profanæ novitatis protector indefeſſus.
Hic jacet Thomiſticæ doctrinæ deshonorator,
Pravitatis moliniſticæ religioſus
Suffultor.
Hic jacet ſacrarum Eccleſiæ libertatum adverſator aſſiduus,

Præ-

(g) Illuſtrationes Ludi Conſtitutionis. Quatuor autem verſiculi Gallici ad verbum latine redditi, ſunt iſti: *Centies dices Anathema tam Bullæ quam Authori*: *ergo Clementi Prævaricatori Anathema, Anathema.*

Pravorum Curiæ Romanæ privilegiorum
Reparator obſirmatus.
Hic jacet hæreticitatis imaginariæ
Hoſtis infenſiſſimus,
Realis ac veræ defenſor acerrimus.
Hic jacet Epiſcoporum Magiſtratulus,
Jeſuitarum Pater,
Eccleſiæ univerſalis Tyrannus.
Hic jacet Eſau. Evincat Jacob.
Goliath hic jacet. Triumphet David.
Hic tandem jacet Clemens Undecimus,
Dixiſſem melius, Clemens inclementiſſimus.
O Viator tranſi, ſi ſis Epiſcopus, ne te conterat;
Si ſimplex Fidelis, ne te corrumpat;
Si ſis Jeſuita, ſta, ſle, hic jace.
Utinam & in æternum jaceas, totaque tecum
Societas. (*)

Nemo ſibi unquam perſuadeat, humanum ingenium par eſſe excogitandæ majori inſolentiæ, quæ indignitate & atrocitate ſua vel ipſas has, quas modo commemoravi, horrendas injurias ſuperet, niſi rem ſecus habe-

(*) Epitaphium hoc cuſum eſt Gratianopoli ſub annum 1721, in aliquo Janſeniſtarum conventu, cui intererant Buteilius Curio ad S. Ludovici, P. Aillotus ex Oratorio, P. Albepierrius Minimus, & plures Jacobini &c. Quinam autem in Gallia vocentur Minimi, quinam Jacobini, eruditus Lector ignorare non poteſt.

re, documenta & exempla ſuppeditaret hæreſis. Janſeniſtæ itaque non intra hos ſe fines continuere: a Lutheranis mutuum ſumpſere modum, expreſſius repræſentandi ſpiritum, quo in ſummum Pontificem animati eſſent. Lutherus cum maxime fureret, fronti libri ſui, quem *Papatum Romanum a Sathana conditum* inſcripſit, cælatam ſcalpro imaginem præfixit, in qua Papa a Diabolis raptabatur in tartara. Inventio hæc Janſeniſtis tam ingenioſa, tam apta ad ſuſtinendam cauſam ſuam viſa eſt, ut eandem, quamvis paulo minus impolita & craſſa minerva ſibi imitandam exiſtimarent. Earum imaginum, quas ære excudi curarunt, unam hoc temporis veſtigio præ oculis habeo, in qua Papa Clemens XI non a Dæmonibus, ſed a Cardinalibus Albano, Paulucio, Fabrono, & Ptolomæo deportatur ad inferos: iter illuc eſt inter geminas ſtantium utrinque Jeſuitarum ſeries: dæmones inter flammas feſtivis ſuis geſtibus ſingulare teſtantur deſiderium illum inter ſuos recipiendi: ſupra inferos inter nubes Queſnellus viſitur, exceptis vitro cauſtico radiis liquans cereas alas Icari, qui pronus in caput & manu Bullam *Unigenitus* præferens, præceps ad tartara abit: ad calcem imaginis hæc inſcriptio eſt: *Sors Conſtitutionis Unigenitus*. Quodſi Janſeniſtarum Coryphæos horum, & tot aliorum, quæ tacitus prætereo, impiorum factorum non pudeat, forſitan illis, quos in errores ſuos pelliciunt, digna videbuntur, de quibus ſalubri conſilio

eru-

erubeſcant: hæc una me ſpes in deſcribendis deteſtabilium harum rerum exemplis ſuſtentat. Pergamus igitur, & ſperemus, fore, ut Deus moleſto huic labori aſpirare dignetur.

§. IV.

Janſeniſtæ docent Fideles, omne obſequium Pontifici recuſare.

Quæ hucusque a Janſeniſtis contra dignitatem & authoritatem ſummi Pontificis, debitamque ipſi venerationem tentari ac geri vidimus, præparationis duntaxat locum habent ad id certius ac firmius conſtituendum, quod ipſis omnium maxime cordi eſt. Quamdiu Fideles obedient Jeſu Chriſti Vicario, Secta nullos progreſſus faciet: id jam Burgofonte prævifum eſt: ergò evellendus eſt ex animis Fidelium hic obedientiæ Spiritus, qui ſolus eos defendere, ac incolumes ſervare poteſt a caſſibus & inſidiis, quæ ipſorum fidei ſtruuntur: quomodo autem hi Novatores in præcipuo hoc ſyſtematis ſui capite negotium ſuum egerint, modo examinandum eſt.

Quotidiano uſu receptum apud ipſos principium eſt, *obedientiam* & *ſubmiſſionem* erga Pontificem grandia verba eſſe, maxime apta ad offundendum ſimplicium oculis caliginem. Optimum factu erit, ſi hac de re ipſoſmet

met loquentes audiamus: (*b*) „Fideles, in„quiunt, ne ſibi perſtringi oculos ſinant gran„dibus illis nominibus obedientiæ & ſubmiſ„ſionis erga Pontificem, quorum uſus eſt ad „ſimplices in errorem inducendos, & cœca „animorum directione affigendos conſtitutio„ni, cujus malum non ſatis agnoſcunt.“ Poſt hoc exordium deſcendunt ad peculiaria, & in omnibus, quicunque cogitari poſſunt, eventibus Fideles lege obedientiæ erga Pontificem ſolutos pronunciant.

Et 1. quidem nolunt, ut Pontifici, ut Pontifici, & in ſua perſona conſiderato, obedientia præſtetur. Et cur? non ex eo ſolum, quod (*i*) *Papa ut Papa in ſua ipſe perſona infallibilis non ſit*: multo ſpecioſiorem illi negandi hujus obſequii rationem afferunt: (*k*) *Quo jure*, interrogat quidam ex eorum Scriptoribus, qui in formam catechiſmi pro populo librum ſuum elucubratus eſt, *quo jure poſſet quis rejicere præcepta aut doctrinam Papæ & ſuorum Superiorum? Reſponſio. Eo, quod oporteat magis obedire Deo, quam hominibus, ad quemcunque hi dignitatis atque authoritatis gradum evecti ſint.* Unde dogma JEſu Chriſti, *qui vos audit, me audit*, qui vobis obedit, mihi obedit, nulli amplius in nova

(*b*) Veritas reddita ſenſibilis &c. T. II. pag. 240.
(*i*) Spiritus Gerſ. pag. 235.
(*k*) Veritas redd. ſenſib. T. I. pag. 147.

nova Secta uſui eſt; & reipſa non eſt hodie muliercula Janſeniſtica, quæ non rebellionem ſuam contra Eccleſiam inepta hac & fatua argumentatione tueatur: oportet DEO magis obedire quam hominibus; ergo prudendi conſilio obtemperare renuo Papæ & aliis meis Superioribus, a quibus intentata etiam anathematis pœna Bullam Unigenitus recipere jubeor.

2. Obediri nolunt hi Novatores Pontifici, dum loquitur & decernit quidpiam tanquam dux agmini ſeu Caput Corporis, id eſt, maximi numeri Paſtorum & Præſulum, qui per varias mundi plagas diſperſi ſunt: hanc autem ſuam in neganda obedientia pervicaciam duabus rationibus firmant: prior eſt, quod (*l*) *infallibilitas ſoli Eccleſiæ legitime in nomine J. C. congregatæ data ſit*: hoc argumento magna Sectæ pars repugnantiæ ſuæ patrocinatur; reliqui aliis verbis eandem rem ac rebellem ſenſum ſuum ſignificant: fatentur hi quidem, judicium Papæ etiam extra Concilium infallibile eſſe poſſe; ſed ut huic infallibilitati locus ſit, præter alias conditiones & illam requirunt, ut ejusmodi judicio (*m*) *omnes orbis Epiſcopi expreſſe conſentiant, ſuoque ſinguli chirographo ſuffragentur.* Poſteriori huic deciſioni magnum pondus addidit

 didit

(l) Spiritus Gerſonii pag. 235. (m) Verités rendues ſenſib. *T.* II. pag. 36.

didit Epiſcopus Montis Peſſulani, dum in ſua ad regem epiſtola contendit, (*n*) „maximam, „quæ ſub aſpectum cadat, cuique manus dari „neceſſe ſit, authoritatem eſſe, quæ in toto „Paſtorum corpore reſidet; non autem ſem- „per illam, quam facit notabilior eorum pars, „etiam, cum Papam conſiſtentem in fronte, „& ſe præeuntem ſequitur.“ Ex geminis his principiis, quorum unum non altero mi- nus efficaciter a præſtanda, quæ Papæ cum Paſtoribus conjuncto debetur, obedientia exi- mit, alterutrum eligendi optio eſt, & inte- rea, dum *legitimum* Eccleſiæ *Concilium* ce- lebretur, aut *omnes mundi Epiſcopi* judicio Pontificis ſubſcribant, impune ac liberum cui- que erit, credere id, quod collibitum fue- rit. Altera ratio, quam ad recuſandam eo- dem in caſu obedientiam Janſeniſtæ ſubmini- ſtrant, ſingulari attentione ponderari digna eſt, utpote quæ proximius & directius, quam prior, ad Burgofontanum ſyſtema ſe refert. Conſectarium illa quoddam eſt ex abuſu, quo hi Novatores ſententiam, quæ infallibilitati Pontificis adverſatur, in rem ſuam adhibent. Unum e capitibus veritatis Catholicæ eſt, Papam errare non poſſe, quando judicium fert una cum corpore Paſtorum, ſive hi in- ter ſe ſejuncti, ſive in Concilio collecti ſint; absque hoc foret, nullum extaret infallibile tribu-

(*n*) Epiſtola ad regem data 31. Dec. 1729, ex occaſione Lectionum de rebus geſtis S. [illegible] VII [illegible]. 12.

tribunal, quod ſemper in Eccleſia perſiſteret: utrum perſona Papæ in ſeipſa ſit, vel non ſit infallibilis, quæſtio eſt, quæ ad opiniones ſcholarum pertinet, nec cum infallibilitate Corporis Eccleſiæ docentis, Capiti ſuo conjuncti, aliquid commune habet.

Jam commemoravi alibi, Burgofonte ſtatutum fuiſſe, ut acribus ſcriptis inceſſeretur infallibilitas Pontificis; item Janſeniſtas præcipuum emolumentum, quod inde in rem ſuam traherent, in eo poſuiſſe, ut ad invadendam ipſius Eccleſiæ infallibilitatem ſibi viam munirent. Et hic jam locus eſt, ubi occultum hoc conſilium ex involucris ſuis ſe evolvere incipit.

Nam, cedo, cur nolunt Janſeniſtæ, ut obtemperetur Pontifici, dum conjunctim cum Epiſcopis, iisque numeroſiſſimis aliquid conſtituit? Nempe in ejusmodi caſu obedire, e. g. ſe conſtitutioni ſubjicere, idem foret, ac infallibilitatem Pontificis ſuo ſuffragio comprobare: (*o*) „Palam eſt, inquiunt, huic „nos interdicto (de non tradendis centum „& una propoſitionibus) parere non poſſe, „quin una infallibilitatem profiteamur, utpo„te quæ una juris titulus eſt, quem habet „Papa hoc interdictum edendi.“ Addit Mon„tis Peſſulani Epiſcopus, niſi obſiſtatur (*p*) *Bullæ*

(*o*) Everſio Libertatum &c. *T. I.* pag. 137. (*p*) In Epiſtola ad regem menſe Januario 1721 pag. 6.

Bullæ, quæ veritati Evangelicæ conſentanea non eſt - - - rem eo adductum iri, - - - ut cæco ſenſu & animo omnes Curiæ Romanæ deciſiones admittantur, ipſoque uſu infallibilitas, quam ſibi arrogat, eidem addicatur. Attamen hanc Bullam admiſere Epiſcopi; an non ex hoc tempore ad exemplum eorum obediendum, & illa recipienda eſt? Recipiendam eſſe omnium Catholicorum conſentiens vox & ſenſus eſt: at valide reclamant Janſeniſtæ, ac negant recipiendam eſſe; ideo, quia omnes ſeu intra, ſeu extra Galliam Epiſcopi ex alia ratione illam non recipiunt, quam quod perſuaſum ipſis ſit, Pontificem errandi periculo ſubjectum non eſſe; Ex quo hi Novatores perſpicua ſane conſecutione inferunt, hanc profectam ab Epiſcopis Bullæ acceptionem pro nihilo omnino ducendam eſſe. Eja, juvat eosmet ipſos audire, quid primo de Epiſcopis non Gallicanis, deinde de Galliæ Epiſcopis mentiantur.

De eo igitur hi Novatores primo loco laborant, ut, quibus ſe oppreſſos vident, ſuffragia Epiſcoporum Italiæ, Germaniæ, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Poloniæ, Hungariæ, Belgii &c., qui omnes cenſuere, Conſtitutionem recipiendam eſſe, & eam reipſa receperunt, infirment, & in irritum redigant: id autem efficiendi facilis labor eſt; ſatis enim ad id erit aſſerere, Papam errare poſſe, & deinde cum **Janſeniſtis libero ore profiteri:**

(*q*) „quod ad nos attinet, ſufficit nobis di-„cere, Bullam ab externis Epiſcopis, quin „res rite circumſpicerent, & legitimas ratio-„nes ſubducerent, acceptam & comproba-„tam fuiſſe, eo nimirum nixis principio, Pa-„pam infallibilem eſſe.“ Ergo eorum ſuffragia flocci pendenda ſint: demonſtratione hac non alia aptior eſt ad obterenda funditus argumenta, quæ ex hac Epiſcoporum ſuffragatione duci poſſent: Sponſores ejus rei & teſtes ſe offerunt Domini 50 advocati: (*r*) „omnia argumenta, ajunt, ſumpta ex eo, „quod externi quidam Præſules, iique exi-„guo numero, & quidem ſuſpecta admodum „forma, Bullam receperint, eo valent, ut „demonſtrent veritatem, quæ penitus elidit „omnia illa conſectaria, quæ ex his receptio-„nibus exſculpendi vanus quorundam cona-„tus eſt, hoc ipſo, quod ex iis evidenter pa-„teat, plerorumque horum Præſulum decla-„rationes uni de infallibilitate Pontificis opi-„nioni inniti.“ Ita illi: ſed ne morentur nos hæ duæ voculæ *exiguo numero*, quibus Domini Advocati omnes extra Galliam Epiſcopos denotant: nempe figura eſt, quam ſæpe apertis æquivocationum hoſtibus permitti oportet: diſſimulemus etiam & hæc verba *ſuſpecta admodum forma*; quo enim jure & lege

(*q*) Everſio libert. &c. T. I. pag. 137. (*r*) Conſultatio &c. de Concilio * Ebredunenſi pag. 24.

(*) l' Embrun.

lege ſcire tenentur hi Domini æquum ferre judicium de legitima forma documenti cujusdam ac teſtimonii publici in cauſſa, quæ mere ſacra eſt? Ad id unum referamus animum, quod omnium Epiſcoporum extra Galliam ſuffragia enerventur penitus, atque irrita reddantur propterea, quod, ut cauſſantur, omnes illi ſtent ab opinione de infallibilitate Pontificis, atque huic acquieſcentes principio, ſuum de Conſtitutione judicium interponant.

Sed an non ſaltem Epiſcopi Galliæ ab hac obtrectatione immunes erunt? nihilo magis, quam alii. Ut Janſeniſtæ eorum aſſenſioni & ſtudio, quo Conſtitutionem amplexi ſunt, omnem vim adimant, hunc ipſum aſſenſum & ſtudium imbutis hac opinione, de infallibilitate Pontificis, eorum animis adſcribunt; ex quo inferunt, ipſorum ſuffragia vana & inania habenda eſſe. En! quid hac de re Groſius Author *Everſionis libertatum Gallicanæ Eccleſiæ per conſtitutionem*, quid Domini quinquaginta Advocati ſentiant: Prior, dum recepta ab his Præſulibus in Comitiis a. 1714 conſtitutione loquitur, pro certo affirmat, (s) *Papam, ſi non animo, certe re & uſu ab ipſis infallibilem cenſeri*: proinde quo loco ipſorum judicium & aſſenſio numeranda erit? Advocati ſingulari mentis acie &

(s) T. II. pag. 20.

& perſpicaciæ vi ſua hac de re ſenſa exponunt: dum de omnibus Galliæ Epiſcopis, qui conſtitutioni ſuffragati ſunt, ſermo eſt, (*t*) „Eo, inquiunt, metu, quo hi Epiſcopi correpti erant, aliquid ultra S. Sedis cenſuram „ſtatuendi, inviti etiam arcanum hujus ſuffragationis ſuæ incitamentum nobis manifeſtant, quod non aliud eſſe poteſt, quam „perſuaſio de infallibilitate Pontificis. - - - „At talis ſuffragationis nulla ratio „habenda eſt."

Enimvero nil perſpicuum magis his verbis: Omnes & intra & extra Galliam Epiſcopi, præter pauciſſimos, una cum Pontifice damnant *obſervationes morales* Queſnelli: verum *nihili faciendam eſſe* ipſorum deciſionem, pronunciant Janſeniſtæ; quoniam *infallibilitatem Papæ ſibi perſuaſam habent*. Belle! hoc principio ſemper omnes Eccleſiæ diſperſæ, quantumcunque cum Capite ſuo conjuncta ſit, deciſiones certiſſime eludentur. Planum igitur & apertum eſt, Janſeniſtas, cum ſolius Pontificis infallibilitatem impugnare ſe ſimulant, infallibilitati etiam totius Eccleſiæ perniciem moliri, atque conari, Fidelibus omnium ipſius deciſionum contemptum ingenerare. Et hoc ipſiſſimum eſt, quod Burgofonte præſcriptum fuit.

3. Si

(*t*) Conſultatio cit, pag. 28.

3. Si contingeret, Conſtitutionem quandam Pontificis a tota Eccleſia ita recipi, ut ipſimet Janſeniſtæ fateri cogerentur, omnino legitime, & ad omnem Canonum normam receptam eſſe, an non tum illa fidei regula foret, omnesque tenerentur obedire Papæ, & cum tota Eccleſia conditæ ab ipſo Conſtitutioni ſe ſubmittere? Plane, ſi hic caſus incidat, ægerrime puto tum obſequium ſummo Pontifici recuſari poſſe. Janſeniſtis tamen in hoc negotiorum genere omnia facilia ac plana ſunt: ipſimet hunc caſum in quæſtionem adducunt, & his verbis expediunt: (*u*) „Interrogatio: „ſi Conſtitutio legitime reciperetur a tota „Eccleſia, an non tum credendi regula „foret? Reſponſio: nequaquam, etiam ſi tota „eam Eccleſia legitime reciperet, quod tamen „fieri non poteſt, quandoquidem hoc Con„ſtitutionis opus ſanæ doctrinæ prorſus con„trarium eſt.“ Lectori jam liberum eſto, titulum huic deciſioni ac notam adſcribere, quam meretur, atque ea colligere, quæ ex illa conſequuntur.

4. Facile accidere poſſet, ut inter Janſeniſmi Neophytos eſſent religioſiores aliqui, quibus, ſeu quod ad belli Janſeniſtici diſciplinam nondum ſatis eruditi ſint, ſive quod aliquas Chriſtianæ inſtitutionis reliquias adhuc animo

(*u*) Veritas reddita ſenſib, &c, *T*. II. pag. 113.

animo conſervent, tam cruda & aſpera, contra debitam univerſali gregis JEſu Chriſti Paſtori reverentiam, dogmata non probarentur. Sed quam providi ſunt Janſeniſtæ! proſpiciunt omnia, & omnium ſe aptant indoli & moribus, ut omnes, ſi fieri poſſit, Fideles pervertant. Horum igitur religioſiorum gratia, cum quibus circumſpectius agendum ſibi vident, alium uſurpant verborum modum, & ob id, quod mos gerendus ſit Chriſto & Eccleſiæ, Pontificis & Epiſcoporum (Nam ex eorum ſenſu Eccleſia a Pontifice & Epiſcopis maxime differt: cujus facti ab ipſis diſcriminis nulla nimis frequens recordatio eſſe poteſt) Pontificis inquam, & Epiſcoporum imperia illos detrectare docent. *Teſtimonium Veritatis* (liber ex conſtituto ipſi a Factione pretio totus aureus) ſchola eſt, in qua Janſeniſmus ſuas de novo hoc obedientiæ genere præceptiones tradit. (*) „Refragari igitur, ait is, & obniti Conſtitutioni non „eſt amplius pertinax imperii neglectus, ſed „neceſſarium obſequium, quod mandato JE„ſu Chriſto, quo nos ſibi abſolute, & ſine „exceptione obedire jubet, præſtandum eſt.“ Quam hæc ſingularis mandata JEſu Chriſti implendi ratio eſt? Si hi Novatores alia præcepta ad hunc eundem modum exequantur, quid de eorum religione & moribus tandem ſentientum erit? Sed abrumpamus ſermonem de tam monſtroſis erroribus, quibus ſingillatim recenſendis finem non reperiam.

(*) Ibidem pag. 319.

§. V.

Janſeniſtæ aſſuefaciunt Fideles huic errori, quod appellare ad futurum Concilium, in materia fidei, non modo jas, ſed & neceſſarium ſit.

Infallibilitatem ajunt Janſeniſtæ, ſolisConciliis Generalibus promiſſam eſſe: ergo a deciſionibus S. Sedis, quamvis iisdem Epiſcopi ſuffragati fuerint, in materia fidei ad futurum Concilium appellari poteſt. Hæc conſecutio, quantumcunque Schismati faveat, nihil horroris movet his Novatoribus: deſtruit ea infallibilitatem Eccleſiæ diſperſæ; at hoc ipſum eſt, quod illi ſpectant & cupiunt: ingenti illam librorum numero obtruſere oculis & animis, ac denique in mores induxere, prout Burgofonte conſtitutum fuerat, uti dicam paulo poſt: hoc loco ſatis ſit commemorare, quomodo conentur id efficere, ut hominum animi ipſo uſu ác conſuetudine ad appellationem hanc, cujus exemplum ſoli dedere hæretici, obdureſcant, eamque placide ac tranquille intueantur. Ut id conſequantur, non alio ipſis labore conſtat, quam ut ex principiis, quæ ſtatuerunt, ea, quæ conſectaria ſunt, colligant. Aures igitur præbeamus loquentibus hac de re Authoribus, quibus unis me uſurum fore profeſſus ſum.

Au-

Authoris *Spiritus Gerſonii* hæc verba ſunt (*y*): „Papæ, ut ajebam, præcipue in „abolenda Concilia incumbunt, quia in iis dun„taxat ſuperius ipſorum authoritate tribunal „eſt; cumque obfirmaverint animum ea nun„quam convocare, niſi ad id adigantur, ut „demum omnem juris ſpeciem, ejusmodi „Concilium petendi, tollerent, temerario „conſilio auſi ſunt declarare, irritas & nullas „eſſe appellationes ad futurum Concilium, id„que ex abſurda prorſus, & ineptiſſima ra„tione.“

Groſii, Authoris *Everſionis libertatum Eccleſiæ Gallicanæ per Conſtitutionem*, effatum eſt: (*z*) *Certum eſt, ſola Concilia Generalia errare non poſſe, ſemperque in materia fidei a ſententia Concilii nationalis* (& ob eam ipſam cauſam etiam a ſententia Eccleſiæ diſperſæ) *ad Concilium Oecumenicum appellare fas eſſe: in omni retro antiquitate id fieri ſolebat. - - - - dubio locus non eſt, quin, cum de doctrina fidei agitur, hæc appellatio omnibus jus & authoritatem ferendi interea de illa judicii auferat.*

Quinquaginta Advocati (quos plerumque adjungo ad latus prioris Authoris, quia in materiis Theologicis eum ducem ſequuntur, & ſæpiſſime ad verbum exſcribunt (*a*) „Ce-

(*y*) pag. 247. (*z*) T. I. pag. 469. (*a*) Conſultat. pag. 23.

„lebratio, ajunt, Concilii Oecuminici ſola
„eſt via ac ratio, qua ſublata omni diſcordia,
„vera ac ſolida pax Eccleſiæ reddi poſſit; &
„ideo legitimum jus appellandi ad futurum
„Generale Concilium in contentionem venire
„non poteſt.“

Author *Veritatis toti mundo ſenſibilis redditæ contra Defenſoris Conſtitutionis Unigenitus* hæc habet: (*b*) “Interrogatio. Eſtne „aliquando locus appellationi a Papa ad futu„rum Concilium? Reſponſio: eſt omnino; „neque de hoc jure merito ambigi poteſt, „cum omnium temporum uſu in Eccleſia fir„matum ſit, illudque Gallia præſertim inter „libertatum ſuarum capita numeret. (*c*) „Interrogatio: Quodnam fundamentum eſt „harum appellationum? Reſponſio: nituntur „his rationibus: 1. quod univerſa Eccleſia, & „Concilium, quod illam repræſentat, ſupra „Papam ſit. 2. Quod Papæ in errorem labi „poſſint, & reipſa nonnunquam jam lapſi ſint. „Interrogatio: At etſi aliquando a Papa ad „Concilium appellari poſſit, num ſaltem id „nefas non eſt in materia fidei? Reſponſio: „principia & fundamenta, quæ poſuimus, „non minus præbent jus appellandi in mate„ria fidei, quam in quavis alia cauſſa: quin „imo, ſi ad Concilium appellari poteſt in re, „quæ ad ſolam diſciplinam pertinet, quanto potio-

(*b*) T. II. pag. 157. (*c*) Ibid. pag. 160.

„potiori jure id fieri poteſt, cum fidei peri-„culum impendet? (*d*) Interrogatio: Sed quid? „num alii unquam a dogmaticis Pontificum „Conſtitutionibus appellarunt, quam hære-„tici, quales erant Pelagiani, Joannes Hu-„ſius, & Lutherus, qui id auſi ſunt? Reſpon-„ſio: Quodſi etiam reipſa non alii appellaſ-„ſent, quam hæretici, num ex eo conficere-„tur, etiam alios appellare non poſſe, quam „hæreticos? omnium ſe ludibrio & irriſioni „objiceret, qui tam inepte argutaretur. - - - - „(*e*) Si in improbanda & damnanda appella-„tione perſiſtant Adverſarii, num ſatius ipſis „fore videtur, ut omiſſa appellatione capto „repente impetu Clementi XI dicatur anathe-„ma? “

Bellum enimvero Janſeniſticæ moderationis ſpecimen, quod malint cum Luthero appellare ad Concilium, quam eo redigi, ut neceſſitatem ſibi impoſitam credant *ſumpto repente impetu* diris devovere JEſu Chriſti Vicarium! Genuini Eccleſiæ filii inter duo hæc ſceleſta extrema facile medium reperiunt.

Poſtquam hic Sectæ rabula Janſeniſtis ſuis tam inſolentem & improbam alterutrum eligendi optionem dedit, ſerio deinde & impudenter Lutheri vindicem agit, ejusque appellationem omni culpa liberare nititur: ut

(U 3) autem

(*d*) ibid. pag. 164. (*e*) ibid. pag. 166.

autem, ſi poſſit, veritatem infirmet (*) paralleli ſeu comparationis, quæ duarum appellationum, hinc Lutheri, inde quatuor appellantium Epiſcoporum, inter ſe facta eſt, ſuſceptæ a ſe inani defenſioni his verbis finem imponit; (*f*) „hæc ſatis ſunt ad demonſtrandam malam fidem & injuſtitiam, aut certe ignorantiam hujus inſolentis Authoris, „qui ut quatuor Epiſcoporum Appellationi „ad publicam ignominiam notam infamiæ inferret, illam odioſa quadam comparatione „ac parallelo cum appellatione Lutheri adæquavit.“ Quam triſtis & turpis Janſeniſtarum conditio eſt, qui Schismaticam ſuam Appellationem tueri non poſſunt, quin eadem opera Lutheri ſe reddant patronos ac defenſores!

Denique, quod ultimum momentum addit appellationis neceſſitati, & ad omnes fideles permovendos plurimum valere debet, ut interpoſita intrepide ad futurum Concilium appellatione Pontifici & Epiſcopis generoſe reſiſtant, illud eſt, (*g*) „ut hæc pro ſcuto ſit „adverſus ſacra Pontificis arma, ad quæ ſumenda ac inferenda SS. Pater pro extorquenda hujus

(*) De hoc parallelo & quatuor Appellantibus Epiſcopis infra Quæſt. IV. Artic. II. ſermo redibit.

(*f*) Ibid. pag. 173. (*g*) Mandatum de Appellatione Epiſcopi Montis Peſſulami pag. 50.

„hujus Conſtitutionis acceptione ex impro-„viſo proſilire poſſet; deinde, ut cohibeat „omnes, quas molitur, vexationes, earum-„que ſpem atque expectationem fruſtretur.“ Ex his verbis *ſcuti* & *armorum*, ſine dubio lingua & magnanimitas Turennii Janſeniſticæ *Eccleſiæ* noſcitur; nec erramus; omnino Epiſcopi Montis Peſſulani verba ſunt, qui a dexteritate ſua tractandi & *ſacris Eccleſiæ armis* opponendi *clypeum*, glorioſum cognomen (*b*). *Turennii Eccleſiæ* adeptus eſt: ſed an Turennii adhuc Calviniſtæ vel Turennii deinde Catholici? De hoc mentem ſuam non explicant amici Præſulis.

§. VI.

Janſeniſtæ docent Fideles, omnia Eccleſiæ anathemata flocci pendere.

Hoc ſcutum & hæc arma me admonent, ut, antequam ea finiam, quæ ad agendi modum ſpectant, cujus Janſeniſtis erga Pontificem uſus eſt, tribus etiam verbis attingam illorum ſenſa ac doctrinam de latis a ſummo Pontifice excommunicationum ſententiis, & ſic contemptus, quo Papam, & cuncta a Ro-

(*b*) Novi dialogi mortuorum a. 1739 in Præfat. pag. 2.

manis profecta rident, & aſpernantur, ſecundum omnem ſuam amplitudinem in conſpectum veniat.

Novatores iſti a prima Sectæ ſuæ origine omnium excommunicationum contemptum aperte profeſſi ſunt; nam ſi ad priora tempora mentem revocemus, quam exiguam variarum Conſtitutionum, quibus ipſorum errores jugulati ſunt, rationem habuere? Attamen per longum tempus Fideles ad hunc contemptum non niſi exemplo ſuo, & magna cautione erudiere: deinde vero, præſertim ab illo tempore, quo novella ipſorum Eccleſia Turennium ducem nacta eſt, a quo artem docti ſunt tela & fulmina Eccleſiæ apte clypeo excipiendi, toti repente bellicoſi ita ad belli diſciplinam inſtituti ſunt, ut aſſueſcerent horum armorum fragoribus, & ſubeundæ excommunicationis timorem non niſi inter terrores panicos referrent.

P. Queſnellus præ omnibus, poſitis quibusdam principiis, certam ejusdem contemnendæ methodum Janſeniſtis tradidit; at principiis, quæ hauſit e Calvino, & aliquando etiam ultra limites, quos hic hæreſiarcha poſuerat, latius extendit. Calvinus cum decreviſſet, (*) *regnum Antichriſti*, quemadmodum impius hic reformator loquitur, *deſtruere*, Papam omni jure ſpoliavit nocentibus ſua unius

(*) Vid. Inſtitut. l. 4. c. 11. n. 5 & 6.

unius authoritate ſacrorum uſu interdicendi, & contendit, eam excommunicandi poteſtatem in *Seniorum Collegio* duntaxat exerceri poſſe ac debere. Jam vero quisquis antiquos mores emendare & novam diſciplinæ formam inducere cogitat, jus habet omnia in ea recens conſtituendi, quæ ad propoſitum ſibi finem apta cenſuerit. Queſnellus itaque rem ita moderatur, ut poteſtas reos a recte credentium numero arcendi pertineat ad Eccleſiam, hoc eſt, ad populum, exercitium autem hujus poteſtatis permittatur primis Paſtoribus, hac tamen adjecta conditione, ut illa uti non poſſint, (*) *niſi totum Corpus conſentiat, aut conſentire prudenter exiſtimetur.* Hac ille nova lege callide ſe cum tota ſua ſecta ſecurum præſtat ab omni anathemate, ſeu Pontifex illud, ſeu Epiſcopi intorqueant. Num enim Janſeniſtæ, qui partem ſe, & ſaniorem quidem corporis Eccleſiæ eſſe dicunt, reipſa ſuffragabuntur unquam ſacro anathemati, quod in ſua capita vibrandum ſit? *Injuſtum* certe illud proclamabunt, & honori ſibi ducent ceu tale *perferre in pace*, veluti

(U 5) toti-

(*) Propoſ. Queſnell. 90. *Eccleſia authoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos Paſtores, de conſenſu ſaltem præſumpto totius corporis.*

totidem (*) *imitatores S. Pauli*, quem Queſnellus nullo omnino nixus fundamento per impiam fraudem fingit, ab Eccleſiæ Corpore ſegregatum fuiſſe, hanc autem ſtatutam in ſe pœnam flocci feciſſe, quemadmodum a ſuis quoque diſcipulis fieri vult.

En vero quam congruenter his principiis Chriſtianus populus ad novam hanc rebellionem animetur ac formetur in familiaribus inſtitutionibus, quæ ipſi traduntur in manus:(**) „Interrogatio: Excommunicatio, quam Clemens XI conſtituit in eos, qui Bullam *Unigenitus* repudiant, an multum timenda eſt? „Reſponſio: prorſus non. Interrogatio: Et „cur timenda non eſt? Reſponſio: 1, quia hæc „excommunicatio manifeſte eſt injuſta. - - - „3. Quia per interpoſitam appellationem contra Conſtitutionem, Pontifici in hac porro „cauſſa judicem agere, & ſtatuere quicquam „integrum non eſt. - - - - 4. Quia hæc excommunicationis ſententia adverſatur cunctis legibus, quas in ea ferenda ſequi oportuerat. - - - (*i*) „Conſtat, eam latam non „eſſe

(*) Propoſ. Queſnell. 92. *Pati potius in pace excommunicationem & anathema injuſtum, quam prodere veritatem, eſt imitari S. Paulum; tantum abeſt, ut ſit erigere ſe contra authoritatem, aut ſcindere unitatem.*

(**) Veritas ſenſib. reddita T. II. pag. 205.

(*i*) ibid. pag. 214.

„eſſe ab Eccleſia, ſed ab Adminiſtro aliquo, „qui conſilia ſua ac rationes ad illius mentem „non accommodat. - - - - (k) Interroga„tio: Num anathemata a quibusdam Epiſco„pis in Appellantes vibrata magis timenda „ſunt, quam anathema Pontificis? Reſponſio: „non ſunt timenda. - - - - Et ſumpta obten„tui illa in negando obſequio pertinacia, quam „tam horribili ſupplicii genere plectere cogi„tant, commentitium & chimæricum crimen „eſt.“ Pro! quam ſingularis hic & mirificus clypeus eſt, qui quemvis & hæreſiarcham, & hæreticum, qui illum tractare novit, contra omnia Eccleſiæ anathemata ſervat incolumem!

Advocati ad eandem metam feruntur, ſed via paulum diverſa: (*l*) „Gallia, dicunt, „repudiat excommunicationem, latæ, quam „ſcholæ vocant, ſententiæ, quæque ipſo fa„cto ſubeunda decernitur. - - - - Commina„tio excommunicationis (quam denunciat „Pontifex) uſitata clauſula & forma ſcribendi „Curiæ Romanæ eſt, quemadmodum in Edi„ctis Epiſcoporum Galliæ novo more eſſe incipit.“

Juvat modo paucis verbis complecti, atque uno obtutu intueri, quæ Janſeniſtæ contra Eccleſiæ poteſtatem ad hodiernum usque diem machinati ſunt. Vah! quæ ſtrages, quan-

(k) ibid. pag. 213. (*l*) Conſultatio I. ſept. 1739, ex occaſione Edicti Archiepiſcopi Senonenſis, pag. 8.

quanta pernicies! Eccleſia J. C. ſubducta Fidelium oculis: prima ipſius ſedes Roma translata Ultrajectum: forma gubernandi inverſa: dignitas Pontificis in contemptum adducta: poteſtas ipſius ſuſpenſa ex arbitrio populi, cujus non niſi Adminiſter eſſe jubetur: ſacra ipſius perſona contumelioſiſſime habita: debita ipſi obedientia proſcripta & abolita: Appellatio, a dogmaticis ſanctionibus Pontificis una cum Epiſcopis decidentis ad Concilium, laudata & vindicata pro legitima: excommunicationis ſententia ſolenniſſimo ritu lata & promulgata pro nihilo reputata eſt. Inter leges, quas Burgofontanum Conciliabulum condidit, & hæc erat: ad rem *in demolienda omni Eccleſiæ poteſtate* feliciter gerendam, *Caput Eccleſiæ oppugnari neceſſe eſſe.* Penes omnes judicium eſto, utrum Janſeniſtæ huic legi non perfecte obtemperaverint, aut induſtriæ quicquam ad hoc ſyſtematis ſui caput exequendum in ſe deſiderari paſſi ſint.

Articulus VI.

Janſeniſtæ Munus Epiſcopale ſuo dignitatis gradu dejiciunt.

Epiſcopi non minus, ac ſummus Pontifex, ab ipſo Chriſto JEſu inſtituti ſunt, ut gubernent Eccleſiam, & in ea ſervent doctrinæ integritatem, ac pulchrum, qui in eadem a ſeptendecim, & quod ſuperat, ſæculis vi-

ges,

get, ordinem tueantur; proinde conſilio ac conatui dignitatem Epiſcoporum æque, ac Pontificis, gradu ſuo dejiciendi, in executione Burgofontani ſyſtematis partes ſuas tribui neceſſe erat: Et hinc Janſeniſtæ non minore ſolertia in perficiendum unum quam alterum incubuere.

Habet autem poteſtas Epiſcoporum in gubernanda Eccleſia *ſuos limites*, quos Chriſtus eidem ita conſtituit, ut Epiſcopi inter Pontificem, quem ut ſuperiorem omni veneratione proſequi, ſui muneris eſſe credunt, & inter ſimplices Presbyteros, qui inferioris ipſis ordinis ſunt, medium locum obtineant. Eum, qui Vicario J. C. æquare audet Epiſcopos, Gerſonius, & poſt illum ac cum illo Præſules in comitiis a. 1728 *hæreticum, ſchismaticum, impium* & *ſacrilegum* pronunciant, æquare ſimplices Presbyteros Epiſcopis, alterum extremum æque ſceleratum, ac illud prius, Aerii hæreſis eſt in quarto Sæculo, & Lutheri ac Calvini in ſæculo decimo ſexto. Curatores executionis Burgofontani ſyſtematis modo huic, modo alteri intra hæc duo extrema adſtipulantur, prout locus ac tempus tulerit, quo de hoc argumento loquuntur. Sequamur per has variationes incedentium veſtigia. Et 1. quidem, vel his Novatoribus ſermo eſt de dignitate & authoritate Epiſcoporum nulla facta comparatione cum Pontifice, aut ſimplicibus Presbyteris: vel 2. comparate ad Pontificem: vel 3. compara-

te ad ſimplices Presbyteros; quodcunque trium harum occaſionum genus ſe offerat, ſermonem variant, & modo hunc, jam alterum, jam & tertium errorem comminiſcuntur.

§. I.

Cum de Epiſcoporum dignitate ſimpliciter, & ſine comparatione ſermo eſt, nil cauſſæ eſſe putant, cur, quod collibitum fuerit, audacter eloqui vereantur: hinc ea in re liberas linguæ & calamo habenas permittunt. Et imprimis Epiſcopale munus non divinæ inſtitutioni, ſed humanis tantum conſiliis & rationibus originem ſuam debere, cum Calvino affirmant. En quid de hoc argumento Traverſius in ſpiſſo ſuo volumine, quod *Jura legitima primi & ſecundi ordinis in adminiſtratione Sacramentorum & Gubernatione Ecclesiæ* inſcripſit, garrire auſus ſit: (*m*) „De „Epiſcopatu, ait, idem ſentiri poteſt, quod „de Cardinalatu Romano, qui hodie eminen„tia ſua tantopere Epiſcopatum ſuperat; nem„pe, utrumque dignitatem ſuam, unum qui„dem omnem ſuam magnitudinem, alterum „omnem ſuam eminentiam ac purpuræ ho„norem ab hominum inſtitutione nactum eſ„ſe, neque unum poteſtatem ſuam in Presby„teros cum muneris ſui functionibus, quas iidem

(*m*) pag. 586.

„iidem cum Presbyteris communes non ha„bent, aut alterum eminentiæ ſuæ locum ſu„pra Epiſcopos cum prærogativis, quarum „hi participes non ſunt, integrum ac incolumem „tueri, niſi quod Eccleſia, quæ dignitatum „gradus certo ordine digeſſit, unumque ſub„limius evexit altero, ut præeſſet inferio„ri, ipſis autem Epiſcopis illuſtriora Sacerdo„tii munia reſervavit, æque creaverit Cardi„nales, atque omnibus Præſulibus primi & „ſecundi ſacerdotum ordinis antecellere vo„luerit.“ Atque adeo ex mente Janſeniſtarum Epiſcopale munus non plus aliquid eſt, quam dignitas, quam Eccleſia inſtituit: Epiſcopi primi ſunt in Eccleſia, quia Eccleſia primos eſſe voluit; ſi autem aliud ſtatuat, erunt poſtremi; quod quidem author, cujus verba hic adſcripſi, facile aliquando evenire poſſe, paulo inferius innuit.

2. Catholici Epiſcopos ſemper ut univerſales & proximos in ſacræ jurisdictionis ſuæ locis, chriſtiani gregis Paſtores reveriti ſunt: Janſeniſtæ hoc illos ornamento ſpoliant, illudque arrogantiæ & impietati adſcribunt. (*n*) „Titulus ſolius veri Paſtoris, aut Paſtoris uni„verſalis in ſua Diœceſi, quem Epiſcoporum „quidam contra Eccleſiæ leges ſibi adſciſcere „parant, plenum arrogantiæ & impietatis no„men eſt; nam hoc vocabulum *univerſalis* in

(*n*) ibid. pag. 598.

„in eum ſenſum accipiunt, quod ſoli ipſi Pa-
„ſtores, excluſis aliis, reliqui autem Paſtores
„imperio ſuo obnoxii ſint, omnemque juris-
„dictionem ſibi acceptam referre debeant, id,
„quod arrogantium eſt.“

3. Catholicorum is ſemper ſenſus erat, Epiſcopos veros eſſe Eccleſiæ principes, & in ſuis Diœceſibus leges, quæ animos ligent, condere, in rebus Eccleſiaſticis judicia exercere, & aliorum judicum inſtar pœnas irrogare poſſe, idque propria ſibi authoritate, absque aſſenſu eorum, qui e ſua Diœceſi ſunt, abſque adhibito Cleri ſui conſilio. At Janſeniſtarum nominatim magni intereſt, hoc Epiſcoporum jus ac poteſtatem abrogare, eosque ad modum ac conditionem civilium Magiſtratuum redigere: (*o*) „ſi accurate loquendum „ſit (quinquaginta advocatorum oraculum eſt) „ſolus JEſusChriſtus Rex & Monarcha Eccleſiæ „eſt: Paſtores in *materia de doctrina* aptius „Magiſtratus referunt, qui leges ſuprema J. „C. authoritate conditas interpretentur, & „protegant, quam principes, qui pro arbi- „tratu ſuo antiquas leges tollere, & novas „ſancire poſſint.“ Verba iſta *in materia de doctrina* ſubdole huc intruſa ſunt, cum eo loco Conſultationis, quem deſignavi, nulla de doctrina quæſtio ſit. Quodſi autem Domini Advocati ea, qua plerumque ſolent, fide ducem

(*o*) Conſultat. pag. 18.

tem ſuum, D. Groſium ſecuti eſſent, ſuppreſſiſſent hæc verba, & ſimpliciter ſcripſiſſent: (*p*) „JEſus Chriſtus ſolus eſt rex & Monar„cha Eccleſiæ. - - - - Paſtores multo ſimilio„res ſunt collectis in curia judicibus, qui ex „legum norma jus dicunt, & decreta ac ſci„ta, ſed non niſi pro obſervandis legibus fa„ciunt, quam principibus, qui ad arbitrium „ſuum antiquare leges priores, & novas ede„re poſſunt."

4. Epiſcopus in Eccleſia Catholica judex fidei & doctrinæ, & vox ipſius, ſi conſentiat cum doctrina & voce ſummi Pontificis, Diœceſis ſuæ ovibus vox Eccleſiæ, ac iisdem pro lege fidei ac morum eſt. Janſeniſtæ parum proficerent in executione ſui ſyſtematis, ſi veritatem hanc intactam ſinerent: hinc omni eam virium contentione adoriuntur. Epiſcopus (ut improbe fabulantur) non niſi *ſimplex* fidei Eccleſiæ ſuæ *teſtis*, aut ſi quis malit, *legatus* quidam eſt, cui id muneris obvenit, ut hoc vel illud in Eccleſia ſua credi teſtetur. (*q*) „Ergo fieri non poteſt, inquiunt, ut „Epiſcopi in ferendis ſuis judiciis aliud jus ha„bere poſſint, quam repræſentandi ſuas Ec„cleſias, & perſeverans in iis ab omni memoria „teſtimonium ex judiciorum forma declarandi: „Cum autem ſimplices de fide Eccleſiarum „ſuarum teſtes ſunt, verba ipſorum authori„tatem

---

(*p*) Everſ. Libert. &c. T. II. pag. 488. (*q*) Teſtimonium Veritatis pag. 92. & ſeq.

„tatem non obtinent, niſi quando & quam-„diu illarum nomine loquuntur. - - - - Om-„nis Epiſcopus, natus Eccleſiæ ſuæ internun-„cius & orator ad dicendum hujus nomine „teſtimonium, eadem, quæ ipſe (JEſus Chri-„ſtus) verba uſurpare poſſit oportet, nempe „ſe præciſe non alia docere, quam quæ audie-„rit; neque judicium ipſius legitimum eſt, niſi „addere & ex animo ac vere dicere poſſit, de-„ciſiones ſe ſuas non ſuis præjudiciis aut pe-„culiaribus opinionibus, ſed judicio illius; „quæ ſe mitteret, conſormare.“ *Illa igitur, quæ ipſum mittit*, hoc eſt, propria ipſius Eccleſia, norma ac regula eſt, quam ſequatur Epiſcopus, non autem ipſe Eccleſiæ ſuæ regula eſt: populi non eſt auſcultare Epiſcopo, ſed potius Epiſcopi eſt auſcultare populo: verbo; vox populi ſupra vocem Epiſcopi eſt: En, quibus verbis id aſſerant & probent hi Novatores: (*r*) „Publicum Corporis Eccleſiæ (hoc „eſt; totius Chriſtiani populi) teſtimonium „ſuprema lex eſt, qua ſua Epiſcopis judicia „metienda ſunt, ſicut reipſa lex eſt noſtræ fi-„dei. - - - - Probe hic advertatur; vocem „ipſorum (Epiſcoporum) non eſſe regulam „vocis Eccleſiæ; ſed vocem Eccleſiæ (populi „Chriſtiani) debere eſſe regulam vocis Epi-„ſcoporum: manifeſtum hujus argumentum „habemus, quod qui nominat vocem Eccle-„ſiæ (populi Chriſtiani) aliquid amplius & „ſupe-

(*r*) ibid. pag. 86.

„ſuperius dicat ipſa etiam voce Paſtorum.“ Et hi nefandi ac pernicioſi novi errores tanti meriti erant, ut Secta *Teſtimonium Veritatis* honorifica appellatione *libri ex toto aurei* inſigniret.

5. Dicebam alibi, Janſeniſtas ex decreto Conventus Burgofontani rem ita ſtatuentis, ſoli Eccleſiæ in Concilio congregatæ infallibilitatem adjudicare. Hic jam locus eſt explicandi, in quem illi ſenſum hanc infallibilitatem accipiant; ac monſtrandi, hac eos via graſſari ad evertendam Epiſcoporum authoritatem; tantum abeſt, ut per id conſilio ſuo omnem Eccleſiæ poteſtatem evertendi officiant. Cum igitur Epiſcopi in concilio collecti erunt, Janſeniſtæ eos in deciſionibus ſuis tum falli non poſſe concedunt, ſed hac lege, ut etiam ſenſus & judicium populi accedat: Nemo omnium melius, quam ipſimet, docere poterit, quomodo hoc paradoxum intelligendum ſit: Ex *Teſtimonio Veritatis* iterum rei notitiam hauriamus.

(*s*) *Inter duo Concilia* (ait *Teſtimonii* author) *quæ ex æquali Congregatorum numero conſtare, at eorum unum favere mendacio; in altero dominari ac decidere veritatem pono; quis judex & arbiter erit? Libertas, inquies: concedo id quidem. - - - Sed ut evitentur omnes disquiſitiones, num majori aut minori libertati in uno quam altero*

(*s*) pag. 95. & 96.

Concilio locus fuerit, utque uno ictu amputentur infinitæ controverſiæ ac dubia de majore vel minore diligentia, quæ ad obſervandas accurate juris formulas afferri poterat, quid facto opus? Homini Catholico obtentus hic *infinitarum litium ac dubiorum* nihil faceſſit negotii; modo ſciat, in quonam duorum horum Conciliorum ſententia Epiſcoporum conſentiant cum ſententia Pontificis, nihil amplius hæſitat: ſine alia *diſquiſitione,* ſine errandi timore ſe ſubjicit & obtemperat: promiſſa J. C. ab omni erroris periculo ſecurum præſtant. At Janſeniſtæ longe alia ſe via certos ac ſecuros reddi volunt: in teſtimonium publicum inquirendum, ad clamorem populi provocandum eſt: (*t*) *Appellate*, pergit auctor teſtimonii, *appellate ab his omnibus ad pervagatam notitiam teſtimonii publici, dijudicate deciſionem Concilii ex ſenſu, quo eam Eccleſia excipiet.* Ergo hæ deciſiones Concilii etiam liberrimi, & ubi *ipſa veritas ſententiam dicit*, non confeſtim, ac eas ediderit Concilium, certiſſimæ ac omnis erroris expertes ſunt, ſed donum infallibilitatis ſuæ ſuſpenſum gerunt ex judicio populi, qui de illarum argumento ac rationibus cognoſcat, eaſque veritati conſentaneas eſſe ſtatuat ac approbet. Quodſi autem eveniat (qui certe caſus inter chimæras & adynata numerandus non eſt) ut diffideat inter ſe populus, &

(*t*) Ibid.

& pars una cenſeat hoc, altera aliud, quis tunc rem definiet? Atqui hoc nondum a Janſeniſtis diſcuſſum ac conſtitutum eſt. Vah! in quas non ineptias fanaticos abripit erroris ſpiritus? En, quem humilem in locum falſi hi Zelotæ Hierarchiæ Eccleſiaſticæ dignitatem, & authoritatem Epiſcoporum adducant, dum loquuntur de ſolis Epiſcopis.

§. II.

At quando his Novatoribus ſermo eſt de Epiſcopis comparate ad Pontificem, mutatis cauſſæ rationibus, alius quoque, ut illius emolumentis ſerviant, ipſorum ſenſus ac ratio eſt: tum enimvero in prædicanda & extollenda Epiſcoporum poteſtate omnes moderationis limites excedunt: quæſtiones movent, non ad aliud aptas, quam ut Pontificem & Epiſcopos inter ſe committant, pro modo ſcilicet & more hæreticorum, quem probe agnovere ſapientiſſimi Præſules in Comitiis anni 1728. (*u*) „Non coarguemus, ajunt, ſparſa ubique in Conſultatione con„tra Pontificem & S. Sedem dicteria ac con„tumelias, ſicut nec illa, quæ Advocati in „quæſtionem ac diſceptationem vocant, ut „inter ſummum Pontificem & Epiſcopos di„ſidia concitent.“

(*u*) Epiſtola Cardin. &c. de Conſultatione pag. 33.

In argumento tam ſalebroſo ſapientia horum Præſulum mihi facem præferet, nec ex his omnibus quæſtionibus invidiæ atque offenſionum plenis aliam attingam, niſi quam illi ſibi reprehendendam ac caſtigandam ſumpſere, utpote quæ perfecte præſenti materiæ reſpondet. Exprobrant Advocatis hi Præſules, quod (*x*) *per obtentum ornandi & illuſtrandi authoritatem & dignitatem Epiſcoporum, ſpeciem quandam æqualitatis inter Pontificem & quemvis Epiſcopum ſtatuere videantur*. Et hæc reipſa mens & conſilium totius Sectæ eſt, cujus Advocati duntaxat interpretes & Echo ſunt; cum enim Novatores hi ſupremum in Eccleſia Monarcham ægerrime ferant, Epiſcopos cum Pontifice adæquent neceſſe eſt: in quo etiam efficiendo omnes ſumma conſiliorum conſpiratione deſudant. Audiamus, quid hac de re author *Spiritus Gerſonii*:

(y) „Unus (ex titulis atque ornamen-
„tis Pontificis) ait, ſublimior atque eminen-
„tior reliquis eſt nomen primi Vicarii J. C.,
„Succeſſoris S. Petri, & Capitis Eccleſiæ:
„primi Vicarii, inquam, quia omnes alii
„Epiſcopi non minus Vicarii Servatoris ſunt,
„quam Papa, qui non niſi primatum inter æ-
„quales habet. - - - - Omnes igitur Apoſto-
„li æquo & pari jure a Deo conſtituti ſunt J.
C.

(x) Ibid. pag. 35. (y) pag. 4.

„C. Vicarii, eratque hic titulus ipſis cum S. „Petro communis, quamvis idem S. Petrus „pro primatus ſui prærogativa hodie, quem„admodum ipſius Succeſſores, vulgo Vica„rius J. C. appelletur.“ Ergo hic titulus Vicarii J. C., hoc *ſublimius* & *eminentius* ornamentum Pontificis redactum eſt ad nomen quoddam, quod non magis Papæ, quam Epiſcopis convenit; quod autem Pontifex illud adhuc obtineat, cuinam in acceptis referre debet? uſui *vulgari*; idque totum eſt, quod *primatum ejus inter æquales* efficit.

Tot itaque, ut dicamus, quod res eſt, tot ſunt in Eccleſia Papæ, quod ſunt Epiſcopi, & quævis peculiaris Eccleſia, e. g. Eccleſia Ultrajectina, quæ ſuum habet Epiſcopum, aut ſi mavis, ſuum Papam, Presbyteros &c., erit perfecta Eccleſia, quin ullo inferioris ordinis & ſubjectionis genere ſe ad Papam Romanum referat: Conſecutio hæc ſyſtemati Burgofontano tam conſentanea eſt, ut Janſeniſtæ non poſſint non eam in rem ſuam convertere. Et ecce id ipſum explicitis & diſtinctis eorum verbis deciſum! (z) „Eccleſia „quædam ſingularis perfecta eſt, ſi conſtet ex „Epiſcopo, Presbyteris, Diaconis & Fideli„bus. Ex his Eccleſiis peculiaribus componi„tur una, quæ Catholica & univerſalis eſt: „& quemadmodum ex omnibus gregibus fit

(z) Everſio Libertatum &c. T. I. pag. 330.

„unus grex, ſic omnes Paſtores inſtar unius „Paſtoris ſunt. Papa quidem ſuum certe primatum habet; ſed & omnes Epiſcopi ſunt „primi Paſtores: tanta hi in Diœceſibus ſuis „authoritate valent, quanta Pontifex in ſua; „negotia & caſus excipe, in quibus Eccleſia, „quæ certas exercendæ poteſtatis leges ac fines præſcribit, eandem reſtringit, quemadmodum moderatur etiam ac præfinit rationem ac normam, ad quam ipſe Pontifex „poteſtate ſua uti debet.“

Quodſi jam Romana Eccleſia ideo eſt perfecta, quia ipſi præeſt Pontifex, quævis etiam Diœceſis, cui ſuus præeſt Epiſcopus, idem decus, ac honoris gradum obtinet: ſi Pontifici debetur primatus, debetur etiam cuivis Epiſcopo: quod in ſua Diœceſi poteſt Pontifex, id omne poteſt & in ſua quivis Epiſcopus; & ſi Eccleſia vel populus intra arctiores limites concluſit poteſtatem Epiſcoporum, *miniſtrorum ſuorum*, coercuit etiam poteſtatem Papæ *Capitis ſui miniſterialis*. Cedo, num major, & omnibus ſuis partibus magis expleta æqualitas ſtatui poteſt? Certe parallelum hoc & exæquatio, tam bene ſuis adjunctis veſtita, quinquaginta Advocatis tam elegans viſa eſt, ut ipſorum tribunal omnia ejusdem in uſus ſuos adoptatæ atque transſcriptæ verba, (*a*) qualia ex Groſio recitavi, ex toto ſibi aſſereret.

Ex

(*a*) In Conſultatione de Concilio Ebredunenſi pag. 19 Edit. in 4.

Ex hac autem doctrina apparet, Janſeniſtas pedetentim propius accedere ad Calviniſtarum *libertatem Evangelicam*, neque minus, quam ipſos, moliri jugum *tyrannicæ dominationis* Romani Papæ excutere, atque cum Luthero ac Lutheranis a *Captivitate Babylonica* ſe vindicare; An non enim, eo ſe progredi velle, nonnihil indicant his verbis: (*b*) „Utinam oblatam primam quamvis occaſionem, „qua Roma nobis Bullas negaret, in commodum noſtrum verteremus, nec ullam amplius inde peteremus: - - - - Sic Epiſcopi „multo liberiores, & ad defendendas „libertates noſtras magis comparati & accincti forent.“ Ah! ubinam eſſet Gallicana Eccleſia, niſi ei a Deo abunde conſultum ac proviſum eſſet, ac tales ſuppeditati Epiſcopi, qui omnibus novitatibus infenſi, & longe perſpicaciores ſunt, quam ut ſibi illudi, & occultari patiantur laqueos, in quos Janſeniſtæ eos venditatis his ſuis novitatibus induere conantur?

§. III.

Quantumcunque bella ſe ſpecie tegant Janſeniſtæ, & aſſententur Epiſcopis; quicquid ſplendoris atque authoritatis his Eccleſiæ principibus tribuant, quam aſpectabili ipſorum Monarchæ detraxere, impetrare tamen a ſe

(X 5) non

(*b*) Everſio libert. &c. T. II. pag. 542.

non poſſunt, ut non aperte prodant, æque ſe Epiſcopos, ac Papam contemnere ac reſpuere: Epiſcopi præſides ſunt, ſuperiores ſunt; ſpiritus autem hæreſis omni ſuperiori in ſe poteſtati, & debitæ illi ſuæ ſubjectioni inimicus eſt.

Ut poteſtatem Pontificis ad nihilum redigant, Epiſcopos æquarunt Pontifici, eosque nulli erga hunc ſubjectioni obnoxios effecere, ut redderent *liberiores*: Deinde ut deleant magnam illam poteſtatem, quam ſe tribuere Epiſcopis ſimulant, idem artificium uſurpant; ſimplices Presbyteros perfecte æquant Epiſcopis, & illos omnis erga hos ſubjectionis lege exſolvunt, ſine dubio, ut etiam ſimplices Presbyteros reddant *liberiores*. Evolvamus, & exponamus luci poſteriorem hanc verſipellium fallaciam, poſtquam de præcellenti dignitate, ac Epiſcoporum in ſimplices Sacerdotes poteſtate catholica quædam principia, ad id, quod nobis de præſenti materia dicendum erit, ſpectantia, poſita fuerint.

Veritas catholicæ fidei eſt, Epiſcopos ſuperiores eſſe, ac præeſſe Presbyteris, neque his jus & poteſtatem eſſe, quemadmodum Epiſcopis, Fideles ſacramento chriſmatis ungendi, aut ſacerdotio initiandi: Sacroſancta Tridentina Synodus execratur & diris devovet, qui huic veritati refragari auſus fuerit: (c) *ſiquis dixerit, Epiſcopos non eſſe Presbyte-*

(c) Seſſ. 23. can. 7.

byteris ſuperiores, vel non habere poteſtatem confirmandi & ordinandi, vel eam, quam habent, illis eſſe cum Presbyteris communem-anathema ſit. Certum eſt, ait P. Thomaſſinus (*d*) „Epiſcopum ſolum eſſe primigenium „paſtorem totius ſuæ Diœceſis: ad ipſius ſo„lius munus pertinet, omnibus diverſis gre„gis ſui portionibus inferiores & ſubjectos ſibi „paſtores ac duces præficere.“ Hæc Concilii Tridentini lex ac regula eſt.

Præterea non minus certum eſt, ſolos Epiſcopos Sacramenti Confirmationis ordinarios ac proprios miniſtros eſſe, uti Concilia Florentinum ac Tridentinum deciderunt. Sunt tamen multi Theologi, qui affirmant, ſimplicem Presbyterum facta a ſummo Pontifice poteſtate præter o dinem hoc Sacramentum impertiri poſſe. At non eadem de creandis Sacerdotibus ratio eſt: poteſtas eos inaugudi, Epiſcopis adeo peculiaris eſt, ut ſolum ab ipſis collatum ſacerdotium legitimum ac ratum ſit; neque ullum ſcio Theologum Catholicum, quid aliud ſenſerit aut docuerit; & quod ſingulari notatione dignum eſt, nullum unquam ab ævo Apoſtolorum ad noſtram usque ætatem in Eccleſia exemplum extitit, eos, quos alii ſimplices Presbyteri initiaſſent, inter veros ac legitimos ſacerdotes cenſos, atque atten-

(*d*) **De diſciplina Eccleſiæ &c. Tom. I. pag. 512. Edit. a. 1725.**

attentatam ejusmodi ordinationem non modo licitam, ſed vel validam habitam fuiſſe. Ex quo efficitur, ab ipſo Deo Epiſcopis hunc eminentem ſupra Presbyteros gradum, atque jus & munus delatum eſſe, ut conſecratione Sacerdotum Eccleſiæ patres procreare poſſint, dum interim ſimplicibus Sacerdotibus id poteſtatis datum eſt, ut eidem Eccleſiæ affuſo ſalutis lavacro filios generent. Atque hoc illud argumentum eſt, quo S. Epiphanius primum ex hæreticis, qui presbyteros Epiſcopis æquare auſus eſt, impium Aerium confutabat: (*e*) *Epiſcoporum ordo ad gignendos patres præcipue pertinet; hujus enim eſt patrum in Eccleſia propagatio. Alter* (ordo presbyterorum) *cum patres non poſſit, filios Eccleſiæ regenerationis lotione producit; non tamen patres aut Magiſtros: quinam fieri poteſt, ut is presbyterum conſtituat, ad quem creandum, manuum imponendarum jus nullum habeat?* His poſitis principiis ad noſtros novatores revertamur.

Presbyteris, qui vel parum ultra ſtatus ſui & officii limites ſe efferunt, atque altiora ſpectant, nullum majus illicium eſt erroris partes amplectendi, & quidem magno numero, præſertim ex iis, quibus paſcendarum animarum cura commiſſa eſt, quam ſublimis honoris ac poteſtatis locus, quem iis Janſeniſtæ in nova Eccleſia, ad arbitrium ſuum in aliam

(*e*) Hæreſ. 75. n. 4.

aliam formam redacta, aſſignant. At num hunc illis ſemper aſſerent, & non viciſſim ſuo tempore hoc eos gradu dejicient, & æquabunt cum laicis, aut infra eos abjicient? Sed hac de re paulo poſt, ubi amplius quid, quam ſuſpiciones aut conjecturas adducemus.

Cæterum id omne, quod Janſeniſtæ Pontifici & Epiſcopis auferunt, ut, quod intulere damnum, reſarciant Eccleſiæ, magna in ſimplices Sacerdotes liberalitate eidem reſtituunt, dum illos in excelſo dignitatis gradu collocant. Epiſcopis itaque nil aliud, quo præcedant presbyteros, relinquunt, quam nomen Epiſcopi, & hoc quidem non niſi ægre: (*f*) „presbyteri, ajunt, non amplius „appellantur *Epiſcopi*, quanquam hoc nomen „Epiſcopi non minus conveniat pres„byteris, qui cura animarum devincti ſunt, „quam nomen *presbyteri* conveniat Epiſco„pis.“ Non videntur tamen in ea voluntate eſſe, ut hoc nomen Epiſcopi unquam iisdem reddant: num ex modeſtia ac moderatione animi? Non equidem, ſed quia hoc nomen, etſi S. Paulus eodem ipſummet JEſum Chriſtum a ſe inſigniri poſſe crediderit, non admodum honorificum eſt. (*g*) „A longo jam „tempore, inquiunt, Curionibus non am„plius datur nomen Epiſcopi, neque etiam ma„gnam ex hac omiſſione jacturam paſſi ſunt; „non

(*f*) Jura Legitima &c. pag. 584. (*g*) Ibid. pag. 538.

„non enim hoc nomen ſeu in ſacra, ſeu profa-„na antiquitate amplum aliquid & magnificum „ſonat." Epiſcopi itaque adhuc nomen *Epiſcopi* retinent, ſicut Papa nomen *Papæ*: poſtulabat autem perfecta Burgofontani ſyſtematis executio, ut ne illis præter nomen Epiſcopi permitteretur aliquid; cujus non etiam participes eſſent alii presbyteri. Quodſi jam a Janſeniſtis omnes demandatæ hujus ſibi executionis numeros impletos fuiſſe dixero; num ego in iis accuſandis nimius ero? Nefanda quædam eorum in hac materia principia ſatis argumenti præbebunt; ſuis rem momentis æſtimandi.

Principia Janſeniſtarum de æqualitate inter Epiſcopos & presbyteros.

Principium I. Sacerdotalis inauguratio confert presbyteris poteſtatem faciendi ea omnia, quæ facere poſſunt Epiſcopi; & presbyteri olim omni hac poteſtatis amplitudine uſi ſunt. Traverſii calamus eſt, quo Janſeniſtæ novam hanc Sacerdotii prærogativam mundo annunciant: (*b*) „Nulla Epiſcopis „functio jure divino propria aſſeri poteſt, quam „non eodem jure; ſeu vi & poteſtate ordi-„nis olim exercebant presbyteri." Fundamentum, cui Traverſius hanc magnæ poteſtatis

(*b*) Ibid. pag. 566.

ſtatis molem inædificat, illud eſt, quod Epiſcopi in Apoſtolorum, Curiones in ſeptuaginta duorum diſcipulorum locum ſuffecti ſint, nec JEſus Chriſtus inter jura ac poteſtatem, quam Apoſtolis, & illam, quam diſcipulis largitus eſt, diſcrimen ullum ſtatuerit. (*i*) „JEſus Chriſtus, ait, his (*Diſcipulis*) non „aliam poteſtatem impertitus eſſe, aut honori„ficas minus functiones aſſignaſſe videtur." Et paulo inferius nihil dubitans, nihil timoris præferens, ne vero majora jactet, pro certo affirmat, (*k*) „presbyteros - - - a „Deo & S.Spiritu eandem poteſtatem accepiſſe, „quam Timotheus & Titus, atque alii Epiſco„pi accepiſſent."

Principium II. Si hodie Epiſcopis juriſdictionis & authoritatis quidpiam eſt ſupra presbyteros, non id ex jure divino derivari poteſt, prout cenſent Catholici: Magiſtratus hic & poteſtas ſolis novis legibus nititur. (*l*) "Hodie, ait Traverſius, ex eo, quod „per novas leges primus presbyterorum ordo „ſuperior ſit ſecundo, atque prior functiones „obeat, quæ cum poſteriore communes non „ſunt, multi Epiſcopi ſeſe magnifice circum„ſpiciendi, & contemnendi presbyteros anſam capiunt."

Prin-

(*i*) Ibid. pag. 299. & ſeq. (*k*) Ibid. pag. 584. & 585.
(*l*) Ibid. pag. 587.

Principium III. Quodcunque hæ *novæ leges* inter Epiſcopos ac presbyteros diſcrimen conſtituant, nihilo ſecius hi manent Paſtores Eccleſiæ & Vicarii J. C., non minus ac Papa & Epiſcopi; æque, ac ipſi, locum ac vices J. C. obtinent; æque concreditæ ſibi doctrinæ ipſius cuſtodes ſunt, & cum illis ad ſervandum fidei depoſitum conſpirare, atque operam ſociare debent. En, quibus verbis hac de re mentem ſuam exponat Author *Veritatis ſenſibilis redditæ* : (*m*) „presbyteri non „modo ſeptuaginta duorum diſcipulorum ſucceſſores, & Paſtores Eccleſiæ, ſed ipſius etiam JEſu Chriſti vicarii ſunt: - - - - jam „vero, quonam jure illi, qui ipſius J. C. vicem funguntur, & doctrinæ ipſius ſequeſtri ſunt, nullas in decidendis Eccleſiæ controverſiis partes habere dici poſſunt? quomodo illorum teſtimonia & ſuffragia negligi & „repudiari?"

Principium IV. Ex hac tam ſolide ſtabilita presbyterorum cum Epiſcopis æqualitate conſequitur, injuriam fieri presbyteris, cum a ferendo, pari cum Epiſcopis jure in Conciliis, de doctrina judicio excluduntur. A ferendo autem judicio cum Epiſcopis? erravi: Epiſcopi non ſunt judices; dicamus itaque, cum excluduntur a dicendo teſtimonio & ferendo ſuffragio deliberativo, in eundem ſenſum accepto,

(*m*) T. II. pag. 80 & ſeq.

cepto, quo illud ferunt Epiſcopi: ſaltem hæc Janſeniſtarum ſententia, hæc nova Conciliis ſtatuta lex eſt; & ut commentitium hoc jus presbyteris ratum ac firmum ſit, nihil omnino verentur audaci mendacio venditare, eam ſemper fuiſſe Eccleſiæ conſuetudinem, ut presbyteri in Conciliis aſſidere juberentur. (*n*) „Vix occurret, inquiunt, Con„cilium, etiam Univerſale, ad quod presby„teri vocati non ſint; isque perennis quoque „mos obtinuerat, ut presbyteri in his con„ventibus communem cum Epiſcopis ſedem „haberent. (*o*) Si cui luberet rei hujus enu„cleatius tractandæ animum adhibere, facile „illi foret, legitimis omnino documentis oſten„dere, Paſtores ſecundi ordinis in his judiciis, „quemadmodum in celebri Concilio Apoſto„lorum, ſuffragii deciſivi jus habuiſſe, quod „ut illis eſſet perpetuum, in Conciliis deinde „generalibus Piſano, Conſtantienſi, & Ba„ſileenſi lege cautum fuit. - - - - (*p*) „Cur „igitur presbyteri nequeant teſtes agere de fi„de Eccleſiæ? aut quæ tanta in hac re inter „illos & Epiſcopos differentia eſſe poteſt, „niſi quod presbyteri forte non eadem rem de„cidendi poteſtate valeant, quanta Epiſcopi; „quanquam omnibus ad tuendum fidei depo„ſitum voces ac vires jungendæ, neque ab „Epiſcopis ſtatuendum aliquid ſit absque con„ſilio & ſententia presbyterorum.“

(*n*) Ibid. pag. 80. (*o*) Ibid. pag. 92. (*p*) Ibid. pag. 89.

Principium V. Quoniam vero in Conciliis ab Epiſcopis *ſtatuendum nibil eſt absque conſilio & ſententia presbyterorum*, multo etiam majori jure hæ illorum partes ſunt, ut de negotiis, quæ ad gubernandas ſuas Diœceſes pertinent, presbyteros ſibi conſulendos exiſtiment. Et vero id ipſum eſt, quod nos docet Catechiſmus Janſeniſticus, ſeu *Veritas toti mundo ſenſibilis reddita*: (*q*) „Interro„gatio. Cur ab Epiſcopis in decidendis re„bus fidei Cleri ſui ſententia exquirenda eſt? „Reſponſio. Quia presbyteri & Doctores non „minus rerum intelligentes ſunt, & ſæpe eti„am melius perſpectam habent fidem ſuæ Ec„cleſiæ, quam ipſi Epiſcopi.“ De reliquo non ſola prudentia, decentia, liberalis voluntas ac facienda ultro *gratia* poſtulant, ut Epiſcopus Sacerdotum ſuæ Diœceſis conſiliis utatur, ſed tam ſevera illi id faciendi poſita lex eſt, ut, decernente eodem Catechiſmo (*r*) „ſententia Epiſcopi, qui aliorum renuit „conſilia, & ſuopte omnia arbitrio ſtatuit, „nulla Epiſcopali authoritate prædita ſit, „nullam ab hac ad obſtringendos alios vim „ac pondus habeat.“ En! admirabile ſane adjumentum ac modum, ſe omni ſubjectionis lege liberandi, ut, ſi quas in novæ Sectæ errores ferrent Epiſcopi, ſententiæ ac cenſuræ impune contemni poſſint! modum, inquam, eludendi omnem mandatorum vim, qui-

(*q*) T. II. pag. 87. (*r*) Ibid. pag. 94.

quibus illi integram ſummorum Pontificum Conſtitutionibus fidem ac ſubmiſſionem præſtandam eſſe edicunt. Quid enim? rebelles Curiones ac presbyteri inquient: de hoc ego mandato conſultus non ſum; atque adeo *Epiſcopalis illud authoritatis opus* non eſt; hinc etiam nulla illud recipiendi & promulgandi lege teneor. Conſecutio hæc tam naturali via naſcitur ex Janſeniſtarum principiis, ut ego illam ex iis inferrem, quin cogitarem, jam ipſosmet ante me tam ſcite ratiocinatos eſſe: redeamus ergo ad illos, & porro Authores, quibus princeps apud ipſos locus eſt, loqui ſinamus.

Principium VI. Epiſcopi eſt, ut non modo ſuæ Diœceſis Sacerdotes adhibeat in conſilium, ſed etiam ea, quæ ſuggerunt, monita & judicia ſequatur: hæc obſecundandi facilitas ab eo ſi abſit, omne id, quod de quocunque religionis negotio conſtituit, nullius momenti ac roboris eſt. Traverſii hoc effatum; eſt ea verborum intemperie expoſitum, qua ſolent plerumque Janſeniſtæ loqui de iis, quos in contemptum adducere cogitant: (*s*) ,,Curiones, ait, non obligantur admittere & ,,palam proponere ſuorum Epiſcoporum man- ,,data, quæ ad fidem, morum doctrinam, ,,ac diſciplinam ſpectant, ſi ab iis edantur, ,,quin Cleri ſui conſilium expetierint, illi-

(Y 2) ,,que

(*s*) Jura Legitima &c. pag. 657.

„que morem geſſerint; nec Epiſcopi, ſi qui-„dem moderato ingenio & rerum periti ſint, „id moleſte ferunt, aut improbant.“ Atqui nullus Catholicus Epiſcopus unquam inducet in animum, ſtatutam ſibi legem eſſe, ut Cleri ſui Janſeniſtici conſilium exquirat, eique obtemperet; imo omnes indigniſſime ferent, ac damnabunt refractariorum proterviam, qui mandata ſua rejiciunt, & promulgare recuſant: ergo nullus Epiſcopus Catholicus *moderato eſſe ingenio*, nullus *rerum peritus* cenſeri poteſt. Ex hac autem juris forma, quam Janſeniſtæ præfiniunt Epiſcopis, *capiendi* & *ſequendi* Cleri ſui conſilium, id tandem colligimus, Epiſcopum in gubernatione Diœceſis ſuæ non ad aliud valere, quam ut mandato, quod Clerus dictaverit, nomen ſuum præfigat.

Et quid tandem præterea reſtat Epiſcopo, quo antecedat ſimplicem presbyterum? Num in adminiſtrando ſaltem pœnitentiæ ſacramento repones, ea poteſtatis eminentia præſtare, quæ ſuperiorem ipſum reddat presbyteris? num ſolum dices, poteſtate ſtatui ſuo propria, Sacramentum Confirmationis impertiri, ſolum jure divino patres Eccleſiæ dare poſſe, & quidem ita, ut in hujus poteſtatis communionem nemo alius vocari queat? Equidem Catholicorum hæc mens & lingua eſt; at

(*s*) Jura Legitima &c. pag. 657.

at Janſeniſtarum alia ſentiendi & loquendi ratio: in hoc non minus, atque in cæteris omnibus, accuratiſſimo ſtudio ſyſtematis ſui formam perſequuntur: uberiore hæc res diſquiſitione digna eſt: æquo igitur animo feramus, horrendam hanc ſentinam novorum errorum funditus exhauriri.

Et ad diſpenſationem quidem Sacramentorum quod attinet, ſumpto a Sacramento Pœnitentiæ initio, Diœceſis quædam facile Epiſcopi opera carere poteſt. Cur autem? Num quia ætatis noſtræ Novatores hoc ſacramentum abrogant? non quidem ideo ſolum, neque jam hic de iſta abrogatione agitur; ſed quia omnis Sacerdos, præcipue omnis Curio, nulla etiam facta ſibi ab Epiſcopo poteſtate, ad adminiſtrandum hoc ſacramentum ſatis facultatis & authoritatis habet. Quid ergo eſt Curio in Janſeniana Eccleſia? Ante centum & viginti circiter annos Sancyranus ſatis habuit e Curionibus tot minores in Parochiis ſuis Epiſcopos fabricare: (*t*) *Parochus in Paræcia ab Epiſcopo conſtituitur quaſi minor quidam Epiſcopus.* Janſeniſmus tum nondum ita adoleverat, ut aliquid majus tentandum ſibi ſumere auderet. Hodie igitur, poſtquam Secta ita crevit viribus, ut prope id omne audacter promat ore, quod ſentit animo, quid ex Janſeniſtarum ſenſu eſt Curio?

 rio?

(*t*) Petrus Aurelius pag. 226.

Curio? Pariter J. C. Vicarius eſt in ſua parochia, ſicut in ſua Diœceſi eſt Epiſcopus, & Papa in tota Eccleſia. Audiatur author (*) *Conſultationis de juriſdictione & approbatione ad audiendas confeſſiones neceſſaria*: (*u*) „Curio (pronunciat gravis illius author, ſeu Traverſius) „proprius Sacerdos & paſtor „peculiaris eſt, qui omnium proximam ju„riſdictionem, ſeu poteſtatem, ſubjectum ſibi „populum gubernandi poſſidet; quæ ipſa „eundem in parochia ſua J. C. Vicarium ef„ficit eo modo ac jure, quo talis in ſua Diœ„ceſi eſt Epiſcopus, & Papa in tota Eccleſia.“

Et ex his an perſpicuum non eſt, Epiſcopum in nulla parochia ſuæ diœceſis, non facta prius a Parocho poteſtate, ſeu per ſeipſum, ſeu per alios ullam functionem obire poſſe? Traverſio certe peregrinum omnino ac mirum videtur, quod contrariam quis huic veritati opinionem tueri audeat: (*x*) „Quo„modo, quærit is, defendi, quibusve ratio„nibus probari poteſt, - - - - Epiſcopis - - - - „jus eſſe, neglecto Curionis aſſenſu Confeſſa„rios

(*) Hic liber a. 1735 a Facultate Theolog. Pariſ. atro ſtigmate notatus eſt; ſed a Traverſio novem poſt annis hoc titulo: *Jura legitima* &c. inſignitus, iterum in lucem datus, idem revera eſt cum priore.

(*u*) Pag. 110. (*x*) Jura Legitima &c. pag. 386. Videatur etiam *Conſultatio* de juriſdictione &c. pag. 109.

„rios delegandi in parœcias, & in iis vel per „ſeipſos exercendi, vel curandi, ut omnes „functiones ab aliis exerceantur?“

Non minus evidens eſt, parœcianis Janſenianæ cuidam parochiæ adſcriptis, quibus ea ſors obtigit, ut ipſorum Curio *J. C. Vicarius* ſit, absque Curionis ejusdem permiſſu, nefas fore, ſacro ſeu Epiſcopi ſui, ſeu Pontificis Romani tribunali ſe ſiſtere: Janſeniſtarum hæc quidem mens ac ſententia eſt; at nondum audent id adeo intemperanter & ruditer eloqui: ſatis igitur habent, abſurdum ejusmodi dogma Facultati Theologicæ Pariſinæ falſo tribuere. Et en, quibus illud verbis eidem affingant: (y) „Decimo tertio ſæculo (*) „Facultas Theologica Pariſienſis cenſebat ac „docebat, - - - - nec integrum, nec fas „eſſe, invito & diſſentiente parocho, ſeu „Pontifici, ſeu Epiſcopo, ſeu ſubrogatis ab „ipſis pœnitentiæ Adminiſtris peccata ſua in „confeſſione exponere. Hodierni quidem „Theologi & Caſuiſtæ has opiniones repu„diant; at nondum uſque eo improbatæ ſunt, „ut in errorum numero cenſendæ ſint.“

Nequeunt itaque Fideles, niſi annuentibus ſuis Curionibus, ſeu Epiſcopos ſuos, ſeu Romanum Pontificem pro impetranda peccato-

(y) **Eadem Conſultatio &c. pag. 127.**

(*) A. 1735 Eadem Facultas damnavit hanc propoſitionem ceu falſam, & falſo ſibi a Traverſio adſcriptam.

rum ſuorum expiatione adire; & quamvis Janſeniſtæ id aperte nondum enuncient, ſatis tamen indicii præbent, incitari ſeſe, & eo jam propendere, ut doctrinam hanc apertis verbis profiteantur. At contra Curio quidam, ubicunque ipſi collibitum fuerit, abſque ullo Epiſcopi permiſſu, imo eodem etiam invito ac repugnante, confeſſiones excipere poteſt, modo parochus loci, in quo confitentes audit, id ſinat & probet. Nova a Janſeniſtis inducta Eccleſiæ forma eam Curionibus poteſtatem his verbis facit: (z) „Curiones approbatione Epiſcopi, ſeu diſertis „verbis ſeu tacito conſenſu impertienda, non „indigent ad hoc, ut aliis parœcianis pro ſacro tribunali jus dicant, eosque pœnitentes „a noxis ſuis expient: ſufficit conſenſus proprii parochi eorum, qui illis conſcientiæ arbitris uti volunt. (*a*) „Epiſcopus poteſt „quidem Curioni cuidam interdicere, ne alienæ parœciæ ſubjectis ſine conceſſu proprii „Parochi confitentibus aures præbeat; at hoc „ei munere interdicere non poteſt, ſi proprius id Parochus permittat."

Quod adhuc plus eſt, nova Janſeniani inſtituti diſciplina Curionibus ſuis inſuper jus & authoritatem addicit, approbandi illos Sacerdotes, quos aptos judicant ad excipiendas confeſſiones in ſuis parœciis, idque etiam Epiſco-

(z) Ibid. pag. 37. (a) Ibid. pag. 35.

piſcoporum ingratiis: En novum hac de re Janſeniſtarum placitum: (*b*) „Curiones, qui „in ſuis parœciis, & in parœcianos ſuos or„dinariam jurisdictionem obtinent, - - - poſ„ſunt illis aſſignare Confeſſarios, etiam ab E„piſcopo non approbatos, ſi quidem Epiſcopi „per injuriam eos approbare recuſent, aut „non approbent, niſi malos.“ Divinare facile eſt, quinam a Janſeniſtis cenſeantur *mali* Confeſſarii: quod ſi Epiſcopus Confeſſario, ex ſenſu Janſeniſtarum *bono*, ſacris interdicat, parocho tamen, nihil obſtante interdicto, jus & poteſtas eſt, illum ad audiendas in ſua parochia confeſſiones adhibendi. Effatum ac deciſio hujus rei nihil involuti & ambigui ſenſus habet: En illam! (*c*) „ſolida ratione oſten„di poteſt, tum, cum approbationem injuſte „negat Epiſcopus, jus approbandi redire ad „parochum, qui in locum antiquum pote„ſtatis & juris ſui reſtitutus, uti eodem po„teſt illius cauſa, cui injuſte approbatio nega„ta eſt.“ Ratio autem ſolida, qua hæc parochorum prærogativa oſtendi poteſt, hæc eſt, quod (*d*) „a nulla Eccleſiæ lege jus ap„probandi ad Epiſcopos ita devolutum eſt, „ut eo carendum ſit Curionibus.“ Nemo miretur, legem Concilii Tridentini ab his Novatoribus inter Eccleſiæ leges non numerari: Ratio in obſcuro non eſt.

(*b*) Ibid. pag. 23. (*c*) Ibid. pag. 21. (*d*) Ibid. pag. 83.

Ad ultimum, ut in materia, de qua hic agitur, omnem in Eccleſia conſtitutum rectum ordinem, & Sacerdotum ſubjectionem Epiſcopis debitam uno ictu proſternant, ac obterant, Novatores hi omnibus presbyteris ſubjectos aſſignant, in quos ligandi & ſolvendi poteſtatem, quam in ſacerdotali ſua inauguratione adepti ſunt, exercere poſſint; (*e*) „Omnes igitur Sacerdotes, ajunt, ſive „paſtores & parochi illi ſint, ſeu non ſint, „communione poteſtatis ligandi & ſolvendi „inter ſe conjuncti ſunt: omnes ex voluntate & inſtitutione J. C. ſibi ſubjectos habent; „ſubjecti autem ſunt omnes Chriſtiani.“ (*f*) „Leges de jurisdictione & approbatione non „niſi leges diſciplinæ civilis ac politicæ ſunt.“ Quando ergo Epiſcopus ovium ſuarum rationibus opportunum & utile fore arbitratur, ut Sacerdotum quempiam aditu ſacri tribunalis & danda confitentibus opera prohibeat, idem Sacerdos invito nequicquam & obſiſtente Epiſcopo, hoc ſacri judicis munere fungi poterit; id quod ſuapte natura ex recenſitis hucusque principiis conſequitur; neve ullum reſtet dubium, ipſe tandem Traverſius indigniſſima verborum forma plane & aperte enunciat: (*g*) „Cum ita ſe res habeat, Epiſcopus „rerum parum intelligens albis dentibus ſe „ridendum ac caſtigandum præbet, ſi in ſuis „de-

(*e*) Ibid. pag. 24. (*f*) Ibid. pag. 37. (*g*) Jura legitima &c. pag. 140.

„decretis Sacerdotibus quibusdam ſacramenta „adminiſtrandi facultatem adimit, & quidem „adjecta declaratione, cuncta, quæ admini„ſtraverint, vitioſa & inania fore; quando„quidem hæc non ab ipſius voluntate & man„datis pendent, ſed poſt omnia ejus interdi„cta totam vim ſuam retinent, modo is, „qui ad expianda ſua peccata Sacerdoti ſe ſi„ſtit, non ipſemet morum pravitate & per„verſo animi habitu, quo adhuc obſtrictus „pœnitentiæ tribunal accedit, Sacramenti hu„jus efficientæ impedimentum afferat.“ Ergo omnis poteſtas & opera Epiſcopi, in negotio Sacramenti pœnitentiæ, ceu vana & inutilis in nihilum recidit.

Num vero eadem ad adminiſtrandum Confirmationis ſacramentum majoris momenti & uſus eſt? Equidem aliquanto majoris ſed non niſi ex conſuetudine, quam veriſimile eſt, non diuturnam fore; nam Janſeniſtæ ſimplicibus Sacerdotibus liberaliter ordinariam hoc ſacramentum conficiendi poteſtatem largiuntur, & optant, ut iidem veterem exercendæ hujus poteſtatis poſſeſſionem ac uſum reſtituantur. (*b*) „Extra omnem controverſiam „eſt (ſancte affeverat e poſtremis hujus Eccleſiæ legislatoribus quidam) „presbyteros ſa„cramentum chriſmatis Fidelibus miniſtraſſe: „pergunt iidem ſacræ hujus unctionis munus obire

(*b*) Ibid. pag. 569.

„obire in Orientis Eccleſia: & forte conſultum „atque ex uſu foret, ut idem fieret etiam in „Eccleſia latina, cum tam horrendam multo„rum Epiſcoporum in impertiendo hoc ſacra„mento oſcitantiam, qua officio ſuo deſunt, „præ oculis habeamus.“ *Conſultum atque ex uſu foret?* Si quando homines ad audendum projecti, quales omnes Novatores ſunt, hos loquendi modos adhibent, valde prompto & expedito jam animo ſunt, ut vi ſibi moliantur iter, & foſſam, quæ ipſis viam obſtruit, audaci ſaltu transmittant.

Præterea poſſet munus Epiſcopi ad regendam Diœceſin ex eo neceſſarium videri, quod poteſtas ſacerdotio inaugurandi alios, ad Epiſcopos devoluta, atque Epiſcopali ordini intima quadam ratione & nexu ita peculiaris atque propria ſit, ut omnes pene religioni ſibi habituri ſint, vel ſolum animo fingere, tam cæcos ac temerarios fore Janſeniſtas, ut illam ad ſimplices Sacerdotes, ſaltem tam cito transferre cogitent. Num autem diu etiam ab hac molitione abſtinebunt manus, eamque in longinquiora tempora different? Ego quidem nolim me hujus cunctationis vadem dare, & en cauſſam, cur nolim. Quando hi Novatores dogma aliquod, cujus novitas certo Fidelibus gravi offenſioni foret, comminiſci & mundo obtrudere parant, rem aggrediuntur eminus; præmuniunt aures & animos ad patienter audiendos novos ſuos errores, dum eos illis exhibent tanquam mores

&

& uſus antiquæ Eccleſiæ: jamque ab aliquo tempore veluti periculi faciendi cauſſa confidentiam ſibi ſumpſere dicendi, (*i*) *vix dubitandi locum eſſe, functionem initiandi novos ſacerdotes, aliquando presbyteris cum Epiſcopis communem fuiſſe.* Et hactenus quidem res timide adhuc, &, acſi fortuito duntaxat caſu de ea mentio incideret, ut dubia proponitur: at paulo inferius Scriptor Sectæ omne dubium tollit, & pro certo ponit, plusquam quadringentis annis ſimplices Sacerdotes ſacros ordines contuliſſe: (*k*) „Uſus & poſſeſ„ſio, ait, in qua presbyteri a primordiis Ec„cleſiæ fuere, ſeu conjunctim cum Epiſco„pis, ſeu ſeparatim, ſacros ordines ad„miniſtrandi, haud multum ultra quartum „ſæculum perſtitit." Ergo *uſus*, qui initio controverſus adhuc & dubius comparebat, modo omnino certus evaſit; & poſſeſſio, quæ quatuor, & quod excedit, ſæculis perſeverat, anceps eſſe nequit. Interea documenta tamen quædam, & exempla eorum, qui a ſimplicibus presbyteris ſacerdotali ordine conſecrati fuiſſent, in medium afferri oporteret, ut inſtaurando huic *uſui* certior ac planior via aperiretur. Sed & horum recenſio *Jurium legitimorum* authori in promptu eſt, cumque vera ejusmodi ſpecimina deſunt, fabricatur falſa, & (*l*) „S. Timotheus, ait, non

(i) Ibid. (k) Jura legitima &c. pag. 570. (l) Ibid. pag. 578.

„non videtur alia ratione ordinatus, & in ſa„cerdotum gradu collocatus fuiſſe, quam S. „Paulus & Barnabas, nempe Miniſterio Sa„cerdotum.“ Ergo poteſtas conferendi ſacros ordines ſine ulla controverſia ad Janſenianos Sacerdotes pertinet, utpote quam ipſis primorum Eccleſiæ Sæculorum uſus vindicat: ergo ubique in Eccleſia J. C. Epiſcopis facile carere poſſumus.

Sublime autem hoc dignitatis faſtigium, ad quod Janſeniſtæ Sacerdotes ſuos, præcipue Curiones evehunt, procul dubio ſummum ipſis a Fidelibus honorem haberi poſtulat. Hac ipſa ex cauſſa Novatores hi in ſuo catechiſmo acerbe conqueruntur de Catholicis, quod non tanta illos obſervantia colant, quantam excelſus eorundem gradus exigeret: deinde in *Regulis Rationis agendi* pro ſimplicibus Fidelibus, quæ ad calcem *Veritatis ſenſibilis reddita* leguntur, certos fines ac leges ſtatuunt reverentiæ, quæ Curioni cuidam Appellanti debeatur: digna tanti momenti regula eſt, quæ audiatur, & huic ſexto Articulo coronidem imponat. (*m*) „Adulterini iſti Ze„lotæ (de Catholicis loquitur author) „Adul„terini iſti Zelotæ, qui ſibi perſuaſum habent, „ac gloriantur, ſolos ſe debitam Sancto Pa„tri (Papæ) reverentiam retinere, credunt„ne etiam, ſolum e Paſtoribus Eccleſiæ Pa- pam

(*m*) T. II. pag. 261.

„pam eſſe, quem par ſit cultu & veneratio„ne proſequi? An non Chriſtus Dominus ſe„ptuaginta duobus diſcipulis, atque adeo ip„ſis etiam Presbyteris & Epiſcopis æque, ac „Papæ, dixit, qui vos audit, me audit &c.? „Cur ergo inflati hi & inſolentes homines „nullam Epiſcopi & Parochi ſui, poſtquam ad „futurum Concilium appellarunt, amplius „verentur authoritatem, nullo eos obſequio, „& honore dignantur? Non minus ipſorum „eſt, ſtudium ac reverentiam conſervare er„ga Paſtores ſuos proximos, ac noſtrum „eſt eandem conſervare erga Pontificem: „Quin igitur tantam ſaltem eo„rum rationem habeant, quan„tam nos Papæ habemus.“

Profecto, cum ſumma, qualem vidimus, inter Janſenianos Curiones & Epiſcopos dignitatis & muneris æqualitas ſit, ipſi autem Epiſcopi æquales ſint Papæ, una erit, eademque omnium conſentiens vox, poſtulatum hoc, quo Janſeniſtæ appellantes Epiſcopos & Parochos *ſaltem tanti* haberi & honorari exigunt, quanti ipſi habent & honorant Papam, valde temperatum & modeſtum eſſe.

Ar-

Articulus VII.

Janſeniſtæ ad ſimplices Fideles authoritatem Eccleſiæ docentis transferunt.

Ut totius novi inſtituti & formæ, cujus in Eccleſiam invehendæ ſimulacrum Burgofonte delineatum eſt, vera & legitima ſpecies comprehendatur animo, ſatis non eſt noſſe, quam contumelioſe, quove contemptu hi reformatores tractent Pontificem; deinde ad quem jam ſublimem evehant, jam humilem gradum deprimant Epiſcopos; & demum ad quod faſtigium attollant ſimplices presbyteros: perſona & munus, quod ſimplicibus Fidelibus imponunt, tanti momenti eſt, atque in executione conſilii, ſus deque in Eccleſia vertendi omnia, tam naturaliter locum ac partes ſuas habet, ut nobis integrum non ſit rem hanc omnino ſilentio præterire. Loquamur imprimis de ſacris functionibus & authoritate, quam diminutis iniquiſſime Paſtorum, quos JEſus Chriſtus inſtituit, juribus, generatim Fidelium communitati largiuntur; deinde de functionibus peculiaribus, quas certis hujus corporis membris aſſignant.

§. I.

§. I.

Authoritas & Sacræ functiones ſimplicium Fidelium in Eccleſia, ſecundum novam formam Janſeniſtarum.

Ex eo, quod Papa & Epiſcopi ſecundum hanc novam formam non ſint, niſi *capita miniſterialia*, ille in *Eccleſia*, hi in ſuis Diœceſibus, ſequitur, authoritatem, quam exercent, reſidere penes illos, qui hanc ipſis impertiuntur, & quorum adminiſtri ſunt: Atqui populus eſt, qui hanc ipſis authoritatem confert: ergo populus ex mente horum Reformatorum vere ac proprie Eccleſia eſt, nec Paſtores aliud ſunt, quam adminiſtri Eccleſiæ vel populi. Ex hac falſa notione, qua Janſeniſtæ Eccleſiæ ſtatum & naturam explicant, naſcitur tam frequens in libris ipſorum inter Eccleſiam & Paſtores oppoſitio, ut cum dicunt: (*n*) *Claves ſunt propriæ Eccleſiæ, miniſterium Paſtoribus:* quibus verbis manifeſeſtum eſt non aliud ſignificari poſſe, quam quod Eccleſia, quam populus efficit, a JEſu Chriſto acceperit poteſtatem clavium, & Paſtores ſint Adminiſtri populi, quibus hic ipſe populus munus demandat, ut hanc poteſtatem exerceant. In lexico igitur Janſeniſtico

(*n*) Everſio libertatum &c. T. I. pag. 319.

hæc vox *Eccleſia* nil plus ſignificat, quam *Cœtum Fidelium*; neque Janſeniſtæ illud, quod Catholici faciunt, inter *Eccleſiam docentem*, quæ conſtat ex Paſtoribus, & *Eccleſiam diſcentem*, quæ ex ſimplicibus Fidelibus componitur, diſcrimen ſtatuunt: Atque in hoc eorum errore defixos conſtanter oculos habeamus neceſſe eſt, ſi quidem omne venenum, quo doctrina & verba eorum de Eccleſia imbuta ſunt, explorare & perſpicere velimus.

Prærogativas ſi non ampliores, certe tam inſignes & copioſas tribuunt Janſeniſtæ cœtui Fidelium, quam Calviniſtæ, nec populus minorem illis, quam his gratiam & beneficii memoriam debet. Non plures tamen illarum, quam quinque, easque majoris momenti, quas ipſimet ardentiore præ reliquis ſtudio Fidelibus inculcare conantur, recenſebimus: ſatis hæ ſuperque omnium cernendum oculis, & vel ipſis tenendum manibus dabunt, quanta atrocitate his in rebus Eccleſiæ J. C. faciem deformarint.

Prærogativæ Communitatis Fidelium ex ſenſu Janſeniſtarum.

Prærogativa I. Cœtus Fidelium omnem authoritatem habet, quam JEſus Chriſtus contulit ſuæ Eccleſiæ. Papa & Epiſcopi hujus cœtus duntaxat adminiſtri ſunt. Author *Spiritus Gerſonii* nos docet, quis Sectæ ſuæ de hoc

hoc ſenſus ac lingua ſit: (*o*) „Nos, inquit, „dicimus & defendimus cum Gerſonio, imo „cum tota Sorbona, claves traditas eſſe Ec„cleſiæ, cujus Papa tantummodo Caput Mi„niſteriale eſt; adeoque ad Eccleſiam dire„ctè & eſſentialiter has claves pertinere, at „S. Petro ejusque Succeſſoribus ſolam earum „adminiſtrationem commiſſam eſſe.“

Prærogativa II. Cœtus Fidelium in rebus doctrinæ judex eſt: ille definit dogmata, ſacrorum communione interdicit, aut piorum ſocietati reſtituit: Papa & Epiſcopi non minus in hoc, quam in aliis meri miniſtri ſunt, qui mentem & voluntatem populi exequuntur. (*p*) „Eccleſia Univerſalis (Authoris *Everſio„nis libertatum* &c. verba ſunt) ſumpta pro „integro corpore, Mater Fidelium & Sponſa „J. C. eſt: Eccleſia in eundem ſenſum ac mo„dum accepta docet, judicat, decidit, hunc „in ſuam communionem admittit, illum ab „ea arcet, quamvis hæc omnia Paſtorum mi„niſterio præſtet.“ Scriptores hi num pulchrius & concordibus magis animis inter ſe convenire, ac Sectæ ſuæ negotium contra Eccleſiam gerere poſſent?

Prærogativa III. Quæcunque ſacra fulmina in reorum capita vibrent Epiſcopi, Pontifices, & ipſa etiam Concilia Oecumenica, bruta ſunt, & omni effectu carent, ſi non

(Z 2) popu-

(*o*) Pag. 58. (*p*) T. I. pag. 313.

populus irrogatas has pœnas conſenſu ſuo & approbatione obſignet: Res hæc in Janſeniana Eccleſia caput quoddam fidei eſt: rationem nemo eſt, qui non facile conjiciat. (*q*) „Ex„tra omne dubium eſt (affirmat *Jurium legi„timorum* Author) - - - - cenſuras, quas in„vito Clero & populo ferunt Epiſcopi, caſ„ſas & nullius roboris eſſe. - - - - (*r*) „Ex„communicatio eſt ſententia: nullam omnino „vim habere debet, ſi Clerus - - - - reclamet: „magis adhuc vitioſa & vana eſt, ſi „populus conſentiat Clero, & huic ſententiæ „refragetur. (*s*) Anathemata & execratio„nes, quibus Concilia Oecumenica delinquen„tes divinciunt, - - - - neminem tan„gunt, - - - - ſi Chriſtiana communitas eas „non probet, ac reis infligi ſinat.“

His rebellionis principiis facillimum eſt Fidelium animos, quos pervertere Janſeniſtæ cogitant, ita contra Eccleſiæ anathemata obarmare, ut omnem illorum timorem abjiciant. Ex maximis Factionis Heroibus uni, Montis Peſſulani Epiſcopo, hæc principia per cauſſam & occaſionem, quam mox dicam, ad hunc ipſum finem opportune uſui fuerunt. Edixerat Epiſcopus (*) Carcaſſonenſis, omnes eos, qui Advocatorum *Conſultationem de* *Con-*

(*q*) Pag. 721. (*r*) Ibid. pag. 722. (*s*) Ibid. pag. 713.
(*) Carcaſſone in Occitania.

Concilio (*) *Ebredunenſi* legunt, aut retinent, *ipſo facto* ſacrorum uſu prohibitos, & credentium cœtu excluſos eſſe. Verebatur Montis Peſſulani Epiſcopus, ne hæc declaratio ſuis quoque Diœceſanis aperiret oculos, eosque injecta religione territos admoneret, ipſos quoque, ſi libellum hunc Conſtitutioni tam injurioſum, & jam, antequam hic errorum abortus prodiret in lucem, ab Eccleſia diris devotum legerent, eandem ſortem ac pœnam ſubire. Præſul, ut hanc ipſis curam ac metum abſtergeret, prolixam edidit epiſtolam, quam pulchro Paſtoralis Epiſtolæ nomine inſignire placuit: in ea plerorumque abortivorum fœtuum ac librorum, quos Factio effudit, etſi æterna caligine digni habiti, & ab Eccleſia jam damnati eſſent, patronum ſe ac protectorem profitetur, monetque oves ſuas, ut Paſtoris ſui exemplo animatæ, rideant excommunicationem, quæ horum libellorum lectoribus decreta eſſet: (t) „interea (ſuos alloquitur) ſi aures & fidem præbetis Epiſco„po Carcaſſoñenſi, omnes aut percuſſi jam „anathemate, aut certe eo percuti digni eſtis: „at vos, chariſſimi mei fratres, id non cre„ditis; & jure id quidem: cauſſam habetis.“ Atque hæ in reducta ad novam formam Eccleſia conciones illæ ſunt, quibus chriſtianus populus ad obedientiam, & extimeſcendas Eccleſiæ cenſuras excitatur.

(*) Embrun.

(t) Epiſtola Paſtoralis 30. Dec. 1728. pag. 61.

Prærogativa IV. Epiſcopi, quibus alias tam ſevera lex poſita eſt, ſuarum Diœceſium presbyteros adhibendi in conſilium, eorumque *ſequendi* judicia, æque tenentur populi conſilium & ſenſum exquirere, quibuscunque peculiaribus ſibi ac propriis ornamentis & dotibus præditi ſint: lex iſta in hæc verba perſcripta eſt: (*u*) „Quodſi etiam Epiſcopus „majore rerum cognitione ſolus valeret, quam „omnes, qui circa ipſum ſunt, nihil tamen, „niſi communicatis cum Clero ſuo conſiliis, „imo eorum quoque e populo, qui repræ„ſentandis juſtis ſuis deſideriis pares ſunt, au„ditis ſententiis eum agere oportet.“

Prærogativa V. Cum Papa & Epiſcopi non niſi capita miniſterialia *in Eccleſia*, vel honeſti negotiorum, quæ gerenda ipſis a populo demandata ſunt, procuratores ſint, nunquam non a Clero inferioris ordinis, & populo contra intemperantiam primorum Paſtorum excubandum eſt, ne commodata ſibi a populo authoritate abutantur: Ut ne hoc jus ſuum Fideles unquam amittant ex oculis, aut potius, ut hoc commiſſo ſibi munere diligentiſſime fungantur, Defenſor *Libertatum Gallicanæ Eccleſiæ* vehementiſſimo dicendi genere hortatur: (*x*) „Par foret omnino, ait, ut „Facultates, Univerſitates, Collegia, Corpora

(*u*) Everſio Libertatum &c. T. II. pag. 488. (*x*) Ibid. pag. 526.

„ra & communitates, ipſique etiam privati pro „communi emolumento ſtudia ſua ac vires „jungerent, nec modo contra machinationes „Romanæ Curiæ, ſed contra omne id, quod „in gubernatione Eccleſiaſtica poteſtati huic „arbitrariæ, Spiritui J. C. & Eccleſiarum li„bertati adeo adverſæ, ſeu inducendæ, ſeu „corroborandæ materiam præbet, hanc ani„mi firmitatem adhiberi oporteret.“

Hæc præcipua Cœtus Fidelium contra primos Paſtores jura ſunt. En tibi ſacras etiam quasdam functiones peculiares, quas Janſeniſtis placet auferre Pontifici, Epiſcopis & Presbyteris, ut iisdem varia corporis Fidelium membra exornent.

§. II.

Peculiares functiones apud Janſeniſtas variorum membrorum Corporis Eccleſiæ.

1. Functiones Sacræ fœminarum.

Omnium temporum hæretici ſummum in eo factionis ſuæ lucrum reponebant, ut partibus ſuis devincirent fœminas: Hiſtoria Eccleſiaſtica ultra, quam ſatis eſt, documenta & exempla nobis ſuppeditat, quanto illæ ad

propagandos hæreticorum errores adjumento fuerint. Noſtræ ætatis Novatores non minus, ac alii, ad lucra ſua attenti, ipſi quoque hanc viam pro perducendo ad exitum ſuo ſyſtemate aggreſſi ſunt; Et vero negari non poteſt, eos in hoc de conciliandis ſibi fœminis negotio multo plus etiam, quam ullum alium unquam hæreticum, conari ac præſtare. At quinam hi illorum conatus, quæ facta ſunt, quibus bene merentur de fœminis? horreſco dicere; & religioni mihi ducerem de iis loqui, niſi ipſimet hoc myſterium iniquitatis prodidiſſent: Sacris illas & Sacerdotalibus functionibus inaugurant; Ita omnino: apud Janſeniſtas fœminæ accedunt ad aram, & Sacerdotum veſtibus indutæ Sacrum dicunt. * Non ſine

---

(*) S. Irenæus *l. 1. c. 9.* author eſt, Marcum hæreticum fœminas, quas ſibi ſocias adſciverat, ad Sacerdotium evexiſſe; additque in obſervatione ſua Fev - Ardentius, Quintillianos ſeu Pepuzianos ejus poſtea exemplum ſecutos eſſe teſtibus SS. Auguſtino, Joanne Damaſceno, & Epiphanio. S. Auguſtini *lib. de hæreſibus* (in Edit. Venet. Mauriana T. VIII. col. 10) verba ſunt: *Pepuziani ſive Quintilliani - - - tantum dantes mulieribus principatum, ut ſacerdotio quoque apud eos honorentur.* S. Joannis Damaſceni *de hæreſibus* (in Editione Lequieni Veneta a. 1748 T. I. pag. 88.) *Pepuzia-*

ſine divino numine ipſi Janſeniſtæ abominanda hæc arcana detexere mundo, quæ certe absque propria eorum confeſſione omni fide caruiſſent. Secreti hujus notitia Dominæ (*) Moliæ, celebris Abbatis Dugueti nepti, fœminæ ex animo Janſenianæ in acceptis ferenda eſt: Ea rem in *Ephemeridibus de Convulſionibus* his verbis exponit:

(*y*) „A longo jam tempore (**) Danconia „magnam a modo, quo ſacra myſteria peragit, nominis celebritatem nacta eſt: Modus „autem hic tam admirabilis eſt, ut aliquanto „abhinc tempore Sacerdos quidam, inſignis ſacer orator, dicere auditus ſit - - - - neminem unquam ſatis admirari poſſe gravitatem ac majeſtatem, qua illa hoc ſancto officio fungitur." Sacerdotum vero eæ partes ſunt, ut, cum novæ hæ presbyteræ ſacrifi- cant,

(Z 5)

---

puziani, qui & Quintilliani dicuntur - - - mulieribus magiſtratus ac Sacerdotia deferunt. S. Epiphanius *bæreſi 49* ait: *apud eosdem* (Pepuzianos) *mulieres epiſcopi ſunt, & presbyteri, & ad cæteros gradus allegun- tur, nullum ut ſexus diſcrimen ſervetur; nam in Chriſto JEſu neque mas eſt, neque fœmina.* Ergo Janſeniſtis nulla ex hac re, tanquam novo eorum invento, gloria obvenit; non enim niſi majorum ſuorum ſceleſta commenta imitati ſunt.

(*) Madame Mol. (**) la Danconi.

(*y*) pag. 12.

cant, ad aram ſerviant. (z) „Intellexi ex „nonnemine, cujus conſpecta fides eſt (proſequitur narrationem ſuam Molia) Danconiæ ſacra myſteria facienti Sacerdotes, eosque majoris authoritatis & dignitatis viros „aſſiſtere, & quod miniſtrorum aræ eſt, re-„ſpondendi officium obire; ad *memento* au-„tem commendare ejus precibus, quos ab ea „juvandos cenſent: ſeipſam aliquando coram „adfuiſſe, ajebat, cum, quando ad illum lo-„cum liturgiæ venerat, Sacerdos quidam Dan-„coniæ diceret, *ora pro Jacobo tuo*, hoc „nomine juvenem deſignans, & ipſum quo-„que præſentem, quem hujus puellæ fidei ac „curæ commiſſerant, ut illius conſcientiam „regeret.“ Cæterum ne quis exiſtimet, tantum hic agi de deliriis ceritorum quorundam ac fanaticorum hominum: Factionis Anteſignani cognitos habent ſacrilegos hos ritus & profana ſacra, ac probant. Molia optime gnara eorum, quæ in ſua ſecta gerebantur, de ſorore cujusdam pileonis loquens, in cujus ædibus Janſeniſtæ ſacro Chriſto patienti die Convulſionariorum aliquem Cruci ſuffigere parabant, teſtatur de hac puella, (a) „Eſt „ea Convulſionibus obnoxia, & quotidie Miſ-„ſam dicit: quod exemplum imitatæ aliæ, ſi-„bi quoque fas eſſe putarunt Miſſam dicere, „quandoquidem, quod illa facit, Factionis „Doctores ratum habent.“

En

(z) Ibid. pag. 13. (a) Ibid. pag. 39.

En igitur presbyteras in Eccleſiam inductas; presbyteras, quæ Miſſam dicunt, & conſcientiarum curam gerunt. Res ita explorata eſt, ut nullus jam amplius dubitandi locus ſit, in pluribus regni civitatibus ejusmodi presbyteras nidos ſuos habere. Si aliquando earum numerus tantus fuerit, ut præſtandis ſacri miniſterii officiis atque functionibus ſufficiant, facile omnis poteſtas, Epiſcopis detracta, & Sacerdotibus ac Curionibus tradita, ad has presbyteras transferri poterit, hac tamen lege, ut Sacerdotes & Curiones e Secta jus retineant, in earum dicendis Miſſis *miniſtrorum aræ inſtar reſpondendi* officium obeundi: Vel nova Eccleſia omnino carere poterit Sacerdotibus, ſicut jam caret Epiſcopis.

2. Functiones ſacræ profanorum Principum.

In gubernatione Eccleſiæ unum e potiſſimis ſacræ poteſtatis exercitiis eſt convocatio Conciliorum generalium. Noſtri Novatores præciſe & ſine exceptione jure convocandi Concilia privant Pontificem, ut novo hoc authoritatis incremento profanorum Principum, & quidem ſolorum dignitatem amplificent. (*b*) „Facile, ajunt, animo concipi poteſt, ſi vel „ſolam ſanam rationem conſulamus, jus cogendi

(*b*) Spiritus Gerſonii pag. 165.

„gendi Concilia ad Papam pertinere non poſ-„ſe." Cui ergo inſtaurata a Janſeniſtis ſana ratio hoc jus adjudicat? En tibi illum: (*c*) „Sana ratio, & uſus Eccleſiæ dictat, non Pa-„pæ, ſed profanorum Principum eſſe, con-„vocare Concilia." Vidimus, Vigorium non tantum ſibi ſumpſiſſe, ut ad hanc extremam uſque erroris crepidinem ſequeretur Calvinum; at nempe hæreticis, quo major ipſorum ſectæ fit acceſſio virium, eo plus accedit audaciæ; poſſetque animum inceſſere curioſitas & cupiditas quædam ex iisdem ſciſcitandi, num Anglicanæ jam Eccleſiæ fœderatos ſe credant.

3. Functiones ſacræ ſupremarum regni Curiarum ſeu Parlamentorum.

En iterum unum e pennicilli ductibus, quo ſeipſum ad nativam oris ſpeciem pingit Spiritus hæreſis. Quisquis Chriſtianis ſacris initiatus, & vel prima Religionis noſtræ elementa edoctus eſt, neſcire non poteſt, Apoſtolos poſt triumphalem Chriſti in cœlos reditum ſe recepiſſe in cœnaculum, ut vacarent precibus; poſt decem autem dies S. Spiritum ignitarum linguarum ſpecie ſupra eorum capita delapſum eſſe: hunc vero divinum Spiritum ex Chriſti promiſſo regendæ Docenti Eccleſiæ uſque ad finem temporum præſto fore. At

(*c*) Ibid. in titulo Capitis 29.

At Janſeniſtæ alium rerum ordinem conſtituunt: Spiritus ſuperbiæ, ut mentiuntur, invaſit & occupavit primorum Paſtorum animos; ergo Spiritus Sanctus eos deſtituit, ut aliis illuceat: quibus vero? Supremis regni curiis. Auſi certe ſunt in icone æri inciſa publicæ luci exponere ſupremum Pariſienſem Senatum in Curia collectum, ſententiam, quæ Sectæ favebat, ferentem; divinum autem Spiritum ignearum linguarum forma ſingulorum, qui conventui intererant, capitibus impendentem: ad calcem imaginis legebatur hæc inſcriptio: Superbia Eccleſiaſtica in ruborem data a Parlamento. Hunc igitur in modum nova ſecta Civiles Curias in tribunalia convertit, quibus ſua de religione decreta dictat S. Spiritus, & fidei regulas efficit: Et cuiquam inſolitum aut incredibile videri poſſit, alias quoque ſacras functiones iisdem a ſecta attribui? En harum præcipuas!

1. (*d*) „Supremæ Curiæ jus habent, graviter conſulendi & animadvertendi in omnes „eos, qui pure & ſimpliciter, atque eo, quo „Pontifex recipi vult, modo Conſtitutionem „recipiunt.

2. „Jus habent judiciariam poteſtatem exercendi in omnes eos, qui turbas cient in Ec„cleſia

(*d*) Inſtitutio familiaris de Conſtitutione pag. 76 & 77.

„cleſia & Republica ex occaſione Conſtitutio-„nis, quam ipſæmet pluribus ſuis decretis de-„clararunt in regno non fuiſſe receptam, ideo-„que fidei regulam ac normam non eſſe.

3. „Jus habent, imo tenentur Appella-„tionem tueri tanquam rationem in hac cauſ-„ſa agendi legitimam, & SS. canonibus con-„formem.

4. „Præter jus, quo potiuntur, ipſa ſu-„premas Curias neceſſitas adigit, ut ipſæmet „appellent ad Concilium; primo, ut evitetur „ſchiſma, quod Galliæ a Conſtitutione immi-„net. - - - - Deinde, ut ſarta tectaque ſer-„ventur principia ac jura regni, quæ a Con-„ſtitutione abolita & ad nihilum redacta „ſunt. - - - - Et denique, ut ſeipſas præmu-„niant ac ſecuras præſtent a cenſuris Pontifi-„cis, qui omnes illos ex Eccleſia ejectos pro-„nunciavit, qui Bullam non pure & ſimplici-„ter recipiunt, hoc eſt, eo ſenſu, quem ejus „verba primo aſpectu animo exhibent; cum „tamen hic ipſe ſenſus a ſupremis Curiis im-„probatus ac rejectus ſit.

5. Supremarum Curiarum officium eſt, invigilare Epiſcopis & cavere, ne dum veritates noſtræ ſanctæ religionis vitiant, ipſum fidei depoſitum corrumpant. Eſt hoc *principium* aliquod in inſtaurata ex nova forma Eccleſia, uti Tutor *libertatum Gallicanæ Eccleſiæ* nobis indicat: (*e*) „Oportet hoc loco, ait, paucis

(*e*) T. II. pag. 545.

„paucis verbis attingere principium quoddam, „de quo plerumque non ſatis notitiæ habetur: „ſi quis ex Epiſcopis authoritate ſua abuſus, ve- „ritates aliquas, certas & univerſim receptas, „quæ ad fidem pertinent, adoriatur, ſupre- „ma curia in reprimendo ejus conatu ac moli- „tione nihil hæſitet neceſſe eſt.“

6. Supremarum Curiarum eſt, injectò fræno coercere Aulam Romanam, ne extra ſuam feratur orbitam; Presbyteris autem contra Epiſcopos, qui iisdem exhibendam Eccleſiæ ſubmiſſionem vi metuque extorquere vellent, præſidio eſſe: hoc illis jus tribunal 50. Advocatorum aſſerit: (*f*) „non tantum contra machinationes Romanæ Aulæ, inquiunt, „Magiſtratus publici vocem ſuam ſuſtulere, & „ſupremæ Curiæ omni ſua objecta authorita- „te obniſæ ſunt: tum quoque, cum aliqui „Galliæ Epiſcopi ex immoderato in Bullam „*Unigenitus* ſtudio, hanc ipſam pro cauſſa „ac titulo obtendere voluere vexandi ac pre- „mendi ſacros miniſtros ſecundi ordinis, acri- „ter obſtitere ſupremæ Curiæ, & tota vi in „comprimendos hos violentos aſſultus ac inju- „rias incubuere. Decreta earum de hoc nego- „tio in omnium manibus ſunt. At illud, quod „contra varia monita, mandata & Epiſtolas „Sueſſionenſis Epiſcopi 7. Junii 1719 editum „eſt, ſingulare præ reliquis pretium ex eo me- re-

(*f*) Conſultatio de Concilio Ebredun. pag. 32.

„retur, quod perſpicua magis & ſolemniore „verborum forma appellationem ad Concili„um ratam habuiſſe dici poſſit." Et hæc de ſupremis Curiis novæ Eccleſiæ doctrina ac diſciplina eſt.

4. Functiones Sacræ Advocatorum.

Inter varia cœtus Fidelium membra, quibus Janſeniſtæ ſacras functiones obeundas committunt, nemo illuſtriorem & ampliorem perſonam gerit Advocatis, qui ſe Factionis partibus addicunt: hi ſunt hodie robur, lex, oraculum, & ultimum perfugium Janſeniſmi: hi judicum quoddam tribunal conficiunt, quod de omnibus ſacris cauſſis cognitionem exercet, & ſententiam pronunciat; & quamdiu Janſeniſtica Secta inter aſſeclas ſuos numerabit Advocatos, nullis aliis indigebit Doctoribus. Cum Formula Alexandri VII magnas Janſeniſtis curas injiceret, Advocatorum unus decidit, illi *ſine turpi mendacio* ſubſcribi non poſſe. Effatum hoc Janſeniſtis pro lege fuit, non quidem ut ne ſubſcriberent, ſed ut ſubſcriberent, quemadmodum ſupra diximus, quamvis probe intelligerent, ſe hac ſubſcriptione turpiter mentiri.

Concilium Ebredunenſe altera commemorabilis Epocha eſt, qua neceſſaria ad negotia Eccleſiaſtica Advocatorum opera innoteſcere cœpit, & famæ eorundem celebritas initi-

Initium ſumpſit. Factio a quinquaginta Advocatis, quorum nomina ad calcem Conſultationis leguntur, corroborata, ceu de reportata ſummi momenti victoria pæana cecinit: (g) „Conſultationi, exclamat Epiſcopus Mon„tiſpeſſulani, quinquaginta celeberrimi Ad„vocati ſuffragia ac nomina ſua adſcripſere; „Eadem per regnum vulgata communi ap„plauſu excepta eſt: quidnam tam graves ac „locupletes teſtes in mundi tribunali produ„cere potuit, niſi victrix vis veritatis? (*)“

(g) Epiſtola Epiſcopi Montiſpeſſulani ad Regem 29. Jun. 1728 pag. 40.

(*) Huc pertinent litteræ Epiſcopi (**) Sanitienſis ad Advocatos Curiæ Pariſinæ 5. Jan. 1728 datæ, quarum hoc excerptum juvat adducere: „An non vos, ex communi Sa„cerdotii & regni teſtimonio, benigni eſtis „arbitri privatorum in ſuis contentionibus, „providi familiarum duces in ſuis negotiis, „tutores oppreſſorum pauperum, terror „violentorum divitum, turbulento reipu„blicæ tempore fulcrum dignitatis regiæ, „& inter nubila ac depravationis pericula „aſylum Epiſcopatus?“ Vah! quæ hæc lingua eſt in ore Epiſcopi! Proinde quid mirum, quod in extrema parte epiſtolæ Advocatos ceu tutelares ſuos Divos invocet? „Spondete igitur mihi, ſcribentis „vo-

(**) de Scaez.

Digitized by Google

O quam blanditur auribus tam glorioſum elogium, & quidem in epiſtola ad regem, atque profectum a calamo Epiſcopi, qui tum novæ Eccleſiæ Præſes erat. Advocatos certe illud ita affecit, ut ab hoc tempore plures eorum Juriſprudentiæ operam ſuam ideo renunciaſſe viſi ſint, ut plus ſibi temporis & otii ad fabricandas Conſultationes Theologicas ſuppeteret. Vel unum Papæ aut Epiſcopi verbulum, Factioni moleſtum, ſatis erat, ut novam contra Papam vel Epiſcopum conſultationem cuderent. Exemplum eſto: Summus Pontifex in Bulla Canonizationis S. Vincentii a Paulo illos *Novatores* appellat, qui commentitia Diaconi ad S. Medardi miracula ſpargunt & prædicant: Curiones quidam Pariſini, hujus noxæ rei, ſingillatim hac ſe Novatorum appellatione, quam ſuam faciunt, notatos & affectos injuria eſſe queruntur; appellant ad Advocatos, & continuo ab hoc tribunali proſilit (*b*) *Conſultatio DD. Advocatorum Pariſinæ Curiæ, in Cauſſa Bullæ, quæ inſcribitur: Canonizatio Beati Vincentii a Pau-*

---

votum eſt, " ad extremum uſque hoc
„idem præſidium, quod hucusque tam benevole & officioſe mihi præbuiſtis; & ſatagam ego illud demereri ſingulari veſtri
„nominis cultu, & tenera grati animi ſignificatione &c. Domini mei &c."

(*b*) 16. Jan. 1738.

Paulo: in hac Conſultatione cauſſa cadit Pontifex, eamque Curiones obtinent: ipſa Canonizationis Bulla, & illuſtriora Vincentii recens in Sanctorum faſtos adſcripti geſta eodem fere protervo dente vellicantur ac roduntur, quo lacerarentur Genevæ.

(*) Bajocis Eccleſiæ Miniſtri moribundo, Eccleſiæ ſanctionibus rebelli ſacra myſteria præbere renuunt: judex profanus præberi jubet: interponit ſe Epiſcopus Bajocenſis, & contra temerarium facinus profani judicis, quo jurisdictionem Eccleſiaſticam invadebat, reclamat: Janſeniana Factio a defenſoribus, quos ſibi delegerat, petit, ut Epiſcopo Bajocenſi dicam ſcribat; & en! mox comparet in publico nova (*i*) *Conſultatio DD. Advocatorum Curiæ Pariſinæ de juribus profanorum judicum in exercenda cognitione de rebus ſchismatis, & comprimendis conatibus Eccleſiaſticorum, qui negando ſacramenta illud fovent*: perſtringitur maledico calamo Epiſcopi Bajocenſis in hac re agendi ratio, & fautor ſchismatis eſſe arguitur: deciſio fit, (*k*) „hanc „repulſam (qua petentibus ſacramenta negantur) ex ſchismate tanquam principio naſci, „cujus primi Paſtores infelici fato nimis aperte ſe ſtudioſos ac Patronos eſſe proderent."

(*) Bayeux
(*i*) 5. Jun. 1739. (*k*) pag. 5.

Archiepiſcopus Senonenſis ex novo ſuo doctrinæ Chriſtianæ libello elementa fidei tradi jubet, & uſum antiqui prohibet, indicta iis, qui non obtemperarent, hac pœna, ut omnis ſacri muneris adminiſtrandi poteſtate carerent: At Curiones Eccleſiæ rebelles non facile ad Epiſcoporum ſuorum authoritatem & imperium flecti ſe ſinunt: Senonenſes Advocatorum opem implorant, & e veſtigio obtinent: præſto eſt (*l*) *Conſultatio DD. Advocatorum Pariſinæ Curiæ de negotio mandati Archiepiſcopi Senonenſis, qui ſub pœna ſuſpenſionis jubet tradi Catechiſmum, quem hic Præſul Diœceſi ſuæ poſthac explicandum propoſuit.* Advocati ſolicite perſcrutantur & expendunt omnem penitus hujus Catechiſmi doctrinam; non exiguum dogmatum numerum cenſoria ſeveritate reprehendunt, præcipue autem illa, in quibus agitur de docenda populum obedientia, quæ Pontifici & Epiſcopis præſtanda eſt, eaque hac nota inurunt, (*m*) *legibus Eccleſiæ contraria eſſe*: tandem pro tribunali ſecundum Curiones ſententiam ferunt, & ipſos jure poſſeſſionis repugnandi ſuo Archiepiſcopo, & obſequium negandi, gaudere decernunt.

In pluribus ſe ſimul locis ſiſtere Advocatos credas, ut ad opem parvæ Eccleſiæ, ubicunque aliquam calamitatem ſubit, ferendam advo-

(*l*) 1. Sept. 1739. (*m*) pag. 7 & 8.

advolent: Nullus Catholicus Epiſcopus pro emolumento religionis veſtigium movere poteſt, ut non Advocatorum caterva ſe ferat obviam, quæ viam intercipiat: Unum adhuc rei hujus exemplum afferre libet: Curio quidam civitatis Montis Peſſulani, veriſimilius a (*) Charencyo Epiſcopo ſuo non erat *in conſilium adhibitus*, dum agebatur de imponendo omnibus mandato, ut formulæ ſubſcriberent: Cum pertinaciter illud promulgare renueret, in foro Eccleſiaſtico cauſſam dicere jubetur: at quid Epiſcopus cum omni ſuo ſacro tribunali contra Advocatos valeat? Ad eorum ſe præſidium vertit Curio, & extemplo ab novo hoc tribunali Eccleſiaſtico prodit (*n*) *Conſultatio DD. Advocatorum Curiæ Pariſinæ in cauſſa litis intentatæ Villebrunio Curioni ad S. Annæ Montispeſſulani, & Mandati Epiſcopi Montispeſſulani, quo ſubſcriptio Formulæ Alexandri VII imperatur.* Reſpondent autem Doctores Conſulentes (*o*) „diſtinctionem juris & facti immotis & inconcuſſis rationis & religionis fundamentis niti.“ Peregrinum ac inſolens ipſis videtur, (*p*) „quod „Epiſcopus Montispeſſulani diſtinctionem juris & facti in ſubſcriptione Formulæ adhibitam erroribus in fide accenſeat: quod adverſus conteſtatam rei notitiam audeat innuere, „Eccleſiam ſuum de facti quæſtione ſenſum palam edixiſſe: quod eos, qui huic diſtinctio-

(*n*) 29. Maji 1739. (*o*) pag. 14. (*p*) ibid.
(*) De Charency.

„ni ſuffragantur, repræſentet tanquam Eccle-„ſiaſtico percuſſos anathemate, id, quod lon-„ge abeſt, ut, quemadmodum affirmant, ul-„la idonea ratione probari poſſit.“ Poſt plura argumenta ex altiſſimo Theologicæ ſuæ eruditionis fonte hauſta, & æque gravia, ac iſtud eſt, Advocati pro more ſuo, inprimis rebellem Curionem jure egiſſe edicunt; deinde amplo & magnifico elogio Colberti (demortui Epiſcopi Montispeſſulani) legitimos de religione ſenſus proſequuntur, ſucceſſorem autem ipſius indigniſſimum in modum probris onerant, hac tamen moderatione uſi, ut a dicendo & in Præſulem, & in ipſius mandatum, in quo tot errores deprehendunt, anathemate abſtineant: quid ſponte currentes cohibuerit, ne eo proruerent, non ſatis liquet.

Atque ita comparata eſt diſtributionis ratio, qua Janſeniſtæ functiones Eccleſiaſticas inter profanos homines partiti ſunt: Militaris quidam ordo in hac partitione præteritus eſt; verum an non jure metuendum eſt, ne novi hi errorum aſſeclæ eidem ad tuendas partes ſuas, aliquando ejusmodi functiones demandent, quales illi ad defendendam Sectam ſuam imperarunt Huſſitæ in Bohemia, Lutherani & Anabaptiſtæ in Germania, & in Gallia Calviniſtæ? Faxit Deus, ut nunquam eas vires acquirant, quibus tantum nefas moliri poſſint!

Com-

Comparemus hic iterum cum Janſeniſtarum doctrina & modo agendi, editum Burgofonte contra poteſtatem Eccleſiæ decretum: *Statutum eſt in hoc Conciliabulo, adverſus Monarchicum Eccleſiæ Statum omnia conſilia atque operam convertere; & ut hic evertatur, ariſtocraticum introducere; quo ſtabilito facile foret, omnem Eccleſiæ poteſtatem peſſundare.* Eja! admittantur ſemel Janſeniſtarum principia de Papa, de Epiſcopis, de Presbyteris, de profanis hominibus; ubinam tunc erit poteſtas Eccleſiæ? An minimum etiam veſtigium illi reſtabit de vero & legitimo ſuo regimine, aut non potius horrenda perturbatione omnia inter ſe permiſta & confuſa erunt?

Articulus VIII.

Janſeniſtæ Eccleſiam Gallicanam a ſe tam fœde deformatam cum Anglicana conjungere attentant.

Janſeniſtæ igitur, quantum in ipſis eſt, omnem Eccleſiæ poteſtatem convellunt ac deſtruunt: Religionem in Gallia ſummis detrimentis affici & ad interitum ruere, ſub ipſos etiam ſenſus & oculos cadit; & ſi nondum in eum locum adducta eſt, quo eſt in Anglia, id certe Novatorum horum ſocordiæ aut alieniori ab Anglicana religione animo tribuendum non eſt; An non enim reipſa ex hac volun-

luntate ac ſtudio, quo in illam feruntur, Patris Lecourayeri Appellantis libri nati ſunt, in quibus legitimos ac ratos eſſe contendit Ordines & Sacerdotia, quibus profani Angliæ Epiſcopi ſuos initiant? An non hoc idem ſtudium calamum acuit, & ad ſcribendum incitavit impotentis animi Authorem libelli, qui potius *vox Presbyterianorum*, quam *vox Presbyteri* inſcribi debuerat? An non hoc venenatus ille fons eſt, ex quo tot alii, quibus hodie ſe Gallia inundatam videt, contra fidem, diſciplinam Eccleſiæ, & morum probitatem libelli profluxere? Noſtri igitur Novatores nondum abjecere captum quadraginta abhinc annis ab uno e ſpectatiſſimis Factionis Sectatoribus horribile conſilium, Gallicanam Eccleſiam avellendi a communione cum Eccleſia Romana, ut cum Anglicana in unam coaleſceret: hodie hanc execrabilem telam pertexere tentant ipſo facto & opere, quam ante 40. annos texere cœperant litterarum commercio. Hoc facinus, adeo Deiſtarum Burgofontanorum ſucceſſoribus dignum, nimis quam exploratum eſt, & intimo quodam nexu cum præſente argumento ita cohæret, ut hoc loco tacitum prætermitti non poſſit. Exponam autem illud verbis Epiſcopi Seguſteronenſis, cui juſſu Ducis Regentis omnia documenta, quæ rem extra omnem controverſiam ponunt, tradita ſunt: Nemini prudentum hominum, credo, in mentem veniet, tam illuſtrem teſtem falſi arguere.

(q) Do-

(*q*) „Doctor Dupinus, ait Epiſcopus „Segusteronenſis, ab animi ſui immoderatio„ne Sorbonæ abunde cognitus, integrum „commentarium conſcripſit (de conſilio ac „modo Appellantes conſociandi cum Eccleſia „Anglicana). A longo jam tempore conſta„bat de arcta ipſius neceſſitudine & perenni „litterarum commercio cum Archiepiſcopo „Cantuarienſi, hoc eſt, cum viro, qui in „Eccleſia Anglicana dignitatis gradu præ aliis „eminet. Ut de commeantibus inter ambos „continenter litteris conſtitit, opinio fuit, eas „ad ſola mutuæ humanitatis officia pertinere: „procedente tempore ſuſpicio arcani cujusdam „negotii afflavit animos: erupere ſenſim e te„nebris aliqua rei, quæ agitaretur, indicia: „intentis igitur oculis perſequendi illius veſti„gia cura fuit: tandem in intimas clandeſtini „conſilii latebras penetratum eſt, patuitque „atrociſſima, quam Doctor Catholicus in „negotio religionis machinari potuit, con„ſpiratio: nihil dirius unquam aut immanius „defectio a vera fide moliri auſa eſt.

„Coram aderam, cum 10. Februarii im„perium datum eſt, ut in ædibus Dupini ſcri„pta ipſius & chartæ comprehenderentur: illi„co omnes interceptæ ſunt. Verſabar tum in „palatio regio, cum eodem afferrentur: lege„bantur in iis hæc dogmata; poſſe principia

 „no-

(*q*) Hiſtoria de Conſtitutione T. II. pag. 87.

„noſtræ fidei conciliari cum principiis religio-„nis Anglicanæ; ut autem hæc conſociatio ef-„ficeretur, poſſe, quin vitietur doctrinæ in-„tegritas, antiquari privatam peccatorum „confeſſionem; ſuperſederi dogmate de trans-„ſubſtantiatione in SS. Euchariſtiæ ſacramento; „aboleri & irrita fieri vota religioſa; Sacerdo-„tibus indulgeri connubia; abrogari eſuria-„les ferias & quadraginta dierum jejunium; „careri Pontifice, tolli omne cum illo com-„mercium, ac editas ab ipſo ſanctiones con-„temni ac negligi.“

Ex his ſcriptis, quorum meminit Epiſcopus Seguſteronenſis, aliqua anno 1719 in publicam lucem data ſunt: duo vel tria excerpta ex Epiſtolis Archiepiſcopi Cantuarienſis ad Dupinum princeps illud argumentum, quod duos hos amicos tam arcta conſiliorum ſocietate colligavit, tam clare ſubjicient oculis, ut in dubium revocari nequeat. In epiſtola, quam adjecta nota temporis priorem reliquis datam eſſe indicat, prima clandeſtini conſilii ac negotii fundamenta jaciuntur: ſumit autem in ea Archiepiſcopus perſonam hominis, cui compertum ac perſuaſum jam eſſet, Doctorem Dupinum in religione Anglicana aut nihil, aut certe admodum parum deprehenſurum, quod mutatum vellet: (*r*) „Quod „ad me (ſcribentis ad Dupinum verba ſunt) „&

(r) Epiſtola 13 Febr. 1717.

„& Eccleſiam Anglicanam attinet, aut mea me „vehementer fallit opinio, aut plane pauca vi-„deo, quæ, ſi ex animi tui æquitate & uſita-„ta eruditione rem æſtimem, ad aliam formam „aut inſtituti rationem reduci velis.“

In alia epiſtola Archiepiſcopus teſtatur ardens deſiderium, quo conjunctionis opus, ad quod informandum & perficiendum uterque mutuam operam conferrent, ad finem perductum videre cuperet: En verba epiſtolæ: (*s*) „Precor Deum, ut omnibus tuis tam piis, „& ortis a chriſtiana charitate cœptis pro pa-„ce & concordia Eccleſiæ benignus aſpiret; „Cum nemini æque ac mihi hæc conjunctio „cordi ſit, ſummi momenti ac felicitatis, „quæ mihi in vita obvenire poſſit, opus æſti-„mabo, ſi quid ſubſidii ad illud curandum & „provehendum quoquo modo afferre poſſim. „Utcunque autem res eveniat, ſaltem bonis „noſtris propoſitis Deus bene precabitur.“

Ex tertia quadam ejusdem Archiepiſcopi epiſtola colligitur, a Doctore Dupino manuſcriptum ſuum Tractatum de conjunctione Eccleſiæ Gallicanæ cum Anglicana ipſi miſſum fuiſſe; ſignificat enim Archiepiſcopus Dupino, ſe ipſius Commentarium tanta cum voluptate legiſſe, ut ſibi temperare non potuerit, quin hæc ſibi apud animum ſuum loqueretur: (*t*) „Felix Eccleſia Galliæ, cui talis Doctor obtigit

(*s*) Epiſtola ſine nota temporis. (*t*) 1. Octobr. 1718.

„git - - - - ſane habilis & animoſus ad de-„fendendam ipſius cauſſam ac commoda, & „quidem non tantum contra illius ſcriptores, „qui eam deſtituunt, & produnt, ſed con-„tra ipſum etiam ſummum Pontificem, cui „reſiſtere audet in faciem, quia reprehenſibi-„lis eſt.“

(*) Atque ex his evidentibus argumentis de tam deteſtabili conſpiratione, ſi Eccleſiam a Janſe-

(*) Author inſulſiſſimi reſponſi *ad Veritatem Conſilii Burgofonte initi Demonſtratam* &c. ſeu ſcriptor octo Epiſtolarum, tam inviſum facinus & negotium de conjunctione cum Anglia, quam machinabatur Dupinus, fallaci fuco & aliena forma tegere conatus eſt. Sed num ignorabat hic homo, Janſeniſtas, maligno Jeſuitas inſectandi ſtudio occæcatos, ſua ipſos manu immanem hanc molitionem teſtatos eſſe, quin prævide-rent ictum, quo ſuum ipſimet jugulum peterent, & lethali plaga ſauciarent? In Commentario II Legatis in Comitiis Sueſſionenbus oblato, cum legitimam iisdem formam exhibere vellent, quæ *de Jeſuitis animo concipienda eſſet*, pag. 2. ajunt: „Lapſi ſunt „anni aliquot, ex quo Viri quidam bene er-„ga religionem animati, aliquem jam pro-„greſſum fecerant in procuranda hinc qui-„dem cum Eccleſia Anglicana, inde cum „Moſcovitica conjunctione: at vix cœptum „&

Janſeniſtis fœdiſſime deformatam cum Eccleſia Anglicana conferamus, concludamus neceſſe eſt, his Novatoribus non ſupereſſe agendum aliud, quam ut aperte & ſolenni ritu ſe cum Anglis conjungant.

Quæſtio IV.

Quomodo ſe & rem ſuam geſſerint Janſeniſtæ, poſtquam ab Eccleſia Obſervationes morales Queſnellianæ proſcriptæ ac diris devotæ ſunt.

Sub ingreſſum hujus ultimæ Partis promiſeram, palam facturum me, a Janſeniſtis omnem Eccleſiaſtici regiminis formam ſus deque verti, authoritatem Vicarii J. C. proculcari, alteram Epiſcoporum pro nihilo haberi, ſimplices Sacerdotes æquari Epiſcopis ac ſummo Pontifici, & transferri ad gregem J. C. id, quod non niſi in gregis hujus Paſtores convenire poteſt; ut autem datam a me fidem liberarem, alio prope labore mihi non conſtabat, quam ut ſimplice rerum narratione complecterer ea, quæ noſtra ætate ac memoria nobisque ipſis inſpectantibus geſta ſunt: quin ergo tantundem faciamus, ut duorum poſtremorum

„& affectum erat negotium, cum tam ſalu„bre conſilium & conatus a Jeſuitis contur„batus & disjectus eſt.“

morum Canonum Burgofontani Conciliabuli executio vera eſſe oſtendatur. Duorum horum Canonum prior, qui hujus Quæſtionis argumentum eſt, præſcribit, *ut ſi Papa nova ipſorum dogmata anathemate percuſſerit, reclametur, & ad Concilium provocetur.* Geminis hic Canon conſtat partibus, de quibus ſeparatim differendum erit: obſtringit is Janſeniſtas, ut ſi ita percuſſi fuerint, ut non reſtet modus, quo acceptum damnum ſarciant, 1. reclament contra anathemata, quæ in nova ipſorum dogmata contorta fuerint; 2. ut à damnantis Pontificis ſententia ad futurum Concilium appellent.

Articulus I.

Janſeniſtæ condemnati reclamant contra latam a ſummo Pontifice adverſus nova ſua dogmata anathematis ſententiam.

P. Queſnellus ſatis aſtute quidem rem aggreſſus eſt, ut Janſeniſmum jam toties proſtratum, a lapſu & gravi calamitate ſua reſtitueret, & confirmaret: Sed quid hæreſis omni ſua calliditate ac verſutia contra promiſſa, quæ JEſus Chriſtus fecit ſuæ Eccleſiæ, unquam efficere poſſit? Venenum libri Queſnelliani prima ſeipſum fronte prodidit. Jam alias commemoravimus, quam ſolenni forma ſummus Pontifex errores, quibus is refertus eſt, damnave-

naverit: Quatuor Romani Pontifices, Clementis XI Succeſſores, ſua & ipſi authoritate & oraculo hæc anathemata rata habuere: omnes, præter viginti Galliæ Præſules, reliqui Catholici orbis Epiſcopi acquievere & ſubſcripſere Vicarii Chriſti judicio. Et contra tam ſolennem Univerſæ Eccleſiæ ſenſum parva Novatorum manus, quæ hinc & illinc per quasdam Galliæ Provincias diſperſa eſt, omni eo ardens furore, quo indomita & ferociſſima in errore obſtinatio animos incendere poteſt, conſurgere auſa eſt. Nihil omnino contumeliarum, imo dicere auſim, nihil blasphemiarum eſt, quas illi non contra integerrimam hanc ac certiſſimam Eccleſiæ ſententiam vomuere. Proximum quemque, in quem inciderint oculi, ſine delectu librum e millenis illis, qui per hanc occaſionem vulgati ſunt, ſumamus in manus, & ubique in iis occurret idem rebellionis æſtus ac furor; ubique hi Novatores verorum inſtar fanaticorum latrant ac ululant.

Aperiamus primo libros Epiſcopi Montispeſſulani, qui Sectæ tanto tempore Caput fuit: Audiamus, quam contenta is voce in Inſtitutione quadam Paſtorali contra Conſtitutionem *reclamet:* (*u*) „Diu jam eſt, Chariſ-„ſimi mei Fratres, ex quo ingemiſcimus ma-„lis, quæ Bulla *Unigenitus* Eccleſiæ attulit: „Intra ſeptendecim ſæcula, non ſuccurrit me-„moriæ

(*u*) Inſtitutio Paſtoralis de miraculis &c. pag. 1.

„moriæ, unquam contigiſſe quidpiam, quo-
„cum illa comparari poſſit: Quodvis ſæcu-
„lum pernicioſum quoddam exemplum & no-
„vam peſtem, qua inficerentur homines, pro-
„tulit: at illud malum, quod ex Bulla naſci-
„tur, omnium nobis maximum eſſe videtur,
„quod unquam divino permiſſu mundo illa-
„tum eſt.“ Oh! quam præclarum & optimi exempli hoc exordium eſt pro Inſtitutione Paſtorali! Si aures præbeamus *clamoribus* hujus Præſulis, hæc Bulla (*x*) „ignominioſam
„erroris labem infert doctrinæ & linguæ Pa-
„trum de Dei omnipotentia, & de charitate:
„committit & permiſcet inter ſe gemina anti-
„quæ & novæ legis fœdera: ab imo ſubruit
„Chriſtianam morum diſciplinam: condem-
„nat vera principia & leges de pœnitentia:
„extorquet Fidelibus e manibus SS. litteras:
„convellit fundamenta Hierarchiæ, jura Epi-
„ſcoporum labefactat, & libertates Eccleſiæ
„Gallicanæ concutit: Jeſuitarum ea inſtiga-
„tionibus ſuos natales debet: horum novæ
„doctrinæ ſuffragatur, & præcipua ejus capi-
„ta approbat: ubique turbas ac tumultus ciet:
„Declamatio contra illam univer-
„ſalis eſt: Fideles inde exteriti ſunt: hæreti-
„cis res peſſimi exempli eſt: &c.“ Hæ lucu-
lentæ illæ ac politæ phraſes ſunt, quas millies

(*x*) Vide Indicem Generalem ad calcem Vol. III. Operum Epiſcopi Montiſpeſſulani, Verbo: *Conſtitutio.*

lies repetitas legimus in tribus Domini Caroli Joachimi Colberti ſpiſſis voluminibus, quorum editione Janſeniſtæ, de poſteritate tam bene meriti, magnam a fidelibus gratiam iniere.

Cum autem tam pravæ ac malignæ indolis viſa ſit huic Præſuli Conſtitutio *Unigenitus*, quid mirum, quod is graviſſimum ſeipſum teſtem præbeat, ac pro certo affirmet ovibus ſuis, Deum viginti omnino variis viis & modis, inito accurate numero, & per omnia linguarum genera Bullæ contradixiſſe? (y) Ex ipſius ſenſu contradixit Bullæ Deus, ante ipſius natales, in Congregationibus *de Auxiliis*, in Epiſcoporum mandatis contra novos Caſuiſtas, in comitiis Cleri Gallicani &c. Ipſo natalium die contradixit illi publico pavore & conſternatione, qua ubivis animos percullit: poſt natales contradixit ore Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Doctorum, Sanctorum omnium temporum & ſæculorum: contradixit ore Epiſcoporum, Curionum, Sacerdotum, Religioſorum, & aliorum Eccleſiæ Miniſtrorum inferioris Ordinis: poterat Præſul addere fratres Sartores, fratres Sutores, (*)Sorores griſeas, & pueros Cantores Chori, qui appellarunt ad concili-

(y) Inſtitutio Paſt. de Miraculis pag. 2. & 3.

(*) Hoc nomine appellari ſolent Sorores ſeu puellæ a charitate, quæ in Gallia ægris inſerviunt.

um: contradixit ore puellarum, mulierum, Magiſtratuum, & (quos præſul ſane prætermittere non debuerat) Advocatorum.

Poſt figuratam tot ſonantibus verbis orationem, in duas late paginas diffuſam, cujus ego non niſi ſummam in pauca collatam dedi, Epiſcopus Montispeſſulani tandem accedit ad ſcopum, quem ſibi propoſitum habebat, & ait, aut potius *clamat*: Hodie Deus eidem Bullæ contradicit mirandis ſupra vires naturæ operibus & prodigiis, quæ ad ſepulchra Appellantium patrantur: ac ſi diceres: contradicit Bullæ Deus indecoris inſolentiis, emotæ mentis deliratione, ſcurrilibus ineptiis, & multo probroſioribus etiam factis, quæ in cœmeterio S. Medardi ſpectaculo fuere. Et horum ſe (pudor!) præconem facit Epiſcopus, eaque ad miraculorum faſtigium attollit, ut Bullam e gradu ſuo deturbet, ac opprimat? (z) „Vah! quantæ curæ, *reclamat* is identidem, „quot labores pro extruendo Bullæ ædificio ſuſcipiuntur? quis numeret clandeſtinos dolos, „ac præſtigias, quarum uſus eſt ad perficiendum opus, quod cœlo minetur? At Deus, „qui illud videt, idem ſpernit & reſpuit: non „alio indiget, quam cineribus cujusdam mortui, ut omnia hæc conſilia diſiiciat; non „alio, quam ſcipionibus ac grallis claudorum „& paralyticorum, ut ſuperbam hanc turrim „ſolo æquet.“ Cedo, num Deiſtæ Burgofonta-

(z) In eadem Inſtit. Paſtorali pag. 46.

fontani optare & petere poterant, ut majore contentione Succeſſores ſui *contra latas a Pontifice in nova ſua dogmata cenſuras reclamarent?*

Reliqui Factionis Scriptores in ſuis *reclamationibus* eadem fere chorda oberrant, ſed plerumque ſono minus intenſo: attollunt tamen aut remittunt vocem pro modo gradus ac dignitatis, quam in Factione obtinent; aptant eam perſonæ, quam gerunt, hominum generi, quos erroribus ſibi inficiendos ſumunt, majori vel minori faſtidio, & mentis ægritudini, qua laborant ex rerum ſtatu, in quo ſectæ cauſſa verſatur. Eja! patientes etiamnum ſimus, & quinque vel ſex exemplis, quantumcunque eorum indignitas animos commovere poſſit, placide feramus aures obtundi: pauciſſimis eorum recenſionem verbis abſolvam.

Authoribus *Inſtitutionis familiaris de Conſtitutione*, & *Veritatis toti mundo conſpicuæ redditæ* vulgus & plebs, catechetica quadam forma, erudienda deſtinata erat: modus contra Bullam *reclamandi* huic ipſorum muneri & populari intelligentiæ accommodatus, ſimplex, ſine oratoriis pigmentis, ſine incitatione ac vehementia eſt: (*a*) „Conſtitutio, *reclamat* primus, damnat id, quod nos primus „ſimboli articulus jubet credere de omnipo-

(*a*) a pag. 23 - 33.

„tentia Dei. - - - - Conſtitutio damnat ne„ceſſitatem fidei in JEſum Chriſtum; - - - - „neceſſitatem primi & maximi mandati de a„mando Deo; - - - - prudentiam, qua uti „oportet, ne profanentur ac temerentur res „ſacræ, & indignis abſolutio impertiatur; „- - - - denique Conſtitutio damnat legem, „qua plus Deo, quam hominibus obedire te„nemur.“

Alter, poſtquam eandem prope, quam prior, cantilenam cecinit, addit & id, ac *reclamat*: (*b*) „Conſtitutio plena eſt errori„bus, & vitiis in ipſa re ac natura poſitis, quæ „ſatis ſuperque ſunt, ut ea recipi non poſſit.“

Patronus *Libertatum*, *quas evertit Conſtitutio*, ſua elucubratus eſt, ut Advocatis de his materiis afferret notitiam, eosque iis tractandis pares & aptos redderet: itaque *reclamationes* ipſius contra Bullam ſublata altius voce inſonant, & illarum argumentum e penu acutioris & reconditioris eruditionis depromptum eſt: (*c*) „Neceſſe non eſt (graviter is *reclamat*)“ Gallum eſſe ad hoc, ut „quis jus habeat talem aſpernandi ſententiam: „ſatis eſt eſſe Chriſtianum, imo etiam ſatis eſt „eſſe hominem, ut quis ad illam repudiandam „obſtringatur: id tamen negari non poteſt, „Gallos præ omnibus obligari, ut majore il-

li

(*b*) T. I. pag. 250. (*c*) Everſio Libertatum &c. T. I. pag. 104.

„li conatu adverſentur." Quam pulchra hæc eſt gradatio in argumento ſacro, *homo, Chriſtianus, Gallus?* Præbuerunt autem errores Bullæ profugo huic Gallo juſtas magnasque cauſſas *reclamandi*: horum triginta detegit in ipſa Bulla, & unum ſupra quadraginta in modo ac forma, qua ea recepta eſt: omnes in unam ſummam collecti materiam ſuppeditarunt duobus voluminibus, quæ ſeptuaginta & una *reclamationibus* perſonant, & tandem in hanc *generalem reclamationem* deſinunt: (*d*) „Denunciare hanc Conſtitutionem Concilio, „idem eſt, ac vindicare & ſalvam præſtare fi„dem, doctrinam morum, & diſciplinam: „idem, ac cauſſam ſuſcipere atque ſuſtinere „omnium juſtiſſimam, qua ut cadas, vix fieri „poteſt; - - - - idem, ac oſtendere, Papam „errori obnoxium, & Concilium ſupra Ponti„ficem eſſe, hoc ipſo, quod Conſtitutionem „ad Concilii tribunal deferas, in quo ea non „poteſt non reprobari: fiat, fiat!" Et ſub tanto Magiſtro quinquaginta Advocatos tantum hauſiſſe doctrinæ, ut & ipſi *reclamare* poſſent, quemadmodum reipſa reclamarunt, mirum eſſe non debet.

Ægrimonia & amarities indolis, emotus ſtomachus, atra ac ebulliens bilis his, quæ ſequuntur, *reclamantium* cantilenis numeros ac modos dictarunt: placidiſſima illas voce

(*d*) Ibid. T. II. pag. 46.

decantat Domnus Theodoricus, qui *reclamationes* Lutheri ſibi exemplar propoſuiſſe videtur, quod in ſuis ipſe *reclamationibus* imitaretur: (*e*) „Nihil deterius, *reclamat*, cogi„tari poterat Conſtitutione *Unigenitus*, quam „ſcenæ ſerviens, politicus Clemens XI, ex „accuſatoriis Jeſuitarum libellis male conſu„tam, iisdem concitatoribus in publicum edi„dit: damnat in ea certiſſimas Chriſtianæ re„ligionis veritates ac firmiſſima fundamen„ta. - - - Neceſſario hæc Bulla, ceu apertæ „hæreſis rea, Eccleſiæ Catholicæ denuncian„da eſt.“ An non hoc ipſum Burgofonte ſancitum fuit, ut *reclamaretur* contra Eccleſiæ anathemata, antequam appellaretur ad Concilium? (*f*) „Arcemur, pergit ille, ab ade„undis dignitatibus, Sacerdotiis, & muneribus „Eccleſiaſticis, - - - quin alia illati hujus „probri ac jacturæ cauſſa afferri poſſit, quam „quod execrabili formulæ Alexandri VII, ac „impiæ Bullæ Clementis XI ſubſcribere noli„mus. - - - (*g*) „Bulla *Unigenitus*, quæ „ipſius (mali Dæmonis) hoc ſæculo opus eſt, „non alium in finem procuſa fuit, quam ut „præſidium eſſet ac fulcrum Moliniſmi, quem „ego non vereor noſtræ ætatis Pelagianiſmum „dicere: & id quidem per ſpeciem abolendi „commentitium Janſeniſmum, qui tamen non eſt,

(*e*) Commentarius II, de Conſiliis & molitionibus Janſeniſtarum pag. 7. (*f*) Ibid. pag. 10. (*g*) Commentarius III. pag. 9.

„eſt, niſi doctrina Eccleſiæ.“ Lutherus in ignem conjecit ac palam exuſſit Bullam Leonis X, quæ ipſius execrabatur errores; at neſcio ſane, an unquam hoc illam maledicto oneraverit, quod mali Dæmonis opus ſit.

Author e Factione, isque e furioſiſſimis unus, ſuas contra Bullam *reclamationes* modulari, & Sectæ devotiſſis præcinere pii & religioſi Cantoris ſono conatus eſt; ad hujus ſe modos componere ſimulat in procemio libelli, quem inſcripſit: *JEſus ſub Anathemate & excommunicatione*; ſed ſub finem ſeditioſi inſtar de foro rabulæ tumultuatur & ſtridet. Audiamus, quid hic hypocrita canat in exordio, & vociferetur ſub finem: (*b*) „opuſculum hoc, ait, ad afferendum illis ſolatium deſtinatum eſt, qui vere dolent vicem „Eccleſiæ, & ipſius malis commoventur - - - „Illi in hoc libello nihil, niſi pietatis & optimi „exempli argumenta reperient. - - - - (*i*) „Exhibetur (piis fidelibus) ipſe JEſus Chri„ſtus a multis Pontificibus novæ legis in Con„ſtitutione *Unigenitus* denuo condemnatus „in ſua veritate, & anathemate percuſſus in „ſuis defenſoribus. - - - - Comparatur dein„de judicium Caiphæ contra JEſum Chriſtum „cum Conſtitutione *Unigenitus* Clementis „XI, atque oſtenditur, quod, ſicut Caiphas „ipſam JEſu Chriſti perſonam damnavit, & a-

(*b*) In procemio pag. 1. (*i*) In Præfatione pag. 3.

„nathemate feriit, ita Clemens XI eundem „denuo damnaverit in ipſius veritate, & ana„themate ferierit in ipſius membris, in veri„tatis nempe defenſoribus; illos vero, qui „Conſtitutioni ſe ſubjiciunt, & ipſos quoque „reos eſſe, atque imitatione ſua repræſentare „prævaricationem Judæorum, qua condem„nationi JEſu Chriſti ſuffragati ſunt."

En ichnographiam ſuavis hujus, & miti unguento ſtillantis opuſculi: En id, quod cupit Author, ut devotiſſæ Janſenianæ (*k*) *ſine ulla intermiſſione* meditentur. O quam aptum hoc ad *alendam* earum *pietatem* argumentum eſt! Fructus ex his meditationibus hauriendus is eſt, ut contra omnes, ſacros & profanos Magiſtratus ac Principes pia quædam, at perfecta concitetur rebellio; hanc ſuadet Author vehementiſſimo dicendi genere: (*l*) „nec illius, *reclamat*, nomen, qui Conſti„tutionem edidit, nec grandis numerus Epi„ſcoporum, qui illam receperunt, quicquam „hodie apud illos momenti habere debet, quo„rum animis Deus ſincerum Eccleſiæ ac veri„tatis amorem indidit: Non proſcriptiones „& exilia, non exauctoratio & rejectio ab ho„noribus & muneribus, non vexationes aliæ, „non anathemata eos a ſententia dimoveant, „oportet: hac illi conſtantia abſolutam ma„gis & expreſſam JEſu Chriſti, & primorum ejus

(k) Pap. 59 & 60. (l) pag. 50.

„ejus diſcipulorum imaginem referent, quos „ipſos quoque Religionis Antiſtites damnarunt „& excommunicarunt.“ Vah! poteſtne indignius religioni illudi, aut graviore injuria affici divinus illius author, qui nobis tam perfectum obedientiæ exemplar ſe exhibuit?

P. (*) Bordéus ex Oratorio poſtremus erit, qui ſuis contra Bullam *reclamationibus* noſtram tentabit & fatigabit patientiam. Famoſus hic Novator ſuo *Teſtimonio Veritatis* ad calcem ſubnectit inſtitutionem & doctrinam de modo, quo latæ in nova ſectæ dogmata a Papa & Epiſcopis cenſuræ accipiendæ & tractandæ ſint: idea ipſius hac de re nova eſt. (*m*) „JEſus Chriſtus dixit nobis, *reclamat*, „melius eſſe projici in profundum maris, quam „vel minimo fratrum noſtrorum exempli pravitate offenſioni eſſe. Ex hoc jam principio „ſtatuamus, quid nobis de Conſtitutione aliqua, quæ non ſolum imbecillibus, ſed & „fortibus animis tam pernicioſo exemplo eſt, „cogitandum & agendum ſit. - - - - Ut „primum conſtitutio oculos ſubiit, probi „horrore correpti ſunt, Libertini cecinere victoriam. - - - - Et dubitare quis, aut e nobis percontari poſſit, quid de Conſtitutione „aliqua conſtituendum ſit, quæ harum omnium turbarum fons & origo eſt? Si humana

(*m*) Teſtimonium Veritatis pag. 325.
(*) de la Borde.

„prudentia & timiditas adhuc conſilii incertæ „titubent ac fluctuent, decidat veritas: *Su-„ſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & de-„mergatur in profundum maris.*" Certe Calviniſtæ ac Lutherani non potuiſſent robuſtiore voce & animo *reclamare* contra deciſiones Tridentini Concilii: Et potuiſſent id quidem æquali cum Janſeniſtis jure ac fundamento, & æque ſecundum ipſos, ac ſecundum Janſeniſtas, *veritas decidiſſet.*

Articulus II.

Janſeniſtæ poſt furores & clamores contra Eccleſiæ Anathemata appellant ad futurum Concilium.

Quatuor ab edita Conſtitutione anni in multiplicandos ingenti numero libellos, *reclamationibus* contra illam refertos, a Janſeniſtis inſumpti ſunt: omnes id ſpectabant, ut talibus principiis atque præceptionibus imbuerentur Legentium animi, quibus ad apertam contra Eccleſiam rebellionem incitarentur, neve horroris quicquam ſentirent, ſi quando ſchiſmatica ad futurum Concilium appellatio foras prodiret: jamque id ipſum ſe conſecutos putabant, adeoque ſtatuebant, hanc appellationem, centum jam prope abhinc annis Burgofonte decretam, non amplius differendam eſſe. Calendis Martii 1717 quatuor Epiſcopi, (*) Mirapiſcenſis, (**) Sanitienſis,

(*) de Mirepoix. (**) de Senez.

enſis, (*) Montiſpeſſulani, & (**) Bononienſis cecinere claſſicum, & rebellionis ſignum extulere, cum intentatæ & jactatæ a longo jam tempore appellationis litteras conficerent, & ſubſignarent: quandoquidem autem in omni hiſtoria Eccleſiaſtica non extaret Catholicum exemplar hujusmodi inſtrumenti appellationis, non eos puduit ad Lutheri appellationem conformare ſuam: (***) idem in hac exiſtit ordo, eædem rationes, iidem obten-

(*) de Montpellier. (**) de Boulogne.

(***) Eodem anno 1717. 3. Maij objectum eſt huic IV. Epiſcoporum Inſtrumento Scriptum Catholicum, cum hac inſcriptione: *Parallelum Appellationis IV. Epiſcoporum Galliæ cum Appellatione tum Lutheri, tum Pelagianorum, ſeu Diſſertatio, in qua, Actis harum Appellationum inter ſe collatis oſtenditur, quatuor Galliæ Epiſcopos damnationi Queſnelli refragantes, ſeu (ut nunc vocantur) contra Bullam Unigenitus a Clemente XI ad Concilium Univerſale Appellantes, eadem prorſus ratione, & quod conſequens eſt, eodem animante perduellionis ſpiritu appellaſſe, quo olim Lutherus a Leone X, Pelagiani vero Epiſcopi a Papa Zoſimo ad Concilium Univerſale appellarunt.* Ex hoc autem Parallelo liquet, veriſſima eſſe, quæ de eodem ordine, rationibus, obtentibus, cautionibus, & iisdem ſæpe verbis hoc loco commemorantur. *Interpres.*

tentus, eædem cautiones, & frequenter eadem verba, quæ in illa ſunt. III nonas Martii hæ litteræ in publicum editæ ſunt. Tripudiabat tota Factio, & quatuor hos Præſules, qui ad collocandum in tuto fidei depoſitum, animum ſibi ſumpſiſſent ipſi ſummo Pontifici cum omnibus fere mundi Epiſcopis conjuncto bellum & arma inferendi, ceu totidem Heroes ad cœlos efferebat.

Primos tamen geſtientis lætitiæ clamores difficilis cura excepit, viam ac rationem ineundi, qua appellantium numerus augeretur. Plura in hanc rem indigna ac nefaria tentata ſunt: ipſo die, quo appellatio quatuor Epiſcoporum vulgata eſt, iidem auſi ſunt ſcripta communi nomine epiſtola Ducem Regentem convenire, atque ab eo contendere, ut omnes regni Epiſcopos ad ineundam ſecum appellationis ſocietatem induceret.

Ad trahendos in caſſes, ac pervertendos viros Eccleſiaſticos, Religioſos, Sacras Virgines, & reliquos Fideles nullus non motus lapis eſt, nihil artificiorum omiſſum, quæcunque hæreſis & Factionis ſpiritus ſuggerere poterat. Audiri hac ſuper re meretur ſapiens quidam Benedictinæ familiæ religioſus, qui ſolido decennio inter Appellantes fuit, & poſtea inſignia ſinceri ſui ad Eccleſiam & officium reditus ſigna præbuit. Is religioſo cuidam ſuo ſodali adhuc appellanti in datis ad eum litteris, author eſt, ut exemplo ſuo ſapiat,

&

& appellationi renunciet: (*n*) „Num in ali„quo Concilio, ſcribentis verba ſunt, ante„ſignani veſtri Appellationis ſuæ formam con„ſtruxere? Num ſaltem in convocata a ſe ſy„nodo? Et quibus ſubſidiis crevit & aucta eſt „veſtra Factio? Multum ſane tibi polliceris „de moderatione ac prudentia mea, dum in „negotio de externis (Epiſcoporum) teſti„moniis irritare, & ad ultimum certamen „provocare audes hominem, qui decem om„nino annis rebus præſens interfuit, & ſuis „ipſe oculis vidit malas artes, quibus ad am„plificandam Factionem veſtram uſi eſtis: quæ „& quanta hic a me dicenda forent, ſi animus „eſſet aperiendi omnia, quæ ſcio? " *malis artibus uſi eſtis*, teſtis oculatus ait? paucula ſane verba! ſed quæ iis vis, quam gravis ſenſus ineſt? Ea nos labore levabunt prolixe recenſendi ſingulas, & una duntaxat harum malarum artium imago erit reliquarum.

Cum numerus Appellantium non ea tam cito incrementa ſumeret, quæ & quanta ſibi ſpoponderat Factio, captum conſilium eſt, Appellantes emendi argento. At in ſummis his anguſtiis corrogatæ & collatæ pro more in commune pecuniæ ſuſtinendis tot ſumptibus pares non erant. (*o*) ergo pro ſublevanda hac inopia ad eas mutuo ſumendas ventum eſt.

(*n*) Viacentius Thuillierius, epiſtola II. pag. 192. (*o*) Refutatio Anecdotorum T. II. pag. 216. & ſeq.

decantat Domnus Theodoricus, qui *reclamationes* Lutheri ſibi exemplar propoſuiſſe videtur, quod in ſuis ipſe *reclamationibus* imitaretur: (*e*) „Nihil deterius, *reclamat*, cogitari poterat Conſtitutione *Unigenitus*, quam „ſcenæ ſerviens, politicus Clemens XI, ex „accuſatoriis Jeſuitarum libellis male conſutam, iisdem concitatoribus in publicum edidit: damnat in ea certiſſimas Chriſtianæ religionis veritates ac firmiſſima fundamenta. - - - - Neceſſario hæc Bulla, ceu apertæ „hæreſis rea, Eccleſiæ Catholicæ denuncianda eſt.“ An non hoc ipſum Burgofonte ſancitum fuit, ut *reclamaretur* contra Eccleſiæ anathemata, antequam appellaretur ad Concilium? (*f*) „Arcemur, pergit ille, ab adeundis dignitatibus, Sacerdotiis, & muneribus „Eccleſiaſticis, - - - - quin alia illati hujus „probri ac jacturæ cauſſa afferri poſſit, quam „quod execrabili formulæ Alexandri VII, ac „impiæ Bullæ Clementis XI ſubſcribere nolimus. - - - - (*g*) „Bulla *Unigenitus*, quæ „ipſius (mali Dæmonis) hoc ſæculo opus eſt, „non alium in finem procuſa fuit, quam ut „præſidium eſſet ac fulcrum Moliniſmi, quem „ego non vereor noſtræ ætatis Pelagianiſmum „dicere: & id quidem per ſpeciem abolendi „commentitium Janſeniſmum, qui tamen non eſt,

(*e*) Commentarius II, de Conſiliis & molitionibus Janſeniſtarum pag. 7. (*f*) Ibid. pag. 10. (*g*) Commentarius III. pag. 9.

„eſt, niſi doctrina Eccleſiæ.“ Lutherus in ignem conjecit ac palam exuſſit Bullam Leonis X., quæ ipſius execrabatur errores; at neſcio ſane, an unquam hoc illam maledicto oneraverit, quod mali Dæmonis opus ſit.

Author e Factione, isque e furioſiſſimis unus, ſuas contra Bullam *reclamationes* modulari, & Sectæ devotiſſis præcinere pii & religioſi Cantoris ſono conatus eſt; ad hujus ſe modos componere ſimulat in proœmio libelli, quem inſcripſit: *JEſus ſub Anathémate & excommunicatione*; ſed ſub finem ſeditioſi inſtar de foro rabulæ tumultuatur & ſtridet. Audiamus, quid hic hypocrita canat in exordio, & vociferetur ſub finem: (*b*) „opuſculum hoc, ait, ad afferendum illis ſolatium deſtinatum eſt, qui vere dolent vicem „Eccleſiæ, & ipſius malis commoventur - - - „Illi in hoc libello nihil, niſi pietatis & optimi „exempli argumenta reperient. - - - - (*i*) „Exhibetur (piis fidelibus) ipſe JEſus Chri„ſtus a multis Pontificibus novæ legis in Con„ſtitutione *Unigenitus* denuo condemnatus „in ſua veritate, & anathemate percuſſus in „ſuis defenſoribus. - - - - Comparatur deinde judicium Caiphæ contra JEſum Chriſtum „cum Conſtitutione *Unigenitus* Clementis „XI, atque oſtenditur, quod, ſicut Caiphas „ipſam JEſu Chriſti perſonam damnavit, & a-

(*b*) In proœmio pag. 1. (*i*) In Præfatione pag. 3.

„nathemate feriit, ita Clemens XI eundem „denuo damnaverit in ipſius veritate, & ana„themate ferierit in ipſius membris, in veri„tatis nempe defenſoribus; illos vero, qui „Conſtitutioni ſe ſubjiciunt, & ipſos quoque „reos eſſe, atque imitatione ſua repræſentare „prævaricationem Judæorum, qua condem„nationi JEſu Chriſti ſuffragati ſunt.“

En ichnographiam ſuavis hujus, & miti unguento ſtillantis opuſculi: En id, quod cupit Author, ut devotiſſæ Janſenianæ (*k*) *ſine ulla intermiſſione* meditentur. O quam aptum hoc ad *alendam* earum *pietatem* argumentum eſt! Fructus ex his meditationibus hauriendus is eſt, ut contra omnes, ſacros & profanos Magiſtratus ac Principes pia quædam, at perfecta concitetur rebellio; hanc ſuadet Author vehementiſſimo dicendi genere: (*l*) „nec illius, *reclamat*, nomen, qui Conſti„tutionem edidit, nec grandis numerus Epi„ſcoporum, qui illam receperunt, quicquam „hodie apud illos momenti habere debet, quo„rum animis Deus ſincerum Eccleſiæ ac veri„tatis amorem indidit: Non proſcriptiones „& exilia, non exauctoratio & rejectio ab ho„noribus & muneribus; non vexationes aliæ, „non anathemata eos a ſententia dimoveant, „oportet: hac illi conſtantia abſolutam ma„gis & expreſſam JEſu Chriſti, & primorum ejus

(*k*) Pap. 59 & 60. (*l*) pag. 50.

„ejus diſcipulorum imaginem referent, quos „ipſos quoque Religionis Antiſtites damnarunt „& excommunicarunt.“ Vah! poteſtne indignius religioni illudi, aut graviore injuria affici divinus illius author, qui nobis tam perfectum obedientiæ exemplar ſe exhibuit?

P. (*) Bordéus ex Oratorio poſtremus erit, qui ſuis contra Bullam *reclamationibus* noſtram tentabit & fatigabit patientiam. Famoſus hic Novator ſuo *Teſtimonio Veritatis* ad calcem ſubnectit inſtitutionem & doctrinam de modo, quo latæ in nova ſectæ dogmata a Papa & Epiſcopis cenſuræ accipiendæ & tractandæ ſint: idea ipſius hac de re nova eſt. (*m*) „JEſus Chriſtus dixit nobis, *reclamat*, „melius eſſe projici in profundum maris, quam „vel minimo fratrum noſtrorum exempli pravitate offenſioni eſſe. Ex hoc jam principio „ſtatuamus, quid nobis de Conſtitutione aliqua, quæ non ſolum imbecillibus, ſed & „fortibus animis tam pernicioſo exemplo eſt, „cogitandum & agendum ſit. - - - - Ut „primum conſtitutio oculos ſubiit, probi „horrore correpti ſunt, Libertini cecinere victoriam. - - - - Et dubitare quis, aut e nobis percontari poſſit, quid de Conſtitutione „aliqua conſtituendum ſit, quæ harum omnium turbarum fons & origo eſt? Si humana

(Bb 5) „pru-

(*m*) Teſtimonium Veritatis pag. 325.

(*) de la Borde.

„prudentia & timiditas adhuc conſilii incertæ „titubent ac fluctuent, decidat veritas: *ſu„ſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & de„mergatur in profundum maris.*" Certe Calviniſtæ ac Lutherani non potuiſſent robuſtiore voce & animo *reclamare* contra deciſiones Tridentini Concilii: Et potuiſſent id quidem æquali cum Janſeniſtis jure ac fundamento, & æque ſecundum ipſos, ac ſecundum Janſeniſtas, *veritas decidiſſet*.

Articulus II.

Janſeniſtæ poſt furores & clamores contra Eccleſiæ Anathemata appellant ad futurum Concilium.

Quatuor ab edita Conſtitutione anni in multiplicandos ingenti numero libellos, *reclamationibus* contra illam refertos, a Janſeniſtis inſumpti ſunt: omnes id ſpectabant, ut talibus principiis atque præceptionibus imbuerentur Legentium animi, quibus ad apertam contra Eccleſiam rebellionem incitarentur, neve horroris quicquam ſentirent, ſi quando ſchiſmatica ad futurum Concilium appellatio foras prodiret: jamque id ipſum ſe conſecutos putabant, adeoque ſtatuebant, hanc appellationem, centum jam prope abhinc annis Burgofonte decretam, non amplius differendam eſſe. Calendis Martii 1717 quatuor Epiſcopi, (*) Mirapiſcenſis, (**) Sanitienſis,

(*) de Mirepoix. (**) de Senez.

enſis, (*) Montispeſſulani, & (**) Bononienſis cecinere claſſicum, & rebellionis ſignum extulere, cum intentatæ & jactatæ a longo jam tempore appellationis litteras conficerent, & ſubſignarent: quandoquidem autem in omni hiſtoria Eccleſiaſtica non extaret Catholicum exemplar hujusmodi inſtrumenti appellationis, non eos puduit ad Lutheri appellationem conformare ſuam: (***) idem in hac exiſtit ordo, eædem rationes, iidem obten-

(*) de Montpellier. (**) de Boulogne.

(***) Eodem anno 1717. 3. Maij objectum eſt huic IV. Epiſcoporum Inſtrumento Scriptum Catholicum, cum hac inſcriptione: *Parallelum Appellationis IV. Epiſcoporum Galliæ cum Appellatione tum Lutheri, tum Pelagianorum, ſeu Diſſertatio, in qua, Actis barum Appellationum inter ſe collatis oſtenditur, quatuor Galliæ Epiſcopos damnationi Queſnelli refragantes, ſeu (ut nunc vocantur) contra Bullam Unigenitus a Clemente XI ad Concilium Univerſale Appellantes, eadem prorſus ratione, & quod conſequens eſt, eodem animante perduellionis ſpiritu appellaſſe, quo olim Lutherus a Leone X, Pelagiani vero Epiſcopi a Papa Zoſimo ad Concilium Univerſale appellarunt.* Ex hoc autem Parallelo liquet, veriſſima eſſe, quæ de eodem ordine, rationibus, obtentibus, cautionibus, & iisdem ſæpe verbis hoc loco commemorantur. *Interpres.*

tentus, eædem cautiones, & frequenter eadem verba, quæ in illa ſunt. III nonas Martii hæ litteræ in publicum editæ ſunt. Tripudiabat tota Factio, & quatuor hos Præſules, qui ad collocandum in tuto fidei depoſitum, animum ſibi ſumpſiſſent ipſi ſummo Pontifici cum omnibus fere mundi Epiſcopis conjuncto bellum & arma inferendi, ceu totidem Heroes ad cœlos efferebat.

Primos tamen geſtientis lætitiæ clamores difficilis cura excepit, viam ac rationem ineundi, qua appellantium numerus augeretur. Plura in hanc rem indigna ac nefaria tentata ſunt: ipſo die, quo appellatio quatuor Epiſcoporum vulgata eſt, iidem auſi ſunt ſcripta communi nomine epiſtola Ducem Regentem convenire, atque ab eo contendere, ut omnes regni Epiſcopos ad ineundam ſecum appellationis ſocietatem induceret.

Ad trahendos in caſſes, ac pervertendos viros Eccleſiaſticos, Religioſos, Sacras Virgines, & reliquos Fideles nullus non motus lapis eſt, nihil artificiorum omiſſum, quæcunque hæreſis & Factionis ſpiritus ſuggerere poterat. Audiri hac ſuper re meretur ſapiens quidam Benedictinæ familiæ religioſus, qui ſolido decennio inter Appellantes fuit, & poſtea inſignia ſinceri ſui ad Eccleſiam & officium reditus ſigna præbuit. Is religioſo cuidam ſuo ſodali adhuc appellanti in datis ad eum litteris, author eſt, ut exemplo ſuo ſapiat,

&

Digitized by Google

& appellationi renunciet : (*n*) „Num in ali„quo Concilio, ſcribentis verba ſunt, ante„ſignani veſtri Appellationis ſuæ formam con„ſtruxere ? Num ſaltem in convocata a ſe ſy„nodo ? Et quibus ſubſidiis crevit & aucta eſt „veſtra Factio ? Multum ſane tibi polliceris „de moderatione ac prudentia mea, dum in „negotio de externis (Epiſcoporum) teſti„moniis irritare, & ad ultimum certamen „provocare audes hominem, qui decem om„nino annis rebus præſens interfuit, & ſuis „ipſe oculis vidit malas artes, quibus ad am„plificandam Factionem veſtram uſi eſtis : quæ „& quanta hic a me dicenda forent, ſi animus „eſſet aperiendi omnia, quæ ſcio ? " *malis artibus uſi eſtis*, teſtis oculatus ait ? paucula ſane verba ! ſed quæ iis vis, quam gravis ſenſus ineſt ? Ea nos labore levabunt prolixe recenſendi ſingulas, & una duntaxat harum malarum artium imago erit reliquarum.

Cum numerus Appellantium non ea tam cito incrementa ſumeret, quæ & quanta ſibi ſpoponderat Factio, captum conſilium eſt, Appellantes emendi argento. At in ſummis his anguſtiis corrogatæ & collatæ pro more in commune pecuniæ ſuſtinendis tot ſumptibus pares non erant. (*o*) ergo pro ſublevanda hac inopia ad eas mutuo ſumendas ventum eſt.

(*n*) Vincentius Thuillierius, epiſtola II. pag. 192. (*o*) Refutatio Anecdotorum T. II. pag. 216. & ſeq.

eſt. Erat Cardinali (*) Noallio ab obſequiis Eccleſiaſticus quidam (**) *Delortus* nomine, ab annis plusquam triginta multo ipſi uſu domeſticus ac familiaris: Alter Noallius, Epiſcopus (***) Catalaunenſis alium Eccleſiaſticum, cognomento (****) *Servienum*, ſibi ab eleemoſynis adminiſtrum habebat. Ad Delortum & Servienum Factio adjecit animum, atque aptos cenſuit, qui novum caſtrenſe ærarium contra Eccleſiam adornarent. Ambo hi Factionis Quæſtores magna ſe voluntate accinxere operi, & commiſſo ſibi munere magna ſolertia fungi cœperunt. Ut vero promptius ac facilius illuderent credulitati eorum, quibus tantum facultatum eſſet, ut mutuas pecunias dare poſſent, fingebant, ad agendum quoddam religionis negotium nutuas eas pecunias peti. Intra biennium fatente ipſo (*p*) Anecdotorum Authore prope quatuordecim centena librarum millia corraſere; ſed cum de præſtanda ſolutione ſuo tempore appellarentur, non aliud reponebant, quam nomine primæ dignitatis hominum, quos prodere nefas eſſet, ſe hæc debita contraxiſſe: id totum erat, quod Creditores ab iis exſculpere poterant. Horum tamen unus oblato Duci Regenti ſupplici libello Principem rogabat, ut Servienum in cuſtodiam dari juberet. Nec mora: datum iis, ad quos pertinebat, in man-

(*) Noailles. (**) Delort. (***) de Chaalons ſur Marne (****) Servien.

(*p*) T. II. pag. 248 & ſeq.

mandatis eſt, ut comprehenderent Servienum, & in carcerem, quem (1) arcem Epiſcopi vocant, conjicerent. Captus is denique cum diu ſe abditum tenuiſſet in Archiepiſcopi palatio, a tribunali (2) Caſtelli Pariſini ad triremes damnatus eſt: provocavit quidem ad ſupremam Curiam; ſed hac latam ſententiam ſuo comprobante ſuffragio, deportatus (3) Marſiliam eſt. Quod Delortum attinet, juſſu Ducis Regentis admonitus Cardinalis eſt, ut illum intra viginti quatuor horas e palatio archiepiſcopali abigeret: Sin', ex mandato Regis eidem in ipſo palatio manus injectum iri. (q) *Multo labore* (teſtatur Anecdotorum Author) *Cardinali ſtetit victoria, qua ſibi vim faciebat, ut primum e ſuis Eccleſiaſticis, a plusquam triginta jam annis ſibi addictum & familiarem a ſe divelli ſineret. Epiſcopus* (4) *Antiſſiodorenſis, ut amicus conſtans & fidelis* venit in partem doloris, & *ab ipſius latere non diſceſſit.* Interea urgebat Ducis imperium: parendum, & Delortus ex ædibus Cardinalis ejiciendus erat.

Cardinalis (5) Maillyus e primis fuit, qui detexit, in quodnam *religionis negotium* tanta argenti vis inſumeretur: nixus certiſſimis, quæ habebat in manibus, documentis ac teſtimo-

---

(1) Fort l' Evêque. (2) Chatelet. (3) Marſeille. (4) d'Auxerre. (5) de Mailly.

(q) Ibidem.

ſtimoniis, tam grandes impenſas in conducendos mercede Appellantes fieri, in epiſtola quadam ad Cardinales, Archiepiſcopos & Epiſcopos affirmate teſtatur, *de infami appellationum negotiatione nullum dubium, ſed certam facti fidem eſſe.* Janſeniſtarum maximopere intererat, ne unquam in publicam notitiam veniret, quibus ſuffultus rationibus Cardinalis Maillyus tam diſerte & aſſeveranter hac de re locutus fuiſſet. At inconſiderantia & audacia authoris *Anecdotorum* opportunam occaſionem præbuit propalando huic iniquitatis myſterio. Cum ſcriptor hic publice jactaſſet, Cardinalem Maillyum ſuam de Appellationum negotiatione obſervationem ſcripſiſſe ex fide ſupplementi Batavarum ephemeridum, Epiſcopus Seguſteronenſis partium ſuarum eſſe credidit, eum veriora edocere: non inviti audiemus hic relationem, qua ipſi rem geſtam exponit:

(*r*) „En igitur (ait illi Præſul) quam juſtas ac graves tunc cauſſas habuerit Archiepiſcopus Remenſis, ut jure putaret palam ſe poſſe edicere, omnes has mutuo acceptas pecunias deſtinatas fuiſſe rependendo pretio pro ſchiſmaticis appellationibus & rebellione eorum, qui in ſuis Theſibus ſchismatis hujus errores propugnabant. Cauſſæ hæ erant: quod eſſent eo ipſo tempore in Facultate Theologica Remenſi ho-

(*r*) Refutatio Anecdotorum T. II. pag. 218 & ſeq.

„homines, qui dedita opera omnibus theſi-
„bus, quæ a Candidatis publice diſceptandæ
„proponebantur, octonas vel denas ex iis Queſ-
„nelli propoſitionibus, quæ omnium maxime
„hæreticæ, aut ſeditioſæ ſunt, inſerebant:
„quod, ſimul ac quævis theſis propugnata fue-
„rat, Candidatis traderetur menſarii ſyngra-
„pha pro quingentis libris; quam cum exhi-
„buiſſent certo cuidam Mercatori, numera-
„tam in veſtigio ab eo pecuniam auferebant:
„quod anno 1719 horum Candidatorum duo
„convenerint Archiepiſcopum Remenſem, ut
„& Appellationem ſuam retractarent, & hoc
„iniquitatis myſterium manifeſtarent:

„Quod ſub idem tempus Queſnelliſtæ iiſ-
„dem adjumentis aſſecuti ſint, ut non pauci
„Curiones Diœceſis Remenſis Appellantium
„ſe numero adſcribi ſinerent: quod cum pro-
„ximo poſt Pentecoſtes Dominicam Martis die,
„quo in omnibus Decanatibus Ruralibus Diœ-
„ceſis Remenſis Parochorum conventus habe-
„ri ſolent, undique Factionis Emiſſarii illuc
„confluxerint, & ſublatis menſis ſuam ad fu-
„turum Concilium appellationem palam ex-
„prompſerint, & menſæ impoſuerint; quodſi
„autem inter tam multos, qui hoc ſe illicio
„capi paſſi non ſunt, hærere quiſpiam animi,
„& nutare videretur, aliquot majores nummi
„aurei, qui vacillanti clam inſerebantur in
„manus, ſuſtulerint omne dubium, & eum
„ad amplectendas appellantium partes traxe-
„rint: quod ſeptem vel octo horum Curio-

„num, qui infeliciter furtivo hujuſmodi pre-„tio ſuam ipſi fidem venalem addixerant, ſe-„paratim Archiepiſcopum ſuum adierint, ut „coram ipſo palinodiam canerent, & appel-„lationibus ſuis renunciarent; eidem autem „infami ſe hoc artificio in fraudem inductos „fuiſſe ſincere faſſi fuerint, ac præter ſcri-„ptam Appellationis ſuæ revocationem, legi-„timum de turpi hac negotiatione teſtimoni-„um manu ſua ſubſignatum tradiderint.

„Quod, cum Queſnelliſtæ id agerent, ut „totum quoddam collegium, Abbatia, vel com-„munitas religioſa ad generalem aliquam ap-„pellationem induceretur, ſolicite indagave-„rint in nomina eorum, vel earum, quibus „major in cœtu illo authoritas, aut proclive „magis & pruriens in novitatem ingenium eſ-„ſet: horum vero trium vel quatuor, qui-„bus omnibus deliberatum erat facinus aude-„re, quod fragorem ederet, emptis octo vel „decem millibus librarum ſuffragiis, effece-„rint, ut totus tandem cœtus appellaret. En „igitur, repeto, En documenta, quibus mu-„nitus Cardinallis Maillyus tam affirmate ſcri-„pſerit, *de infami Appellationum negotiatio-„ne nullum dubium, ſed certam facti fidem eſ-„ſe.* Certa enimvero facti fides eſt, cum iidem „ipſi, qui hujus noxæ rei erant, magna ani-„mi demiſſione acceſſerint Cardinalem, & de „admiſſo a ſe flagitio ingenue confeſſi fue-„rint.“

Quod

Quod autem certam & exploratam de re tanti momenti notitiam auget etiam, & certiorem reddit, illud eſt, quod non modo ii, qui depravati fuerant, noxam ſuam faſſi ſint, ſed & unus e præcipuis in hac ſcena actoribus ac corruptoribus ſeſe ipſe indicaverit, & aperta criminis ſui confeſſione reum peregerit: Anno 1724 Servienus dimiſſus e triremibus & libertati redditus, regno tamen exeſſe juſſus, aliquanto tempore in Lotharingia commoratus eſt; hic præſente teſte & arbitro Vicario Generali Diœceſis (*) Virodunenſis Appellationem ſuam retractans, in ipſa revocationis ſyngrapha, quam totam ſua manu ſcripſit, fatetur, conſcium & participem ſe fuiſſe infamis negotiationis appellationum, ac deteſtatur impium facinus, quod in illis præſenti ære coemendis admiſerat. En tibi hujus revocationis exemplum, ſumptum ex ipſo autographo, quod felici caſu in meas manus incidit.

„Ego, qui huic ſyngraphæ nomen me„um ſubſcripſi, teſtor, abominari me & dam„nare nefarium conatum, quo novos a Con„ſtitutione *Unigenitus* ad futurum Concilium „Appellantes, ipſo etiam argento, conduce„re adniſus ſum: ſubmitto me eidem Conſti„tutioni corde & animo, tanquam legi dog„maticæ Eccleſiæ, & profiteor, appellatio„nes ad futurum Concilium, ad quas induxi

(*) Verdun,

„alios, nullas, (*) *injuſtas*, fallaces, & ſchis-
„maticas eſſe, ac doleo, huic me unquam ne-
„gotio implicuiſſe, cupioque, ut hæc mea
„declaratio in tabulario tribunalis Eccleſiaſtici
„Virodunenſis reponatur. Actum in ſuperio-
„re (**) Molendinovilla Lotharingiæ pago
„Diœceſis Virodunenſis: in quorum fidem
„ſubſcripſi hodie 10. Febr. 1724.

Jacobus (***) Servien Presbyter Diœceſis Lugdunenſis.

Poſt tam *malas artes*, ad augendum appellantium numerum adhibitas, lepidus ſane eſt *Anecdotorum* author, dum nobis narrat, (s) „in-

(*) Hoc vocabulum *injuſtas* in autographo ad marginem eſt, cum nota loci, ad quem referri debeat.

(**) Moulainville.

(***) Scriptor octo epiſtolarum authorem noſtrum, & adductum ab eo Servieni de ſua retractione teſtimonium falſi arguit ex eo, quod ſcribendum fuiſſet *Servier*, non *Servien*. At videatur in appendice reſponſum authoris, quo putidum ac futilem hunc cavillatorem retundit. Interea obſervet Lector, ad inanes tandem ejusmodi minutias ac nugas deſcendere Janſeniſtas, cum in toto hoc opere non inveniant rem alicujus momenti, quam vere reprehendere ac refellere poſſint. *Interpres.*

(*s*) „ingentem ab omni parte aſſeclarum mul-
„titudinem appellantibus acceſſiſſe, totumque
„hoc agmen, quod progreſſu temporis ad il-
„lorum ſe partes applicabat, conſtitiſſe ex ho-
„minum genere, qui in quolibet ſacræ ac pro-
„fanæ reipublicæ ordine, ac omnibus regni
„provinciis illuſtriſſimi & doctiſſimi habeban-
„tur.“ Equidem poſtquam effectrice rerum omnium pecunia appellantes creati ſunt, videtur *agmen* hoc non potuiſſe non portentoſis acceſſionibus creſcere; attamen ad vindicandum Catholicæ noſtræ gentis decus dicamus, aut potius ex ipſis Janſeniſtarum teſtimoniis oſtendamus, ſcriptorem hunc res objectas ultra verum ac modum augere & amplificare.

Appellantes, liberalibus ſectæ largitionibus illecti & aliquantum multiplicati, multum pro ſe in eo momenti ſitum eſſe rebantur, ut mundo perſuaſum eſſet, ſe reipſa multos eſſe, & *turbam* facere: numerabant ergo gregem ſuum (ſed *pauperis eſt numerare pecus*) & perſcriptos accuratiſſime aſſeclarum ſuorum indices, tanquam gloriæ ſuæ trophæum efferebant in publicum. Nemo neſcit, tot eos numeraſſe Anteſignanos Epiſcopos, quot numerabant Pelagiani, nempe undeviginti, tres Academias, plura Eccleſiaſticorum Collegia, & omnium fere ordinum aliquos religioſos: locum in hac illuſtrium & doctorum hominum

(Cc 3) *turba*

(*s*) *T.* III. pag. 151.

turba habebant fratres Sartores, fratres Sutores, Sorores griſeæ, novitii, cantores pueri in choro; & tamen omni ſuo argento non poterant in toto regno duo Appellantium millia conficere, quemadmodum contexti ab ipſismet catalogi fidem faciunt. En *ingentem aſſeclarum multitudinem*, ab ipſis Janſeniſtis ad legitimos ſuos calculos revocatam! Pro aſſerendo tamen ſectæ honore obſervandum eſt, collecta hac ſumma non comprehendi multitudinem Appellantium, qui multo ſerius, quam priores, ex alia officina prodiere, ſeu illorum, quos Epiſcopus Montispeſſulani pro certo affirmat, natos eſſe (*t*) *ex pulvere ſepulchri* Pariſii. At neſcio, utrum jam & horum, qui tam *ſancta* & nobili origine gloriari poſſunt, numerus initus ſit; unde etiam nihil de iis commemorare poſſum.

(*t*) „Si quis dixiſſet, - - - - comitatus ſum „ad tumulum funus cujusdam Diaconi, qui „ſolis leguminibus male coctis ac conditis „veſcebatur, - - - - Deus honorabit illius „cineres dono miraculorum, & ſepulchri „ipſius pulvis plures efficiet appellantes, „quam omnia ſcripta, quæ hucusque hac de „re in lucem prodiere. - - - - prædictio „ipſius, quam ſeptenis abhinc annis ediderat, fatuitas videri poterat; modo tamen „eam impletam videmus.“ Epiſcopus Montispeſſulani in epiſtola Paſtorali ad Fideles ſuæ Diœceſis contra litteras quasdam Pontificis præmuniendos &c. pag. 14.

Infelix exitus tam execrabilis nundinationis Appellationum brevi tempore horrori fuit: comparatio rebellium Eccleſiæ, qui duorum millium numerum non æquabant, cum tota reliqua Eccleſia Catholica, quæ Conſtitutioni ſubmiſſionem & obſequium addixerat, appellationi omnem fidem detraxit, eamque in contemptum adduxit; plurimis, qui irretiri ſe & capi paſſi ſunt, oculos reddidit, & ut ad frugem ſe ac ſinum Eccleſiæ referrent, incitamento fuit; id, quod Scriptor quidam Factionis paucis poſt Appellationem annis ipſe confitetur. Is de duabus, quæ ex ipſius ſenſu Eccleſiam ſcinderent, partibus loquens ait, quod, ſi factio Janſeniſtarum in errore verſetur (*u*) *magna corruptio nondum timenda ſit; eſſe enim nimis paucos. - - - - pauci iis adhærent, & plurimi, qui ipſos æſtimabant antea, eorumque fide nitebantur, poſtremis his annis ab illorum ſe partibus ac ſocietate abrupere.* En quo pertinuerint vehementes Appellantium tumultus, & indigna illorum artificia, qui gerendo infami Appellationis negotio præfuere.

Hic vero ſyſtema Burgofontanum non amplius conſtat ſibi, & aſſeclas ſuos ex toto deſtituit; pro eo nempe, ac omne contra Eccleſiam JEſu Chriſti conſilium deficiat tandem

 ac

(*u*) Epiſtola Ill. Eccleſiaſtici cujusdam Flandri ad Epiſcopum Sueſſionenſem 10. Jan. 1726. pag. 13.

ac concidat neceſſe eſt. Cum Deiſtæ hujus conciliabuli non prævidiſſent, appellationem ad futurum Concilium tam triſtem exitum habituram, nullam ſuggeſſere rationem, qua huic incommodo obviam eundum eſſet. Attamen illi, qui animis afflat ſpiritum hæreſis, nunquam deeſt, quo damnum ſarciat: Janſeniſmi Primores invenere ſubſidium ac modum explendi lacunam, & ſanandi labem, qua ſyſtema Burgofontanum laborabat. Cum autem hic modus, quo uſi ſunt, non niſi indirecte ad ſuſceptam a me Demonſtrationem pertineat, rem paucis proſequar.

Novatores noſtri, a *plurimis, quibus antea in pretio erant, repudiati ac deſerti*, omnem ſpem, in executione ſui ſyſtematis progrediendi longius, abjicere, & lumen oculis admittere debuerant, quo tot alii colluſtrati ad officium rediere. At hoc ingenio hæreſis non eſt: maluere omni ope ac ſtudio conniti, ut perſuaderent mundo, cauſſam adeo profligatam, qualis ipſorum erat, eſſe cauſſam Dei; veritatem, a tota Eccleſia Catholica extorrem, in parvo ipſorum grege ſtabilem ſibi ſedem fixiſſe; cœlum pugnare pro ipſis, & innumeris miraculis appellationi tanquam divinitus inſpiratæ ſuffragari: hinc plenos offenſionum minos & ludos in cœmeterio S. Medardi, hinc ad tumulum cujusdam Diaconi, qui appellationi ſuæ immortuus eſt, renovatos vidimus fanaticos Anabapiſtarum furores, & obſcœnitates Calviniſtarum in montibus

tibus (*) Gebennicis; Et tamen hunc tumulum, in quo hujus Appellantis cadaver computreſcit, hunc inquam tumulum, ad quem fœditates perpetrantur, quarum vel ipſos perfrictæ frontis ganeones pudet, non erubeſcit MontispeſſulaniEpiſcopus ovibus ſuis depingere ac prædicare tanquam ſcholam ipſius Dei, & cathedram, quam poſthac adiri oportet, ut audiantur & diſcantur oracula veritatis. Ecce, quibus verbis hic Præſul ſua ſenſa exponat in *Institutione* quadam Paſtorali, dedita opera ad id deſtinata, ut exaggerentur commentitia miracula, quæ ad hujus Diaconi ſepulchrum *pro Appellantium cauſſa* eduntur: (*x*) „qualis ſchola (cœmeterium S. Medar„di) in qua ſine ſcriptis, ſine libris, ſine ope„ribus polemicis, Deus momento temporis „mille Fideles de cauſſa ſummi in mundo mo„menti erudit! Proſcribuntur Doctores, ob„ſerantur ſeminaria, deſtruuntur Collegia, & „ecce! tumulus contempti cujusdem homi„nis convertitur in cathedram, in qua ipſa „veritas modo quodam ſumme admirabili Ma„giſtram agit: hic illa format ſuos diſcipu„los: hic fundit ſua oracula: hic decernit, „Bullam eſſe talem, qualem in publico appel„lationis noſtræ teſtimonio diſcripſimus, cauſ„ſamque noſtram cauſſam Dei, ſententias ve„ro in nos contortas injuſtas eſſe. “

(*) les Cévenes.

(*x*) Inſtitutio Paſtoralis de miraculis, quæ Deus patrat pro cauſſa Appellantium 1. Febr. 1733. pag. 17.

Deiſtæ Burgofontani fixum animo ac deſtinatum habebant, *potentiam Dei longe aliam oſtendere*, quam hucusque *oculis hominum exhibita fuiſſet:* fateamur, nunquam hac illam ſpecie ulli ſe hominum ſpectandam præbuiſſe, quali ipſorum ſucceſſores ad tumulum *Sancti* ſui exhibent. Itidem Deiſtis his deliberatum erat, *evertere poteſtatem Eccleſiæ, & abolere Evangelium:* Et ubi jam eſt hæc Eccleſia, quam Evangelium ad finem uſque ſæculorum perſeveraturam prædicit? Ubi, inquam, modo eſt? In cœmeterium S. Medardi, reſpondet Montiſpeſſulani Epiſcopus, compacta & concluſa eſt, fruſtra quærenda alibi: in hoc cœmeterio, & nullo prorſus alio in loco *ipſa veritas Magiſtram agit, & ſua fundit oracula:* reliqua vero omnis Eccleſia Catholica, quæ Papæ & Epiſcoporum doctrinam ſequitur, æque, ac Papa & Epiſcopi denſis tenebris involuta in craſſa veritatis ignoratione verſatur.

Sancyranus horum Deiſtarum Coryphæus negabat *extare amplius Eccleſiam*, atque a JEſu Chriſto, ajebat, hanc Sponſam ſuam, poſtquam facta eſſet *proſtituta & adultera, repudiatam eſſe.* Num vero idea, quam nobis ipſius diſcipuli pingunt de ſtatu & loco, in quem Pontifex & Epiſcopi per Conſtitutionem deduxiſſent Eccleſiam, multum differt ab idea Magiſtri? Addebat hic Sectæ Patriarcha, velle JEſum Chriſtum, ut in locum hujus Eccleſiæ, ſeu hujus perfidæ ſponſæ *ſubſtituatur alia, quæ ſibi fidelis futura eſſet.* Et quis eſt, qui novam

vam hanc Eccleſiam ſuper ruinas antiquæ conſtruet? quis ille, qui populos e tenebris, quibus in medio Catholicæ religionis ſinu immerſi jacent, in lucem vocabit? Hunc nobis conſummatæ cujusdam ſanaticæ inſaniæ, cui Secta obſtinato animo adhæſit, ſpecimen deteget: hæc inſania reliquis dementiæ argumentis faſtigium imponet.

Janſeniſtæ acerbiſſimo dolore percuſſi, quod mala, a Papa & Epiſcopis, nec non ab iis, qui illorum judicio acquieſcunt, Eccleſiæ illata videre, & inulta permittere cogerentur, ad leniendum ſuum, parvique ſui gregis mœrorem multo ante tempore prænunciarunt: *Elias veniet, ille reſtituet omnia.* Ipſorum Prophetiſſæ e S. Medardi cœmeterio Eliam hunc ſuo deſignabant nomine, nempe Presbyterum (*) Vaillantium, tabernarii cujusdam cauponis (**) Trecenſis filium: notabant annum, menſem, diem, & pene etiam horam hujus adventus. (y) „Grande prædi„ctionum (quibus cœmeterium perſonat) ar„gumentum eſt prope jam imminens Judæo„rum, reditus, & adventus Eliæ, quem il„lius adjutorem & Adminiſtrum eſſe oportet: „veniet (augurium canunt hæ vates) veniet „brevi, veniet poſt aliquot dies, poſt aliquot „hebdomades, poſt aliquot menſes. Adve-„nien-

(*) Vaillant. (**) de Troyes.

(y) Examen criticum &c. pag. 17.

„nientis prodroma erit eclipſis, qua duabus „horis & quinque minutis ſol obſcuratus la„tebit: apparebit iris ſingulari forma ac ſpe„cie: grandis ſtella micabit in pleno meridie, „ſolem & lunam Angelorum corona ambiet." Ex his Prophetiſſis una (z) *in quadam ſua ecſtaſi, ſub ineuntem menſem Novembrem 1732 vaticinata eſt, Prophetam Eliam advectum iri Pariſios nocte inter 21 & 22 ejusdem menſis diem media, deſcenſurum è curru ſuo in diverſorio ad magnum Cervum, & inde eadem nocte aditurum* Monaſterium Calvariæ, in cujus convictu hæc prophetiſſa degebat. Duo Eccleſiaſtici, celebris alias apud Factionem nominis, de oraculo tam certo ac definito edocti, contulere ſe in monaſterium, & ibi noctem, in loco ad colloquia cum externis deſtinato, vigilem egere: at hæc eorum erga Eliam pietas illiberalem ſane mercedem tulit: Propheta non comparuit.

Hæc tamen delirantium ludibria non obſtabant, quin Janſeniſtæ novis identidem promiſſis de propinquo Eliæ adventu ſpem parvi ſui gregis alerent; eam in rem aliquanto poſt hanc prædictionem tempore vulgatum eſt opus cum hac inſcriptione (*) *de Adventu Eliæ*, in quo pro certo ſtatuitur, (a) *Eliam, cum venerit,*

(z) Ephemerides de Convulſionibus Part. I. pag. 18.
(*) Tribuitur hoc opus P. Bobierio ex Oratorio.
(a) Cap. 6. pag. 42.

rit, inventurum omnia deſtructa in Eccleſia, & (b) inſtauraturum omnia in Religione, & in ipſo etiam medio Eccleſiæ ſinu; adeoque, quia in ea deſtructa inveniet omnia, omnia reſtituet. Ex quibus facile erat noſtris Novatoribus conficere, ac inducere in animum, ipſius adventum procul abeſſe non poſſe, quandoquidem nihil reſtaret in Eccleſia, quod deſtructum non eſſet.

Et vero id tam firmiter concluſere, ut, cum Propheta toties prænunciatus, tantopere expetitus, atque ad reparandam Eccleſiam neceſſarius nullibi ſe ſpectandum daret, tandem graves ex Appellantium choro viri ac Doctores, quibus ſanior ineſſe mens jure credi poterat, edere in publicum auſi ſunt, Eliam jam veniſſe, & hujus ſui eſſati rationes attulere. Pudor eſt, eas recenſere; vim tamen faciamus pudori; vincamus abhorrentem ab his probris animum, ut cogantur inimici JEſu Chriſti, & ipſius Eccleſiæ ſuam ipſi dementiam erubeſcere, atque illi, qui legent ejuſmodi ineptias, ſalubriter ſui officii admoneantur.

(c) *En ad argumenta delabimur*, (quæ pro-

(b) Ibid. Pag. 48.

(c) Totus hic locus, ab Appellantium quodam allatus, extat in *Continuatione reſponſorum Authoris trium Examinum, Epiſtola ad Dom.*&c. pag. 25. 26. & 27. Videatur etiam Inſtitutio Paſtoralis Archiepiſcopi Senonenſis de confictis miraculis &c. pag. 263. & ſeq.

probent, jam veniſſe Eliam) ait horum Doctorum quiſpiam, & primum argumentum ducit ex eo, quod *parva puella* (*) *Aurelianenſis viderit prima Eliam in flamma ignis cum turba quadam Prophetarum.*

Alterum argumentum petit ex eo, quod *coaleſcere cœperit novus convulſionariorum ordo, qui dono prophetiæ præditus eſt, & patrabit miracula; majore ille intelligentia, & ſuperiore authoritate præ aliis Convulſionariis valet, utpote qui deſtinatus eſt ad hos detracta ſimulationis larva oppugnandos, iisque ſilentium imponit. - - - Jam vero hæ genuinæ & veridicæ prophetiſſæ totidem Eliæ prodomæ ſunt: hæ aſſeverant, Vaillantium eſſe hunc Eliam, & non ſecus, ac olim S. Petrum, e* (**) *Pariſini Caſtelli carcere* (in quem juſſu Regis conjectus fuerat) *liberum proditurum. His arcanum hoc commiſſum eſt, uni a tredecim, alteri a decem annis.* Author hoc loco nominat ſororem quandam *Magdalon*, & ait, *eandem ipſam eſſe, in quam Vaillantius anniverſario Chriſti patientis, & deinde reviviſcentis die hujus anni inſufflaſſet; ab eo autem tempore nactam illam eſſe Spiritum Prophetiæ, qui in ea habitum efficeret animo inhærentem, & in eo ſitum, ut annunciet perſonam ac myſteria Eliæ, gregem ipſius colligat, pandat ſecreta cordium, & explicet opus Convulſionum.*

Ter-

(*) d' Orleans. (**) Le Baſtille.

Tertium argumentum ex eo ſumit, quod eadem Prophetiſſa *Convulſionario cuidam omnem morbi rationem prædixerit, quo in pœnam derogatæ a ſe fidei* (prædictionibus de Adventu Eliæ) *opprimendus eſſet. Hic Convulſionarius eſt is ipſe, qui 28. Nov. 1733. de excidio urbis Pariſienſis ſermonem habuit. Studebat is & adhærebat Vaillantio, quem ſecundum de Apocalypſi teſtem citabat. Sororem, quæ illum Eliam eſſe prædicabat, erroris ac fallaciæ inſimulavit; at veritatem vaticinii ſuis ipſe febribus, & omnium membrorum languore, per menſem & amplius morbidum corpus trahens, comprobavit*, &c. *Jam vero eo, quo cum morbo conflictabatur, tempore agnovit hujus cauſſam, & diſerte profeſſus eſt, Vaillantium eſſe Eliam, ac ſororem, quæ illum annunciaſſet, prophetiæ ſpiritu præditam eſſe. Hoc autem morbo præparavit ipſum Deus ad novum ſtatum, ad quem eundem attollere incipit.*

Quartum & *præcipuum argumentum ducitur ex vita Vaillantii: prodigioſis ea eventibus a prima ipſius ætate plena eſt. Septendecim annos natus in Monaſterium* (*) *Trapenſe ſe abdit, & ab Abbate ceu miſſus e cælo angelus excipitur*, (qui tamen hunc *Angelum* e Monaſterio ejecit) *Munera, quibus Trecis functus eſt, Directoris Sacrarum Virginum*

(*) la Trape.

ginum a Viſitatione, publici pœnitentiæ Adminiſtri in æde ſumma, Vicarii ad S. Nicerii, Curionis ruri, comites habuere & prædictiones, quas eventus veras oſtendit, & repentinas morborum ſanationes, & miracula ſumti de improbis ſupplicii, & emendatos malorum mores - - - & perennes adverſantium contentiones, unde oritur pugnans ſecum ipſo judicium, hominem hunc ſimul ut ſanctum colentium, & ſimul ut ſingularem & exoticum, ac plus nimio auſterum arguentium, quibusdam eundem ut fanaticum quoque ac fatuum inſectantibus. Vitæ aſperitas, de qua nunquam in ſuis ſeceſſibus, itineribus, & junctionibus publicis remittebat, multum ſuperat illam, qua utebatur Diaconus S. Medardi Pariſius: atque hæc ſumma eorum eſt, quæ de ipſius in ſe duritie dici poſſunt: dicta, quæ ſive in colloquiis, ſive in epiſtolis deſtinato conſilio ſibi elabi paſſus eſt, & certæ quædam actiones, quarum ratio & conſilium divinari non poterat, ipſius. inimicis anſam præbuere eundem criminandi, adeo quidem, ut & ipſius quoque amicis illæ offenſioni eſſent. At hodie indicia ac veſtigia nobis ſunt, quibus penetremus in adyta arcani cujusdam, quod ſummi momenti eſt, & tanta cura atque artificioſa induſtria celatum fuit, ut non niſi exquiſita quædam illud prudentia, & ſingularis animi modeſtia tot annis tam denſo ſilentii velo obtegere, & ſolis duntaxat puellis detegere, *potuerit.*

Jam

Jam vero Vaillantius (& hoc quintum argumentum eſt) *ipſemet faſſus eſt, ſe eſſe Eliam, non quidem ita, ut diſerte ediceret, Ego ſum Elias; ſed quod id non negaret, cum coram & præſens diceretur eſſe Elias. Arcanum hoc ſuum tredecim abhinc annis aperuit puellæ cuidam Trecenſi, & hæc ipſius permiſſu cuidam alteri, aut potius Vaillantius notitiam, quam duæ hæ puellæ divinitus hauſere, comprobavit ac ratam habuit. Præſertim priorem variis experimentis periclitatus eſt, num defendendæ ante tribunalia huic veritati par eſſet: & reipſa hanc illa defendit coram Epiſcopo Trecenſi, a quo, conſcio Vaillantio, accita & examini ſubjecta fuerat. Vaillantius igitur aut Elias, aut impoſtor ſit neceſſe eſt: at quomodo in ſuſpicionem hujus a ſe ſuſcepti criminis ac fraudis vocari poterit, poſtquam confeſſionem ſuam ſanctæ & ſeveræ vitæ rationibus, miraculis, & prædictionibus, aliisque veritatis notis a me hactenus indicatis, quæ poſt confeſſionem æque, ac antea in eo conſpectæ ſunt, confirmavit?*

Author hoc loco minutiſſimam quandam contra hucusque dicta difficultatem opponit, quam fortaſſe quis, nec temere ſuſpicari poſſet, ideo moveri, ut Sanctiſſimæ JEſu Chriſti perſonæ inſultandi locus eſſet: *Non quidem me latet*, inquit, *quantum ea, quæ de Vaillantio ſunt, difficultatis habeant, præcipue argumentum de ipſius ortu ac natalibus: at hæc difficultas multo major eſt in perſona*

 JEſu

JEſu Chriſti: Cum hic de fidei, qua gratia corda illuminat, negotio agatur, ſupplicare Deo, & non ad humanas rationes rem exigere oportet; quia fides precibus & humili mentis obſequio obtinebitur; quanquam nec veritatis ſigna deerunt, omne genus miracula (Secta ad nutum ea in numerato habet) *ſed quibus terribile de incredulis ſupplicium ſumetur.*

Hem! documentum fanaticæ amentiæ, qua in argumento de condenda, & in locum Eccleſiæ JEſu Chriſti ſubſtituenda nova Eccleſia magna Janſeniſtarum pars laborat: magna, inquam, pars; non enim omnes cœmeterii furorem ac inſaniam probant: aliqui etiam indigne ferunt, & explodunt miracula, convulſiones, vaticinationes, ac dolent, his ludibriis totam factionem contemptui exponi: alii vero plenam omnibus his ineptiis fidem adhibent, Deoque miracula, convulſiones & prædictiones adſcribunt, nec niſi myſterium quoddam in cunctis, etiam turpiſſimis, quæ in cœmeterio fiunt, latere arbitrantur: Sunt, qui has delirationes mali Dæmonis fraudibus, & malitioſæ cuidam dexteritati tribuunt, ac narrant, *non abſimiles ſe oculorum faſcinationes ab Agyrtis & præſtigiatoribus in foro S. Germani exerceri vidiſſe:* alii denique putant, & Deum, & Dæmonem in eo, quod opus Convulſionum appellatur, ſuam partem habere. Ex hac diſcordia & opinionum varietate inter homines, qui ad cognoſcendas religionis cauſſas nullum prorſus in-

fallibilem arbitrum aut judicem amplius admittunt, non poſſunt non mutua diſſidia & ſimultates oriri: unde hodie Janſeniſtæ in varias claſſes Convulſionariorum; Anti-Convulſionariorum; Mixtorum; Diſcernentium, Figuriſtarum; Antifiguriſtarum; Vaillantiſtarum; Auguſtiniſtarum &c. diviſi ſunt: hæ Sectæ digladiantur inter ſe, & cruentis ſe invicem vulneribus hoſtilem in modum conſcindunt: nulla in re inter ſe conſentiunt, nec vires jungunt; niſi cum de faciendo in Catholicam, Apoſtolicam & Romanam Eccleſiam impetu agitur. Amabo, an homines Chriſtiani, qui perſpectis quidem totius hujus cauſſæ momentis, obſtinate tamen hujuſmodi ſectæ addicti ſunt; hunc ſibipſis fucum facere; ac palpum obtrudere poſſunt; ſe JEſum Chriſtum verum Deum, & integerrimâ in præſtandis ſuis promiſſis fide, ipſius verò Eccleſiam ſemper perſiſtentem, ſemper præſidio S. Spiritus munitam; ſemper in judiciis ac deciſionibus ſuis infallibilem credere? Et alii, qui ſectam cæco animi impetu ſequuntur, num diu hanc a ſe fidem ſervatum iri ſperare poſſunt?

Quæſtio V.

Num Janſeniſtæ, ſi ad ultimum damnentur a Concilio, hujus etiam Concilii ſanctionibus reſtituri ſint, quemadmodum a Deiſtis Burgofontanis præſcriptum fuit?

Poſtremus Burgofontani Conciliabuli canon decernit, ut ſi quando Concilium, ad quod appellatum fuiſſet, cogeretur, & nova ſua dogmata damnaret, *non plus hujus Concilii deciſionibus fidei haberetur, quam Papæ & Evangelio.* Janſeniſtæ adumbratum a ſuis majoribus ſyſtema ex omni parte tam accurate executi ſunt, ut ne quidem ſuſpicioni locus ſit, fore denique, ut voci Eccleſiæ auſcultare ac obtemperare velint, ſi aliquando in Concilio collecta eos ſupremo judicio errorum condemnatura ſit. Quid ergo facient? Equidem futurum hac de re eventum non niſi conjectura augurari poſſumus, quæ tamen maximis argumentis nititur, ſumptis 1. ex pertinacia, qua hi novatores ad repugnandum obſtinati perſtitere olim, & perſtant adhuc in ſectæ ſuæ erroribus: 2. ex conditionibus ac legibus, quas habendo, ad quod provocarunt, Concilio ſtatuunt, ut ſe ejusdem deciſionibus ſubjiciant.

Arti-

Articulus I.

Documenta pervicaciæ, quæ Janſeniſtæ dedere hactenus, & etiamnum hodie dant, prædicunt, neque deciſionibus Concilii, ad quod appellarunt, obtemperaturos eſſe.

Nunquam forte ulla hæreſis tot ſententiis confoſſa eſt, ac Janſeniſmus; ſed & nulli hæretici majore pertinacia reſtitere juſtiſſimæ errorum ſuorum damnationi, quam Janſeniſtæ. Exhibeamus hoc loco aliqua e præcipuis hujus pervicaciæ documentis.

Liber Janſenii primus e claſſicis & dogmaticis ſectæ libris eſt. Simul ac ex errorum officina emerſit, ab Urbano VIII pravis opinionibus plenus (*d*) Apoſtolicis litteris declaratus, ac reprobatus eſt. Verum quam rationem hujus primæ damnationis habuere Epiſcopi Iprenſis aſſeclæ? Nempe, ſi doctrina ſua, ajebant, damnata eſſet a S. Petro, certos ſe eſſe, eam aperte tradi a S. Paulo, cujus veram ipſi mentem ac ſenſa tenerent; quo reſponſo arcanum hæreſis de gemino Eccleſiæ capite, SS. Petro & Paulo, qui tamen non niſi unum efficerent, ſcopum detexere: ſed hoc per tranſennam dictum eſto. Intra hoc impiæ exceptionis ſcutum abditi pro nihilo ducunt Bullam ſummi Pontificis, rident ſacra ipſius fulmina, pluribus prelis proſcriptum librum

(*d*) Bulla *In eminenti* 6. Martii 1641.

recudi curant, & errores, quos docet, diſſeminare pergunt. En primum pervicaciæ ipſorum ſpecimen!

Docti & rerum intelligentes viri perverſam Janſeniani libri doctrinam ad quinque propoſitiones redigunt, quæ ex mente ac phraſi Boſſueti *totum librum faciunt*: Epiſcopi Galliæ non ceſſant urgere Pontificem, ut has quinque hæreſes Apoſtolica ſententia feriat: Innocentius X illas hæreſis nota inuſtas proſcribit, (*e*) & Janſeniſtæ inepte ac ridicule cauſſati, eas in *Auguſtino* Janſenii non extare, nihil contorto in ſe anathemate commoti, eaſdem non ſecus, ac prius tuentur. Hem alterum pervicacis repugnantiæ documentum!

Clerus Gallicanus in Comitiis ſuis ſcripta epiſtola hac de re Pontificem certiorem facit: adeſt ab Alexandro VII nova Janſeniſmi damnatio (*f*), nova in illos, qui pernicioſas has opiniones propugnant, anathemata: opponunt Janſeniſtæ novam deciſionibus Eccleſiæ reſiſtendi audaciam, novum pœnarum Eccleſiaſticarum contemptum. Tertium hoc pertinaciæ ſpecimen eſt.

Ut Epiſcopi Galliæ hos rebelles reducant ad officium, vel ſaltem ad prodendos animi ſui ſenſus adigant, certam verborum formam imperant, quibus Janſeniſmus ejurandus erat.

At

(*e*) Bulla *Cum occaſione* 31. Maji 1653.
(*f*) Bulla *Ad ſacram* 16 Octob. 1656.

At refractarii non modo non morem gerunt Epiſcopis, ſed iisdem etiam de poteſtate ſua litem movent, ac formulæ ſubſcribere renuunt. Quartum contumaciæ teſtimonium!

Summus ipſe Pontifex, petente Rege, formulam præſcribit, & edita hac de re peculiari conſtitutione (*g*) eidem ſubſcribi jubet: Rex ſua ipſius authoritate armat Epiſcopos, ut receptionem Bullæ, & Formulæ ſubſcriptionem effectam darent: Janſeniſtæ per futilem obtentum, in hujusmodi negotiis non niſi obſequioſum ſilentium imperari, contempta omni & ſacra & profana authoritate, Bullam & formulam eludunt ac rejiciunt. Quintum pervicaciæ ipſorum argumentum.

Clemens XI nova quadam Conſtitutione (*h*) varias, quibus Janſeniſmus ab Anteceſſoribus ſuis damnatus fuerat, ſententias ratas habet, & pravum de obſequioſo ſilentio dogma Vaticano fulmine percutit: omnia hujus Conſtitutionis verba tam diligenti & accurata conſideratione expenſa ac ſelecta ſunt, ut ipſi Sectæ Doctores fateri cogantur, Romam per hanc Bullam Factioni ſuæ nullum tergiverſandi, nullum ſarciendæ jacturæ locum reliquiſſe; tantum tamen abeſt, ut inde æquiores ac magis dociles effecti ſint, ut ipſorum furor majore etiam ſtrepitu ac tumultu contra S. Se-

(*g*) Bulla *Regiminis* 15. Febr. 1665.
(*h*) Bulla *Vineam Domini* 16. Jul. 1705.

dis deciſiones foras eruperit: Eſt illis hæc Bulla (i) *opus tenebrarum; digna, cui Antichriſtus ſupremam manum imponat, eamque pro ſua adoptatam, concionum ſuarum argumentum eſſe velit.* Sextum Novatorum horum obſtinationis ſpecimen!

Janſeniſmus toties contuſus & obtritus, ſed iterum e ſuis redivivus cineribus, novumque a libro P. Queſnelli vigorem nactus, ad extremum a Clemente XI novo iterum anathemate jugulatur: (*k*) Conſtitutio ipſius in Gallia omni ſubmiſſione S. Sedi debita recipitur: idem ſentiunt ac faciunt omnes orbis Epiſcopi: ingens illorum numerus publicis litteris receptionem & obſequium teſtatur: tota Eccleſia hic loquitur & decidit: Janſeniſtæ ipſi fatentur, hac ſuffragiorum concordia ſe *obrui*. Num vero ſubmittunt ſe denique? ſubmittunt autem? imo poſtquam ab hac Bulla a quadraginta & amplius annis diris devincti; & e cœtu recte credentium exterminati ſunt, miſeræ ſectæ reliquiæ nunquam ad rebellionem contra Eccleſiam & ejus deciſiones claſſicum canere ceſſarunt, nec ceſſant etiamnum, eandem ubique ſuis ſermonibus, exemplis & ſeditioſiſſimis libris alere ac fovere. En ſeptimum pervicaciæ Janſenianæ monumentum.

Et

(*i*) Denunciatio Solennis Bullæ Clementis XI. Denunciator eſt D. de With.

(*k*) Bulla *Unigenitus* 8. Sept. 1713.

Et pervicaces id genus hæretici ſic animo comparati eſſe videri poſſunt, ut ingenua ac vera, quæ filios deceat, docilitate deciſionibus Concilii, a quo errores ſuos damnatos videbunt, morigeros ſe ac obnoxios præbeant? Num injuriam ipſis facimus, ſi auguremur, etiam huic Concilio obſtinata animi contentione adverſaturos eſſe? Aut quodnam denique, ſi etiam ſe opponant Concilio, majus in ſe nefas ſuſcipient, quam quod jam conſcivere, cum ultimæ Conſtitutioni tam præfracte & impudenter refragati ſunt? Ex modo, quo hæc Conſtitutio recepta eſt, intelligimus, Janſeniſmum a tota Eccleſia diſperſa de hæreſi poſtulatum ac condemnatum eſſe: jam vero dogma fidei eſt, Eccleſiam diſperſam æque, ac in concilio collectam, errare non poſſe, & propterea illius doctrinam Fidelibus non minus eſſe normam fidei, quam eſt doctrina maxime legitimi Concilii Oecumenici: itaque noſtri Novatores contra hoc Eccleſiæ diſperſæ judicium rebelles, novam ſuæ in præſens contumaciæ acceſſionem non facient, cum contra Concilii deciſiones turbas & ſeditiones concitabunt: novum duntaxat ſuæ in hac pervicacia perſeverantiæ exemplum edent. Ergo obſtinatus ab integro, & quod ſuperat, ſæculo ipſorum animus nos ſperare non ſinit, quod vel minimum ſubmiſſionis erga Concilium, ad quod appellarunt, argumentum præbituri ſint.

Articulus II.

Conditiones, quas Janſeniſtæ ad futuri Concilii celebrationem exigunt, ut hujus ſe deciſionibus ſubjiciant, oſtendunt, jam modo ſecum deliberatum habere, nihil omnium eorum facere, quæ Concilium ſtatuerit.

Dum Janſeniſtæ tanta contentione petunt, inclamant, & urgent celebrationem Concilii, vix non ea animum cogitatio ſubire poſſet, ſerio illos cogitare ac deſiderare, ejusdem ſe authoritati dedere: ſaltem vehementer optant, ut tam bene animati & affecti eſſe credantur: Sed quid? num ignorant hi homines, ſe ipſos toti mundo tela dediſſe in manus, quibus jugulentur, ac convincantur, quod, cum ad Concilium provocant, in anteceſſum jam obfirmaverint animum, contemnere & aſpernari ipſius oracula, & *tam parum eidem, quam Papæ & Evangelio, fidei habere*? Et vero, quid ſibi volunt Concilii formæ ac ideæ, quibus, quantumcunque novelli, & e Janſeniano furno recentes ſint, Eccleſiæ modum dictare audent, quo ſe ſe ad Concilium congregare, de quibus rebus in eo loqui, quibus conſiliis negotia ſua gerere debeat? quid ſpectant denunciationes illæ, quibus leges ſcribunt, & imperant Eccleſiæ, ut improbet ac damnet id, quod approbavit, & approbet, quod toties damnavit? Num filiis, quibus recta mens & ſincera voluntas eſt, voci matris

tris ſuæ debita cum reverentia ac ſubmiſſione auſcultandi & obſequendi, unquam in mentem veniet, ut temeraria confidentia jus ſibi arrogent ſtatuendi & præfiniendi, quomodo illam, & quibus de rebus filiis ſuis loqui oporteat? Lutherani olim id moliti ſunt, freti eo ſuperbiæ, contumaciæ ac nefariæ ſimulationis ſpiritu, quo ſuos aſſeclas armat & animat hæreſis: idem hac noſtra ætate moliendum ſibi ſumpſere Janſeniſtæ. Res hæc ex documentis ac chartis, quæ ipſa Authorum manu ſcriptæ, apud unum ex ipſorum emiſſariis deprehenſæ ac interceptæ ſunt, explorata ac manifeſta eſt: hæ chartæ typis mandatæ ſunt, hac inſcriptione inſignitæ: (*) *Commentarii de Conſiliis Janſeniſtarum.* Cum autem publicæ luci proſtent expoſitæ, & a quovis adiri poſſint, non alia ex iis hoc loco excerpam, quam quibus opus mihi eſt ad demonſtrandam hanc propoſitionem: *Janſeniſtæ poſt appellationem ſuam in eadem cum Lutheranis voluntate ſunt, & æque parum in animo habent obtemperare futuro Concilio, ac Lutherani olim habebant obſequi novo Concilio, quod, poſtquam a Synodo Tridentina damnati fuerant, celebrari poſtulabant.* Geminus ex his Commentariis, quorum autographa ſervantur in Bibliotheca regia, locus ſatis

(*) Septem horum commentariorum ſunt, cum approbatione & facultate typis excuſi apud Viduam Maziéres anno 1728.

ſatis erit, ut plane & perſpicue hæc Janſeniſtarum & Lutheranorum inter ſe comparatio, juſta ac ſolida eſſe oſtendatur : Unus eſt de adornata a Janſeniſtis forma futuri Concilii : alter de profecta ab iisdem Novatoribus rara admodum ad Concilium denunciatione.

Sub idem tempus, quo appellatio, quam noſtra memoria ſeditioſe interponi vidimus, annos abhinc plusquam centum & quadraginta Burgofonte conſtituta fuit, Vigorium conſtat elaboraſſe in cudendis nominibus ac titulis, quibus exrituri aliquando Appellantes debitam futuro Concilio ſubmiſſionem ſubterfugerent: Appellatione interjecta, luculentiſſima Janſeniſtæ documenta dedere, ſe preſſe inſtare majorum ſuorum veſtigiis, & nec latum unguem deflectere a via, quam illi aperuerant: ſeriam demum cogitationem ſuſcepere, aptatum ad Vigorii principia, & *ſolidum tractatum* de celebratione Concilii edendi. Forma conficiendi hujus tractatus miſſa eſt ex Hollandia in Galliam ad Petitpiedium, ut pro ſua in ſecta authoritate rem hanc ad effectum perduci curaret. Ille, qui miſit, amaris querelis apud hunc Doctorem Janſeniſtas Figuriſtas accuſat, quod per cauſſam adfuturi propediem Eliæ, convocationem Concilii ſolicitari nolint. (*l*) „Dum que-„ror

(*l*) Vid. de hac materia Commentarium II. de Conſiliis Janſ. &c.

„ror (ſcribentis ad Petitpiedium verba ſunt) „non urgeri celebrationem generalis Concilii, „nec operam dari, ut conſtet inter omnes „de modo, quo iſtud concilium convocan„dum & habendum ſit, recte tu quidem, re„ponunt; at Concilium nulli jam amplius uſui „eſt: Judæi ad meliora traducti omnia redi„gent in ordinem, & Elias, qui jam in pro„pinquo eſt, *reſtituet omnia.*“ Addit deinde epiſtolæ ſcriptor: „De eo maxime labo„randum arbitror, ut conſcribatur & in pu„blicum prodeat ſolidus tractatus de celebra„tione Concilii Generalis, deque omnibus „conditionibus, quæ in illo ſervandæ ſunt; „& id quidem non tantum propterea, ut præ„via rerum notione imbuatur populus, ac „Doctores, Eccleſiaſtici, Advocati, & omnes „Laici, qui judicio & doctrina valent, ad „expendendum accuratius hoc argumentum „incitentur; ſed præcipue, ut Epiſcopis, „quorum plures magni idiotæ ſunt, debita de „hoc negotio notitia impertiatur.“ Id nempe ſpectatis Sectæ principiis ordo poſtulat, ut ab Advocatis & intelligentioribus profanis hominibus Epiſcopi de ſacris materiis erudiantur.

Poſt hæc hortatur Petitpiedium, ut præſtantioribus Factionis ſcriptoribus tractandi hujus argumenti Author fiat, & præcipua capita enumerat, quæ in hoc, de quo agitur, *ſolido tractatu* locum habere, & firmis rationibus ſtabiliri oporteat. „Vir ſumme æ-

„ſtiman-

„ſtimande, cum optime cognita mihi ſit am-„plitudo tui erga veritatem ſtudii, charita-„tis pro Eccleſia; & authoritatis apud ſapien-„tiores utriusque defenſores; totum a me „tibi hunc animum patefaciendum putavi; „certus, aliorum a te ingenia ac calamos ad „ſuſcipiendum hoc opus animatum iri. En „tibi potiſſima Capita, quæ ſingillatim in „quæſtionem vocari, expendi, & argumentis „confirmari poſſent:

„1. Quæ ſit Oecumenici Concilii neceſ-„ſitas, præſertim hodierno tempore ac loco, „quo ſita ſunt negotia Eccleſiæ.

„2. Qua illud authoritate polleat in fa-„ciendis Canonicis deciſionibus, tam pro „doctrina fidei & morum, quam pro diſcipli-„na Eccleſiaſtica.

„3. Quantum in eo integra & Chriſtia-„na libertas in aperiendis ſenſis ſuis domina-„tum obtinere debeat, ita quidem, ut nec ſu-„premi Principes, nec ipſe Pontifex, cui non „aliud, quam ferendi unius ſui ſuffragii, ut „aliis Epiſcopis, jus eſt, eam præcidere poſ-„ſint, quin in leges divinas, & Eccleſiaſticas „peccent.

„4. Qua ratione, & a quo, ac ubi Con-„cilium convocandum ſit.

„5. Quinam ſint illi, qui tanquam judi-„ces intereſſe debeant.

„6. Quinam intereſſe debeant aut poſſint „tanquam Conſultores, Denunciatores aut „teſtes.

„7. Quis

„7. Quis locus aut ordo, & quæ autho-
„ritas eſſe debeat cuivis tam e primo quam
„ſecundo ordine.

„8. Num ſuffragium cujuslibet Epiſco-
„pi non æque late pateat; & rem decidat, ac
„ſuffragium Papæ.

„9. Quænam ſint capita fidei, doctrinæ
„morum, diſciplinæ & Hierarchiæ, quæ in
„Concilio proponenda, diſcutienda, enucle-
„anda, & decidenda ſunt.

„10. Quomodo hæc capita; quibusve
„momentis; & ex quibus principiis expen-
„denda ſint.

„11. Quomodo quodvis horum capitum
„a Conſultoribus, Doctoribus; & Congre-
„gationibus peculiaribus &c. proponendum
„ſit.

„12. Quomodo Epiſcopi Concilio præ-
„ſentes, aut qui demandata ſibi ac legitimis
„tabulis confirmata poteſtate eorum vices
„obeunt; ſua ſenſa expromere; ſuffragia
„ferre; ac decidere debeant.

„13. Utrum expediat; & cum legibus
„componi poſſit, ut communi nomine Natio-
„nis, non vero viritim pro numero Epiſco-
„porum ſententiæ dicantur.

„14. Quo pacto occurri poſſit incommo-
„do ab augeſcente numero Epiſcoporum Ita-
„liæ, & titularium *in partibus*, qui Papæ &
„aulæ Romanæ mancipia ſunt, atque priva-
„to ſuo ſtudio, ac cæco affectu in quamlibet
„ſe partem abripi ſinunt.

„15. Quæ

„15. Quæ ratio a Concilio habenda ſit „profanorum Principum, & quos mittunt, „Oratorum, Legatorum, litterarum, Com„mentariorum &c., tam in rebus, quæ ad „dogmata fidei & morum, ac leges diſcipli„næ mere Eccleſiaſticæ, quam quæ ad guberna„tionem civilis ſocietatis & profanæ reipubli„cæ pertinent.

„16. Quænam Papæ authoritas ac jus „ſit ſupra Concilium: num præter id, quod „primum in conſeſſu locum obtineat, plus „aliquid ipſi tribui poſſit, quam cuivis alteri „Epiſcopo.

„17. Quo numero & loco Papæ legati „in Concilio eſſe poſſint.

„18. Quomodo de quovis fidei & diſci„plinæ capite judicium ferendum, ac pro„nunciandum ſit? An concilii Patres obſtricti „non ſint, rationem judicii ſui reddere ex „ſacris litteris & traditione, utpote ſolis ſin„ceris fontibus, e quibus Synodi etiam Oe„cumenicæ infallibilia ſua effata ac dogmata „haurire poſſunt, & de quibus omnes Fide„les certiores reddi neceſſe eſt.

„19. Quomodo hæc omnia diſertis & a„pertis verbis per totam Eccleſiam vulganda „ſint &c.“

Tam accuratæ & meditatæ recenſioni, quæ minima quævis rerum adjuncta perſequitur, Domnus Theodoricus, qui hanc Solidi Tractatus ideam Petitpiedio miſerat, mox hæc verba ſubjungit: „Ecce, honoratiſſime Domine,

„ne, brevem ſynopſin ſenſuum meorum de „libro, quem ſumma pro veritate & Eccleſia „emolumenta allaturum arbitror; & ſine quo „congregati idiotæ Epiſcopi nihil facient, „quod alicujus momenti ſit.“ Ac ſi diceret, Eccleſiam JEſu Chriſti a mille & octingentis prope jam annis *ſolidum* horum Novatorum *tractatum* expectaſſe, ut in ſuis Conciliis faciat quippiam, quod *alicujus momenti ac pretii ſit.* Sed differamus adhuc aliquantulum obſervationes noſtras.

Janſeniſtæ non modo contendunt, Appellare ſe ad Concilium, quod ad leges, quas ipſi pro arbitrio ſuo commenti ſunt, convocandum ac celebrandum erit; ſed inſanam ſuam audaciam longius proferunt: volunt denotare ac præſtituere ea, quæ ad Concilium deferenda, atque ab eo condemnanda ſint. Audiamus excerpta quædam ex Denunciatione, quam nomine & cum approbatione Factionis Domnus Theodoricus fabricatus eſt: inſcriptio illius eſt: *Inſtrumentum Denunciationis ad Univerſam Eccleſiam, & ad futurum Concilium Generale, liberum, Oecumenicum, Moliniſmi, Suariſmi, Sfondratiſmi, Bullæ Unigenitus, tanquam apertarum hæreſum, & directe fidei adverſantium.*

In hoc Inſtrumento, poſt deplorata incredibilia mala, quæ *infelix Bulla Unigenitus* orbi attulit, pergit & ait: „Denuncio, „non tantum meo, ſed & nomine Thomiſta-

„rum, Auguſtinianorum, præſertim autem „religioſorum meorum Sodalium Benedicti„norum, quos a me non diſſenſuros eſſe per„ſuaſum habeo; Denuncio toti Eccleſiæ, & „futuro Concilio libero, generali & Oecume„nico, Moliniſmum, Suariſmum, & Sfon„dratiſmum, & ajo, apertas eos hæreſes tra„dere ab Eccleſia jam damnatas, nominatim „Pelagianiſmum ex parte cum additamento „adhuc pejore, & Semipelagianiſmum ex to„to, atque aliquid etiam ultra. Hac de„nunciatione complector quoque Bullam *U„nigenitus*, utpote qua omnes portentoſi hi „errores continentur."

Vult etiam Denunciator, ut Concilium damnet Bullam *Vineam Domini* & Formulam Alexandri VII. „Hanc ipſam etiam Bul„lam, inquit, ad futurum Concilium defero, „& cum ea omne id, quod Roma ad ſufful„ciendam execrabilem Formulam machinata „eſt. Damnationem hujus Bullæ neceſſariam „eſſe credo, ut Catholica fides ſervetur in„columis. Pro certo habeo (paulo inferius ait) in Concilio libero ac generali, quale „Dei nomine poſtulo, Bullam *Unigenitus* idem „fatum, & quidem multo majore jure ſubi„turam, quod ſubierant olim litteræ, ſeu „Decretales Honorii pro cauſſa Monotheliſ„mi; nec dubito, illam in pleno Concilio in„famia notatam, exuſtum, authorem vero ipſius „hæreticum aut etiam hæreſiarcham declara„tum iri." Si Appellantibus tantum juris erit,

quan-

quantum ſibi arrogant, ut in hoc Concilio pro voluntate ac libidine ſua ſus deque vertant omnia, plane Denunciator non nimium ſperat aut poſtulat.

Hæc denunciatio valde probabatur Janſeniſtis, in Hollandiam profugis, quemadmodum & illis, qui reſtabant in Gallia; quod Author amicorum ſuorum uni in Gallia his verbis ſignificat: „In manibus habeo, quod „adhuc majoris mihi momenti eſſe videtur, „nempe Denunciationem. - - - - Materiam „hæc dabit tuis animadverſionibus. - - - - „Scripſi de ea ad varios in Gallia, quin una „illius exemplum mitterem: urgeor, ut mit„tam, & certus eſſe jubeor, plures ſpe & „expectatione mea eidem ſubſcripturos eſſe. „Hinc inſtrumentum hoc per manus dare & „diſſeminare potes, ubi & quantum oppor„tunum judicaveris. Hic apud nos in Hol„landia omnes a Denunciatione ſtant."

Hæc igitur Concilii forma, cum Denunciatione tantopere deſiderata in Gallia, & tam ſecunda admurmuratione excepta in Hollandia, ſatis oſtendit, Janſeniſtas eodem eſſe animorum habitu ac ſenſu, quo erant Lutherani, poſtquam a Concilio Tridentino damnati fuerant. Et reipſa, quanam agendi ratione uſi ſunt Lutherani damnati a Concilio? Poſtularunt aliud Concilium. Quid poſt condemnationis ſententiam, quæ tantundem valet, quantum lata a quodam Concilio, tentant & moliuntur Janſeniſtæ? id ipſum,

 quod

quod Lutherani; Concilium & ipſi flagitant. Lutherani condemnati ſpondent ſe ſubmittere Concilio, ſed pactis certis conditionibus, (*m*) quas numero octonas ſpeciatim deſignant. Janſeniſtæ damnati ſuas & ipſi conditiones ferunt, ut ſe ſubmittant; nec hæ abludunt ab illis, quas Lutherani dictaverant.

Prima a Lutheranis ſtatuta conditio erat, ut poſtulatum a ſe Concilium acta Concilii Tridentini reſcindat, & irrita eſſe jubeat.

Conditionum, quas Janſeniſtæ proponunt, una eſt, ut Concilium, quod petunt, ſeu ad quod appellant, damnet Bullam & *execrabilem Formulam* Alexandri VII, Bullam *Vineam Domini*, & *infelicem Conſtitutionem Unigenitus*.

Altera Lutheranorum conditio, ut Concilium celebretur in Germania.

Altera Janſeniſtarum conditio, ut a ſe præfiniatur locus, *in quo habendum ſit Concilium*.

Tertia Lutheranorum conditio, ne Papa convocet Concilium, nec eidem præſideat.

Tertia Janſeniſtarum conditio, ut ipſimet ſtatuant, *a quo Concilium indicendum*, neve

(*m*) Vide librum inſcriptum: *Cauſſæ, cur Electores, Principes, aliique addicti Confeſſioni Auguſtanæ ad Trid. Concil. non accedant.*

neve *Papæ in eo aliud, quam ferendi unius ſui ſuffragii, uti aliis Epiſcopis, jus ſit*; & præterea ipſi præſcribant, *quo loco & numero Papæ Legati haberi poſſint.*

Quarta Lutheranorum conditio, ut deciſiones ſolo Dei verbo, & ſacris litteris, non autem traditione & ſacris Canonibus nitantur.

Janſeniſtæ in hoc capite plus aliquid indulgent Concilio: permittunt, ut deciſiones ſumantur ex traditione & ſacris Canonibus; at ſimul exigunt, ut Concilii Patres has ipſas, quibus deciſiones ſuæ niterentur, rationes diſerte enuncient, propterea, quod *omnes Fideles de fontibus, ex quibus fluxiſſent ipſorum ſententiæ, certiores reddi neceſſe ſit.* Conditio hæc ſummi momenti eſt; nam ſi populo Chriſtiano non conſtaret de his rationibus, non poſſet ratas habere ſententias Concilii, adeoque nec illis conferre donum infallibilitatis.

Quinta Lutheranorum Conditio, ut non pro majore ſuffragiorum numero feratur judicium, ſed ſolum Dei verbum norma ſit, qua deciſiones dimetiendæ erunt.

Janſeniſtæ ſaltem æque abhorrent ab illo more, quo ex potiore ſuffragantium numero deciſio fit: ſi mos hic obtineret in futuro Concilio, quas in anguſtias ſe adductos cernerent? In toto orbe Catholico non eſt Epiſcopus, qui ipſorum partibus & cauſſæ faveat: malunt itaque *ſententias dici nomine na-*

tionis, non pro numero ſuffragiorum: Tractatus ſolidus ſuo id edicto ſancire debet.

Sexta Lutheranorum conditio, ut Epiſcopi fidelitatis ſacramento, quo Papæ devincti ſunt, ab eodem ſolvantur.

Janſeniſtæ æquiores, aut timidiores ſunt: poſtulata ſua his terminis definiunt, ut occurratur incommodo ab augeſcente numero Epiſcoporum Italiæ, & Titularium in partibus, *qui Papæ mancipia ſunt, & cæca ſe cupiditate regi ſinunt.*

Septima Lutheranorum conditio, ut Auguſtanæ Confeſſionis Theologi æque, ac Epiſcopi, jure ſuffragii deciſivi potiantur.

Janſeniſtæ reſervant ſibi jus decernendi, quinam Concilio tanquam judices intereſſe debeant: Presbyteri habent ſuffragium deciſivum; & Curiones quidem etiam *ex lege divina*; Vigorii hoc ſcitum eſt: *Tractatus Solidus* hoc eorum jus tacitum non relinquet.

Denique in octava conditione Lutherani duo poſtulant: primum, ut Concilium ita ſit liberum, ut in neminem animadverti poſſit, qui deciſionibus Concilii ſe ſubmittere noluerit: Alterum, ut doctrina ſua damnari nequeat, etiamſi theologi ſui illi tuendæ pares non ſint.

Priorem harum cautionum vehementer approbant Janſeniſtæ; quamvis autem id aperte profiteri non audeant, ad eundem tamen ſcopum conſilia ſua referunt: volunt tam plenam in Concilio dominari libertatem, *ut nec*

ſupremi Principes, nec ipſe Papa eam præcidere poſſint. Quodſi jam concilium ad continendum in officio ac domandum e ſecta hominem, qui e maxime rebellibus eſt, poteſtatem profanam appellaret, quantæ querelæ, quot vociferationes exiſterent expoſtulantium, libertati vim inferri? Ad alterum poſtulatum quod attinet, Janſeniſtæ Lutheranis multo magis immoderati & inſolentiores ſunt: Lutherani plus non petunt, quam ut ne ſua doctrina damnetur: at Janſeniſtæ non modo dogmata ſua ſarta tecta ſervari cupiunt, ſed inſuper, ut doctrina univerſim in Eccleſia cum Conſtitutione *Unigenitus* probata & recepta damnetur in Concilio: imo nec acquieſcent Concilii deciſionibus, niſi hanc Bullam *notari infamia & in pleno Concilio exuri*, ipſius vero Authorem Pontificem Clementem XI *hæreticum, aut etiam hæreſiarcham declarari* videant.

In has leges ſi res tranſigatur, teſtantur Lutherani, ſerio ſe & ex animo celebrationem Concilii expetere.

Plerique Janſeniſtarum libri, & iteratæ toties Appellationes idem deſiderium ac ſtudium, quo optent futurum celebrari Concilium, palam præferunt; attamen hac lege, ut Concilii Patres nihil agant, niſi ex norma & præſcripto *Tractatus Solidi:* Sin autem, jam in anteceſſum denunciatum ipſis eſt, *nihil eosdem facturos, quod alicujus momenti ſit:* Ergo etiam in anteceſſum denunciatum

jam eſt, obtrectaturos Janſeniſtas etiam huic Concilio, *eique non plus habituros fidei, quam Papæ & Evangelio.*

Concluſio,

Et Anacephalæoſis

Totius hujus operis.

Quinque Deiſtæ conſilium capiunt evertendi religionem JEſu Chriſti, & in hujus ruinis extruendi Deiſmum. In mutuum colloquium veniunt, ut inter ſe de conſtituendis adjumentis deliberent, quibus ſuſceptum a ſe impium hoc conſilium effectum reddant. Quaterna eorum ſeligunt, ac ſtatuunt abrogare uſum Sacramentorum pœnitentiæ & Euchariſtiæ: dogmata tradere omnium aptiſſima, quæ late patentes Deiſmo fores pandant: omnem authoritatem ac famam eripere iis, qui ſapientibus ſuis monitis ac conſiliis depravationi populorum viam obſtruere, aut ſaltem moram injicere poſſent: & denique poteſtatem Eccleſiæ, & authoritatem ſummi Pontificis, omneſque ejus prærogativas ferociter adoriri, ut ex nefario hoc cum Eccleſia ac Pontifice bello jus aliquod extundant, ipſorum ſanctiones ac deciſiones contemnendi; quem tamen contemptum inani ſpecie interpoſitæ ab his ipſis deciſionibus ad futurum

rum Concilium Appellationis obtegere malo dolo curabunt, cum conſtitutarum ab ipſis rerum ordo ac ſeries id poſtulabit; *malo dolo*, inquam, quoniam fixum & ratum ipſis eſt, non magis deciſionibus hujus Concilii obtemperare, quam Papæ & Evangelio.

A ſoluto Conventiculo, extemplo Factionis anteſignanus manum operi admovet: directione, epiſtolis, privatis colloquiis, libris ſuis orditur executionem initi conſilii, & diſcipulos ſuos ad bellum contra JEſum Chriſtum & ejus Eccleſiam exemplo ſuo erudit, illudque gerendum tamdiu, dum Deiſmus omnem, quem prius eadem Eccleſia, locum obtineat. E reliquo Deiſtarum numero ſibi ipſe quivis provinciam ſumit, in procurando eorum, de quibus in Conciliabulo conventum erat, adjumentorum aliquo præcipuam ſuam operam collocandi.

Unus igitur aggreditur abolere uſum ſacramentorum pœnitentiæ & Euchariſtiæ: pingit animis monſtroſæ perfectionis imaginem, quam in eo ſitam eſſe mentitur, ut ne ad ea recipienda accedamus: commentitiam hanc perfectionem eximiis laudibus ornat in libro, quem juris publici facit.

Perverſa dogmata in hoc libro late diffuſa toti Factioni ad conſiliorum ſuorum ſcopum videntur aptiſſima: hinc ea precatoriis omne genus libris inſeruntur, quibus jure illud inſcribas: *tituli remedia habent, pixides venena.*

Improbi Chriſtiani ex nova hac de ſacramentis doctrina anſam arripiunt procul omnem a ſe amandandi curam, qua ad ea digne ſuſcipienda ſe comparent. Piæ animæ præparationis ac conditionum, quas novi reformatores ad dignam illorum ſuſceptionem exigunt, difficultate territæ, religioni ſibi ducunt ſacra hæc myſteria obire: acceſſus ad menſam Euchariſticam rarus, imo omnis prope jam interclusus eſt: Quodſi aliquæ a contagione intactæ eam frequentent, neceſſe habent clanculum & in operto accedere, ne, quemadmodum & ſacerdotes, qui quotidie ad aram faciunt, lividis maleferiatorum oculis offenſioni ſint. Vah! triſte ſpectaculum, quod olim religioni in Anglia extremam ac proximam ruinam portendebat!

Burgofontanorum Deiſtarum alius eas in gerendo ſyſtematis negotio partes ultro ſuſcipit, ut commentetur dogmata, quæ nihil liberi arbitrii relinquant homini, totumque tribuant gratiæ; mortem JEſu Chriſti ad ſolos electos pertinere ſtatuant, ac Dei præcepta tam ardua repræſentent, ut ſervari non poſſint: dogmata, quibus ea vis & effectus fuit, ut hæretici ex omnibus Europæ angulis Janſeniſtas, ceu ſuos Evangelicos fratres in ſinum ſuum cooptarent: dogmata, quibus, ut oſtendimus, omnes profeſſi Deiſtæ ſubſcribere poſſint, quin propterea Deiſtæ eſſe deſinant; adeoque dogmata nata & facta ad creandos tot Deiſtas, quotquot illa amplectentur.

Liber,

Liber, quo hæc dogmata continentur, ab Authore ſolis doctis deſtinatus erat; ut ergo venenum late & per omnes hominum ordines manaret, quidam e Factionis Coryphæis ex illo colligit id, quod maxime peſtiferum eſt; contextis a ſe pro libro & Authore vindiciis inſerit, nihilque diſſimulans ſe illud tueri aperte profitetur: gallico ſermone utitur: hoc pacto ſexui quoque muliebri facultas oblata eſt cognoſcendi novam doctrinam, atque avidis labris imbibendi.

Factio, ut & plebem ſuis implicet erroribus, catechiſmum procudit, in quo Burgofontana doctrina in certa capita digeſta, & populari intelligentiæ accommodata eſt.

Profugus in Hollandiam Religioſus conſcripto libro eos pervertere nititur, qui ſanctiorem vivendi rationem ſequuntur: Burgofontana dogmata crude & nude proponit; ſed & nullum operæ pretium facit: liber in omnium offenſionem incurrit: propterea tamen ab urgendo hoc propoſito ceſſatum non eſt: ſubrogatus in prioris locum alius ſumma, quæ in humanum ingenium cadere poteſt, arte Burgofontanam doctrinam ſuis in novum Teſtamentum obſervationibus plena manu adſpergit: piis animis Deum adorandum & amandum exhibet: ſed qualem Deum? Deum moroſum, difficilem, fallacem, crudelem, injuſtum, tyrannicum, qui ſubito quodam voluntatis impetu ideo tantum ſalvat aut damnat animas, quia ita collibitum

eſt:

eſt: Fallax pietatis ſuccus, quo tingit hunc librum, piis his animis ita imponit, ut una & venenum hauriant: Veræ religionis ſenſus in iis, quin rem, æque ac alii, advertant, penitus extinguitur.

Tertius Conventus Burgofontani Deiſta operam ſuam pollicetur ad conflandam Miniſtris JEſu Chriſti infamiam: nulli eorum parcit: dedita opera fabricatur opus, quo fidem faciat fidelibus, omnes, qui regendis ipſorum conſcientiis ſe addicunt, in ſancto & laborioſo hoc munere non niſi ſordidiſſimum ſuum lucrum ſibi propoſitum habere.

Plures ex his Eccleſiæ Miniſtris Novatorum partibus accedunt: Epiſcopi quidam Factionis conatus omni ſua authoritate adjuvant: Non omnes poſthac Eccleſiæ Miniſtri vocantur in invidiam: in illos ſolos tempeſtas incumbit, qui acriore virium contentione novæ ſectæ progreſſibus ſe aggerem opponunt: reliqui tota volumina contortis in ipſos calumniis ac injuriis referciunt: omnes hi pulchra ſe ſeverioris Ethicæ ſpecie exornant, & contra adverſantium ſibi doctrinam moralem declamant: ad eoſdem infamandos confinguntur, & ſparguntur contumelioſiſſimæ narrationes; ex quibus concluditur, Epiſcopos religione prohiberi, nec poſſe ſalvo officio hujuſmodi homines ad ſacra miniſteria & animorum directionem adhibere.

Simplices Fideles turbati rumoribus, quos ubique libere & fidenter jactari audiunt, ti-

ment,

ment, ne vera ſint, quæ ſparguntur: impares expendendis per ſeipſos rebus, num quid his criminationibus veri ſubſit, cavent ſibi ab Eccleſiæ Miniſtris, qui tam nigris pinguntur coloribus: ad illos perſugium habent, quos Factio ubique prædicat homines ſevero & aſpero vitæ inſtituto addictos, ac primis ſæculis dignos: Corruptio manat latius: religionis contemptus ſenſim ſine ſenſu propagatur, quin de illo præcavendo cogitatio mentem ſubeat.

Supereſt deſtruenda ſummi Pontificis & Eccleſiæ authoritas: Et ad hoc quoque curandum opus Burgofontanorum Deiſtarum unus ſtudium ſuum offert: preſſo veſtigio, pro more reliquorum, ſequitur formam, quæ in Conventiculo conſtituta fuerat. In libro quodam demoliri aggreditur Monarchicum Eccleſiæ regimen, ut illi Ariſtocraticum ſubſtituat: omnem in Eccleſia juriſdictionem ad ſimplices fideles transfert: communem ea ætate ſententiam de infallibilitate Pontificis, atque hoc nomine etiam Eccleſiæ docentis impugnat. Deinde ſedulo hac opinione imbuit animos, quod omnis appellatio ad futurum Concilium vel maxime legitima ſit. Ergo Novatores ſuo loco & tempore appellabunt. Sed ſi condemnentur a Concilio, quo ſe vertent? Deiſta, cui munus commiſſum erat tractandi hoc argumentum, non paucos illis ſubterfugiendi modos ſuppeditat, quibus debitam Concilio obedientiam efficaciter eludant.

Hujus

Hujus Deiſtæ Succeſſores ſtudioſe præeuntis premunt veſtigia, & quod ab illius manu impolitum adhuc, & ruditer adumbratum prodierat, expoliunt ac perficiunt: aſpectabilem Eccleſiæ ſtatum invadunt: Romam pro prima Eccleſiæ ſede habere recuſant: principi huic orbis Chriſtiani urbi cum Luthero ſuperbæ Babylonis probrum objiciunt: primam Eccleſiæ ſedem Ultrajecti conſtituunt: ſumma venerationis ſignificatione communionem cum ſchiſmaticis hujus urbis Archiepiſcopis ambiunt: ad ſtabiliendum in Eccleſia regimen pure ariſtocraticum omnem conatum adhibent: Summum Pontificem aſpectabilis univerſæ Eccleſiæ capitis prærogativa ſpoliant: plenitudinem poteſtatis, quam ipſi JEſus Chriſtus impertitus eſt, intra arctos limites conſtringunt: graviſſimis contumeliis ſacrum Pontificis nomen ac perſonam proſcindunt, ceu ex ore ac ſenſu hæreticorum Genevæ aut Londini loquerentur: aſſueſaciunt populos nefariæ pervicaciæ, qua legitima Pontificis imperia ulla in re pati renuant.

Ex his illi principiis facile conficiunt, omnem ad futurum Concilium appellationem juſtam eſſe, & denique opportunis ad id præceptionibus populos informant, ut omnes diras & anathemata flocci pendere addiſcant.

De-

Deſtructa aſpectabilis Capitis authoritate, gradus fit ad evertendam authoritatem Epiſcoporum: magna autem arte, & ad rem ſuam attentione opus hoc molitur factio: ut varius eſt rerum concurſus ac ratio, ita varia etiam eorum lingua eſt. Modo hi Novatores Authoritatem Epiſcopalem ad nihilum redigunt; Epiſcopatus non eſt, niſi dignitas, quæ ortum ſuum debet Eccleſiæ conſtitutionibus: Epiſcopi ſuarum Diœceſium univerſales Paſtores non ſunt: jus condendi pro illis leges non habent: non ſunt judices, ſed teſtes duntaxat de Eccleſiarum ſuarum fide, & in Conciliis eorundem deciſiones immunes ab errore non ſunt, niſi accedat ſuffragatio populi, qua eas probet ac infallibiles reddat. Modo iidem Novatores Authoritatem Epiſcopalem ad ſummum faſtigium evehunt, atque cum illa, quam Catholici ſoli Pontifici propriam ac peculiarem eſſe profitentur, æqualem ſtatuunt. Modo omne id, quod tribuunt Epiſcopis, ſimplicibus etiam Presbyteris largiuntur: Presbyteri æque ſunt Vicarii JEſu Chriſti, ac Papa & Epiſcopi: æque judices de doctrina in Conciliis: ſpectat ad ipſos gubernatio Diœceſium, & Epiſcopis impoſita lex eſt eorum ſequendi conſilia: approbare poſſunt ad excipiendas Parœcianorum ſuorum confeſſiones Sacerdotes, quos volent, etiamſi hi a proprio Diœceſis Epiſcopo ſacris interdicti ſint: poteſtate valent adminiſtrandi ſacramentum chriſmatis, & initiandi Sacerdotes; nec alìud ad eam

deeſt,

deeſt, quàm uſus, qui hodie deſiit: eadem obſervantia ſimplices Sacerdotes, qua Papam proſequi oportet.

Ut in Eccleſia JEſu Chriſti funditus omnia peſſundent & proterant, Eccleſiæ docenti poteſtatem clavium eripiunt, eamque tradunt cœtui ſimplicium Fidelium: ad hunc cœtum pertinet judicium ferre de doctrina, decidere, a ſacris proſcribere, conſiliis ſuis juvare Epiſcopos, ac curare, ne authoritate abutantur, quam a cœtu fidelium accepere.

Varia hujus cœtus membra aſſignatas ſibi habent certas functiones ſacras, quas obeant.

Fœminarum munus eſt, accedendi ad aram, & regendi conſcientias.

Advocatorum, cudendi Conſultationes Theologicas contra omne id, quod Pontifex & Epiſcopi pro emolumento Eccleſiæ JEſu Chriſti ſtatuere poſſent.

Curiarum ac tribunalium, cavendi, ne Epiſcopi corrumpant depoſitum fidei, & coercendi Curiam Romanam.

Principum profanorum, convocandi Concilia Oecumenica, nullo adhibito Pontificis, aut cujusvis alterius, conſilio ac opera.

Sola adhuc reſtabat Eccleſiæ Gallicanæ tantopere deformatæ cum Anglicana conjunctio. Atqui de hac quoque ſuſceptum negotium eſt: in ea efficienda aſſidua ac quotidiana opera ponitur.

Tot

Tot & tam ſceleſta contra ſanctam religionem noſtram molimina non poterant non eorum Architectis omnia Eccleſiæ anathemata & execrationes accerſere: contra hæc anathemata reclamarunt omnes ceu veri fanatici, eaque pro nihilo habita exploſere.

Ad ultimum decretoria ſententia, ſine omni evadendi vel res res ſuas reparandi ſpe, condemnatis aut cedendum, aut contra Eccleſiæ deciſiones rebellandum erat: rebellarunt, & appellarunt ad futurum Concilium: Appellationem hanc ſuam ſuffulſere primum pecuniis, deinde indecoris & turpibus præſtigiis ad tumulum Appellantis cujusdam, quem ſecta aris impoſuit, & ſordida hæc ſpectacula *miraculorum* nomine inſignivit.

Eccleſia JEſu Chriſti jam ubique collapſa, & ad ſolum tumulum commentitii Appellantium Sancti in unum coacta, in toto orbe inſtauranda erat: Elias veniet, ajebant, qui eam reſtituet. Venit Elias; ſed infeſtus Eccleſiæ caſus tulit, ut hic Elias conjiceretur in Caſtelli Pariſini carcerem, & Rex (*) cœmeterium, in quo tota Eccleſia locum adhuc, eumque unicum habebat, occludi juberet: omnes ad illud aditus obſtructi ſunt. En igitur Eccleſiam ubique dirutam, atque omni reparatore deſtitutam.

Ergo futile commentum eſt, hanc Eccleſiam deficere non poſſe: JEſus Chriſtus, qui

(*) Mandatum regium 27. Januar. 1732.

qui ad temporum finem eam perſtituram eſſe pollicitus eſt, nobis impoſuit: ergo JEſus Chriſtus Deus non eſt, religio vero ipſius falſa. Quas igitur partes in negotio religionis ſequi oportet? Nempe *Deiſmum* amplectamur neceſſe eſt: nihil ex recta ratione æquius fieri poſſe videtur. Atque hic Burgofontani ſyſtematis ſcopus ac finis eſt.

Ex his autem jam ſtatui poteſt, an per calumniam inſimulentur Janſeniſtæ concepti propoſiti Deiſmum ſuper ruinas Evangelii exſtruendi ad normam ſyſtematis, quod ipſorum majores in Conventiculo Burgofontano fabricati ſunt.

APPENDIX.

VINDICIÆ

LIBRI DE VERITATE CONSILII BURGOFONTE INITI DEMONSTRATA.

MONITUM.

Vindiciæ hæ in Gallico exemplo hunc titulum habent: *Epiſtola Scripta Authori octo Epiſtolarum ad amicum, de Veritate Syſtematis Burgofontani.* Viſa autem eſt harum Vindiciarum argumento magis convenire hæc, quam illi ſubſtituimus, Latina inſcriptio.

qui ad temporum finem eam perſtituram eſſe pollicitus eſt, nobis impoſuit: ergo JEſus Chriſtus Deus non eſt, religio vero ipſius falſa. Quas igitur partes in negotio religionis ſequi oportet? Nempe *Deiſmum* amplectamur neceſſe eſt: nihil ex recta ratione æquius fieri poſſe videtur. Atque hic Burgofontani ſyſtematis ſcopus ac finis eſt.

Ex his autem jam ſtatui poteſt, an per calumniam inſimulentur Janſeniſtæ concepti propoſiti Deiſmum ſuper ruinas Evangelii exſtruendi ad normam ſyſtematis, quod ipſorum majores in Conventiculo Burgofontano fabricati ſunt.

Google

APPENDIX.

VINDICIÆ
LIBRI DE VERITATE CONSILII BURGOFONTE INITI DEMONSTRATA.

MONITUM.

Vindiciæ hæ in Gallico exemplo hunc titulum habent: *Epiſtola Scripta Authori octo Epiſtolarum ad amicum, de Veritate Syſtematis Burgofontani.* Viſa autem eſt harum Vindiciarum argumento magis convenire hæc, quam illi ſubſtituimus, Latina inſcriptio.

Schema

Legitimi & apta methodo adornati Reſponſi ad Librum Moliniſticum, cui titulus: Veritas Conſilii Burgofonte initi Demonſtrata &c.

Authori Reſponſi I, ſeu Scriptori octo Epiſtolarum inſcriptum.

Domine.

A longo jam tempore avidiſſime expectabam Reſponſum ad librum, cujus inſcriptio eſt: *Veritas Conſilii Burgofonte initi ex ipſa hujus executione demonſtrata.* Sciebam quidem hunc ex decreto Pariſinæ Curiæ 21. April. 1758 ad pedem majoris Scalæ manu Carnificis laceratum & exuſtum fuiſſe: At ejusmodi ignominia libro cuidam inuſta non tollit aut extinguit id, quod illi bonum & ſolidum ineſſe creditur; neque comburere, ut dicitur, eſt

eſt librum refellere; Et eſto, hanc rogi, & conjecti in illum libri ſcenam a peritiſſimo, quod in Gallia eſt, ſcalpro æri inciſam, atque ab hac ipſa tam bella imagine celebritatem nominis nactam fuiſſe, nihilo ſecius ſolidum ego, & recta ratione conſtructum reſponſum requirebam; nam quamvis privato ipſe ſtudio plurima dicta & facta, quæ ex Janſeniſtarum ſcriptis deprompta in illo adducuntur, cum ipſis authorum locis contulerim, & optima fide ex iisdem citata atque exſcripta compererim, ſperabam tamen, a Reſponſo rite & diligenter elaborato librum hunc ita cribratum iri, ut plane intelligerem, num, aut quibus falſitatibus ſeu in rerum, quas pertractat, argumentis, ſeu in proferendis Authorum teſtimoniis laboraret; vel utrum tam bona fide & accurato ſtudio, quam recta methodo ac ordine conſcriptus eſſet.

Prodiere in lucem octonæ tuæ Epiſtolæ: volvere eas ac legere poteram, quoties & quamdiu volebam: non reſpondebant tamen ſpei meæ, nec offerebant id, quod quærebam. Dices fortaſſis, (*a*) ex eo eveniſſe, quod *inimici veritatis laqueis ſuis me irretitum teneant*. Sed certum te eſſe jubeo, rem ſecus habere. Ut ea tibi facilitate ac candore, quem certe *amicus veritatis* ægre non feret, animum meum aperiam, oſtendam, opus

 tuum,

(*a*) pag. 8.

tuum, quantumcunque ſpiſſum illud ſit, par non eſſe delendis ſenſibus ac ideis, quas liber Adverſarii tui animis imprimere poteſt; Et forte hæc ipſa cauſa incitabit te ad ſuſcipiendum laborem ſcribendi (*b*) *volumen ſaltem in folio*, utpote quod ipſemet neceſſarium judicas ad illum ſolide refutandum: quod ſi contingat, jucundum mihi erit, ſi notæ ac obſervationes meæ ad feliciorem hujus laboris tui ſucceſſum ſubſidii quidpiam afferent.

Non attingam autem in hac epiſtola, niſi tria rerum capita: 1. cauſam, qua adductus es, ut laborem tibi ſumeres, librum *de Veritate Conſilii Burgofontani* &c. refutandi. 2. Modum ac formam, quam in conatu illum refellendi ſecutus es; quamque deinceps ſequi poteris, ut certius propoſitum tibi finem aſſequaris. 3. Generalia primi tui tentaminis errata, quæ, ſi formam, quam tibi deſcribam, ſequi animus eſt, evitanda erunt.

Cauſas reſpondendi ad librum, de quo agimus, ſane pulcherrimas, graviſſimas, teque, tuaque opera digniſſimas habebas; quarum una erat cura impediendi, ne ex ejus lectione apud Catholicos horror & odium creſceret, quo in Janſeniſmum feruntur: deinde ſtudium præmuniendi errorum tuorum ſocios, qui hunc librum eum ob finem legere poſſent, ut explorarent, utrum non ſemita, qua incedunt, a recto ſe itinere ad avia deducat:

(*b*) pag. 117.

ducat: (*c*) *utrumque funeſtus plane affectus foret, ad quem producendum hujusmodi liber natus & factus eſt*; utrumque amicus, cui octo tuas epiſtolas inſcribis, merito pertimeſcit. Præterea, a non ſuprema Curia, cum librum hunc flammis addiceret, diſſimulandum ac negligendum ſibi cenſuit *periculum*, (*d*) *ne huic operi decreto ac ſententia ſua certam quandam celebritatis ſpeciem conciliaret? celebritatem*, inquam, cujus conſectaria facili conjectura aſſequimur. Cur autem negligendum hoc ſibi periculum cenſuit? nempe *peculiares eam cauſæ impulere, ut librum in jus vocari, & tribunali ſuo denunciari vellet.* Et omnes hæ rationes, quæcunque illæ forent, an non etiam te eo inducere debebant, ut vindice armatus calamo te illi obvium ferres? Quomodo ergo ad duarum primarum rationum momenta non ante advertebas animum, quam primum ad finem tui operis, quemadmodum intelligi poteſt ex monito, quod exordio ſextæ tuæ epiſtolæ extra rem & cauſa jam finita inſeruiſti? Quomodo latere te, aut præterire poterat pretium rationis tertiæ? Nulla eam conſideratione dignatus, vel ad te pertinere arbitratus es. At vero an non illam reverenter amplecti, in aliarum omnium fronte collocare, identidem, ubicunque ſe offerret occaſio, iterare, & ut martia lingua utar, qua totum

(Ff 4) tuum

(*c*) pag. 8. (*d*) Decretum 21. April. 1758.

tuum opus perſonat, ex ea fortiſſimum tibi Achillem, quem in aciem educeres, effingere debueras, ut quod prima, quam libro præfigis, inſcriptio ſpondet, *Veritatem & innocentiam de errore & calumnia Victricem* redderes? Sed omiſſis tot opportunitatibus, ex quibus ingens lucrum ac compendium facere poteras, En tibi (diligenter attende) argumentum tuum & argumentandi modum, qui tantum in animum tuum valet, ut hunc laborem ſubeas: modus hic ſingularis in ſuo genere eſt, nec parem aut ſimilem habet; in octo vel decem paginas excurrit, & ad hanc ſummam ſe refert:

(e) *Nullam ego neceſſitatem video reſpondendi ſcripto cuidam*, quod non niſi *infamis charta eſt*, *referta calumniis*, *turbis fœtus*, *fabula diabolica*, *omnium veterum ac hodiernarum calumniarum collectio*, *quæ ſuam ſecum in fronte refutationem geſtat*, *contemptu & indignatione digna*, *a malo genio infeſſa*, *& antequam legatur*, *ſacris carminibus expianda:* nullam neceſſitatem reſpondendi libello, cujus Author *infamis*, *perniciofus*, *infelix Scriptor*, *impudens*, *furioſus*, *ineptus*, *aſſiduus calumniator Sanctorum*, *qui cælo recepti ſunt*, *contumelioſus Dei & Cælitum obtrectator*, *Pharifæus novæ legis*, *infamis Pichoniſta*, *fervens diſcipulus profanantium* res

(e) pag. 8.

res ſacras, infelix Pelagianus, inimicus gratiæ JEſu Chriſti, quæ non minus ipſi, ac Judæo incognita eſt, homo pravi & deformis animi, mendacio venundatus, impoſtor, miſerrimus hominum, novus Sennacherib &c. &c. Hæc ipſiſſima tua verba ſunt: quamlibet libri tui paginam eorum teſtem habeo.

Jam vero hac forma eſt liber *de Veritate Concilii Burgofonte initi &c.* Hoc habitu, his moribus eſt ipſius Author: Nativa & genuina ex his concluſio in omnium oculis eſt: Sed en tuam: ergo ego & libro & Authori reſponſum paro, & quidem reſponſum, quod mille, centum, & quadraginta tres paginas impleat. Vides hic primum argumentum tuum, detractis prolixis Origenis verbis, quibus illud ſuffulcis, & dempto verboſo garritu, quo obvolvitur, dilucide expoſitum! Scriptor Janſenianus Ephemeridum teſtatus eſt alicubi in Notitiis ſuis, te eſſe ſapientem quendam hominem, ſeu grandem Theologum: Cum ipſius verba efficiant id, quod enunciant, cur, antequam manum admoveres tuo operi, non curæ tibi fuit eum admoneri, te etiam magnum eſſe Philoſophum: certe hoc etiam nomine optime de te meritus fuiſſet.

Interim tibi deliberatum jam eſt (*f*) *calamum* ſumere *acri ſtyli mucrone armatum*,

(*f*) pag. 8.

quales te ipſo fatente omnium e veſtra Factione Authorum ſunt, ut libro reſpondeas, cui doctiſſime & ſapientiſſime probas, nihil reſpondendum eſſe. Verum quam tu in hoc Reſponſo viam ac rationem tenes? Hoc ipſum a nobis modo diſquirendum eſt.

Quemlibet librum, ut recto ordine ac forma conſtructus ſit, & ad propoſitum ſibi ſcopum feratur, ad unum quoddam argumentum ac ratiocinationem, quæ illius norma ac regula eſt, reduci poſſe oportet: tuum vero ad duas ratiocinationes reduci neceſſe eſt: primam e tuo ipſe ingenio promis: Alteram notitiarum ſcriptor tibi ſuppeditat tanquam miſſam ex *Italia*, & *ab intelligentibus viris*, *ac peritis rerum æſtimatoribus* profectam. Euge, eviſceremus & expendamus unam poſt alteram: illa, quæ in tuo ipſius fundo crevit, prima examen ſubibit. En illam!

Repugnat omnino, (*g*) ut Sancti, *quorum oſſa poſt mortem ſuam prophetaverunt*, Sancti, qui mortui ſunt *Eccleſiæ & ipſius doctrinæ inviolata fide addicti*, tam pravo fuerint ingenio, quod par ſit ſuſcipiendo tanto ſceleri, quo conflarent, & poſtea exequerentur deteſtabilem conjurationem Burgofontanam: atqui *Sancyranus*, *Janſenius*, *Magnus Arnaldus*, *Epiſcopi Alectenſis*, *Andegaven-*

(*g*) pag. 5. & ſeq.

*gavenſis, Apamienſis, Bellovacenſis, P. Queſnellus, Dom- Gerberonius,& tot alii,*Sancti ſunt, *quorum oſſa poſt ipſorum mortem prophetaverunt*: oſſa *Sanctarum Religioſarum Virginum in Portu Regio* tantundem faciunt: Et hi Divi ac Divæ mortui ſunt Eccleſiæ & ipſius doctrinæ inviolata fide addicti: ergo nec inire, nec exequi potuere Burgofontanum Conſilium. Fatere, cumulate tibi a me ſatisfactum, quod principale tuum argumentum ſumma adhibita accuratione, & omni ſuo, quo pollet, robore præditum repræſentarim. Et en meas in illud obſervationes.

1. Totus tuus liber ad probandam argumentationis tuæ aſſumptionem, ſeu ut in ſcholis loquimur, minorem impendi debuerat: mille, centum, & quadraginta tres paginæ propoſito hunc ſcopum aſſequendi vix ſuffeciſſent; & tu tamen nec unam impendis: magnificis quidem verbis uteris, & *Sanctos*, ac *magnos Dei Servos &c.* prædicas: idem (num fas eſt verum eloqui?) canis & repetis *ad nauſeam*: Athanaſiis, Baſiliis, Ambroſiis æquiparas &c. At ubi documenta & probationes hujus illorum Sanctitatis? Nec earum apex incurrit in oculos: ſemper pro re jam explorata illam ſtatuis: Et hæc Janſeniſmi Heroibus arrogata incaſſum ſanctitas unicum ſcutum eſt, quo illos tueris: An autem hoc ſat firmum eſt, & par retundendis telis ac ictibus? Sequentes obſervationes meæ eam tibi lucem affundent, ut rem per te ipſum dijudicare poſſis.

2. Quid

2. Quid his grandiloquis vocibus, *quorum oſſa poſt ipſorum mortem prophetaverunt*, ſignificare vis? Ad legitimum eas ſenſum revoca, & videbis, aut nullam illis vim ineſſe, aut ad ſummum hunc ſibi ſubjectum ſenſum habere, exeſa carie oſſa commentitiorum horum ſanctorum a te tam facili negotio in tot prophetas converſa fuiſſe, quam prompte inter veſtros Convulſionarios multæ viles mulierculæ creantur prophetiſſæ, quibus ars iſta quæſtuoſior ac lucri feracior eſſe videtur præ illa, quam factitabant antea.

Ais, omnes hos *Sanctos* mortuos eſſe inviolata fide Eccleſiæ & ipſius doctrinæ addictos: ſed de qua Eccleſia, de qua doctrina loqueris? Sine dubio de parva veſtra Eccleſia, de doctrina Janſeniana: neque aliam in partem tua verba accipere potes, quandoquidem aſſeris, (*b*) *immori Appellationi, idem eſſe ac mori filium Eccleſiæ*: ſi ita eſt, nil verius dicere poteras: Eorum vita, facta, doctrina, agendi ratio per ſe loquuntur, huic Eccleſiæ ac doctrinæ addictos fuiſſe: certe ſi id abnueres, probrum te illis ac infamiam inferre crederes: itaque illos honorificentiſſimis, quibus voles & poteris, verbis Portus Regii faſtis inſere; omnis tibi, ut hoc pro arbitratu tuo facias, poteſtas eſt: at cave, ne eos Romanæ Eccleſiæ faſtis propius ad-

(*b*) pag. 474.

admoveas: nauſearent hi iſtos homines, & cum ſtomacho rejicerent: Eccleſia hæc pura, ſine macula, ſemper eadem, non alios in filiorum ſuorum numero habere poteſt, quam qui in ſuo ſinu, in uſu ſuæ doctrinæ, in præſtita omnibus ſuis deciſionibus ſubmiſſione vivunt, & mortui ſunt. Plane non auſis ſerio affirmare, hæc ad *Sanctos* tuos pertinere: tecum ipſo pugnares, & pleno illos ludibrio exponeres, ſi duabus Eccleſiis, e diametro ſibi oppoſitis addictos diceres. Deinde, an non omnibus compertum eſt, pleroſque eorum inſtar veſtri per excellentiam *Sancti, Beati* Franciſci Pariſii (qui teſte veſtorum acerrimorum Scriptorum uno, *ſub acervo anathematum*, quæ Romana in eum intorſit Eccleſia, ſeu *ſub acervo lapidum* ad plures abiit) & ipſos quoque ſub hujusmodi acervo mortuos eſſe? Ergo non magis, quam iſte, Eccleſiæ Romanæ filii, ac ſancti ſunt? Et hoc ipſo quales ſunt Sancti?

Et *Sanctæ* veſtræ Virgines Portus Regii, quarum oſſa ſe etiam prophetantium choro inferunt, qua vitæ Sanctimonia erant? hæc enimvero dignitatis ac perfectionis gradum adepta eſt, ob quam præcipue honorifica illas laudatione proſequamur oportet: præter gloriam, quod inſtar aliorum veſtrorum *Sanctorum ſub anathematum acervo* mortuæ ſint, illud earum præcellens decus eſt, quod vitam egerint, & mortuæ ſint *in nido hæreſis*: honoris iſtud vocabulum eſt, quo *Sanctam*

Janſenianus notitiarum ſcriptor illam his verbis exponit: (*i*) „Ut hic liber (de *Verita-* „*te Concilii Burgofonte initi* &c.) ſolido eli- „deretur reſponſo, alius quidam ad ejus ex- „emplum componendus, ſeu eadem ſcriptio- „nis via ac ratio tenenda, atque demon- „randum eſſet, Jeſuitas illos eſſe, qui Reli- „gionem Chriſtianam cum omni fidei ac mo- „rum doctrina deſtruere moliti ſunt: copio- „ſa hanc in rem argumenta vel ſolum Com- „pendium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Racini ſup- „peditaret: Liber ſimili forma concinnatus, „omnibus ſuis numeris abſolutus foret. Ha- „betis in Gallia ingentem numerum librorum „& ſcriptorum, quorum adjumento, dum „totum ſocietatis ſtatum, ejusque abditiſſi- „ma quævis arcana luci publicæ exponunt, „omne hoc negotium facillime conficeretur. „Neceſſe non foret, ampliorem illum ac lon- „giorem eſſe, quam ſit hæc commentitia *Ve-* „*ritas Burgofontani Conſilii;* neque in eo „exæſtuantis bilis aut odii ſigna contra ſocie- „tatem præberi, ſed omne genus charitatis „& plurimum piæ commiſerationis erga cœ- „cos hos & errantes fratres expromi oporte- „ret.“ Probat deinde & laudat Notitiarum ſcriptor hanc formam, & credi vult, plane aſſimilari & ex æquo reſpondere illi, qua conſtat *Veritas Burgofontani ſyſtematis.* - - - „En, ait, habes hic absque dubio formam „belle delineatam, cui magnum etiam preti- „um accedit a manu, quæ illam ſuggeſſit. U- tinam

(*i*) Notit. Eccleſiaſt. 1. Maji 1758.

„tinam ſit e Scriptoribus, qui eam ſequatur, „& in uſum ſuum converſam ad effectum „adducat; cujus etiam labori Deus bene pre- „cari velit.“

Dici enimvero hoc loco potes jurasse *in verba Magiſtri:* Gratulatus tibi, veniſſe in manus formam libri optima jam methodo conſtitutam, & pulcherrime digeſtam, quæ ut dilatetur & in librum excreſcat, non allud a te poſtulat, quam laborem poſtremos quinque Racini Tomos, quorum tibi indicium factum eſt, in morem librarii exſcribendi, vel ex *ingenti* librorum, qui contra Jeſuitas procuſi ſunt, *numero* libri tui argumenta hauriendi: Faſcinatus prærogativa electi a Deo *Scriptoris*, qui *veritatem Burgofontnni ſyſtematis* in pulverem redigat: ebrius gloria, de parva veſtra Eccleſia in tanti momenti negotio tam bene merendi, calamum ſumis, & libros, qui tibi indicati ſunt, fideliter & accurate tranſcribis, quin prius per teipſum tam bellam formam expenderis. At heus tu! ab hac conſideratione & examine auſpicari, & operi initium facere debueras. Scio quidem, quam inviſa vobis methodus ſcholaſtica, quam alienus à legitimo ratiocinandi modo animus ſit: Sed in præſenti negotio faſtidio hac de re tuo vim facere, & ex teipſo ſciſcitari oportuerat: de qua re mihi dicendum, quid probandum eſt? Nempe contra Authorem libri de *Veritate Burgofontani Conſilii* gravibus rationibus concludam neceſſe eſt, illos,

illos, qui ab illo vocantur Janſeniſtæ, nihil unquam operæ ad executionem ſyſtematis Burgoſontani contuliſſe: videamus, num bellum, quod mihi ſuggeritur, ſchema ad hunc me ſcopum deducat; idcirco ad ſimplicem illud ratiocinationem redigamus; videbo, utrum id, quod mihi probandum eſt, ratiocinationis hujus concluſio ſit, quemadmodum fieri neceſſe eſt, ſi ſchema bonum ac legitimum ſit. En igitur ratiocinationem, quam tibi abſque dubio forma hæc & idea ſuppeditaſſet: *Jeſuitæ Religionem Chriſtianam cum ſua fidei & morum doctrina deſtruere moliti ſunt*, ſi ea omnia, quæ in ingenti librorum, quos compilare cogito, numero de iis narrantur, vera ſunt: ſunt autem vera: *ergo Jeſuitæ Religionem Chriſtianam cum ſua fidei & morum doctrina deſtruere moliti ſunt.* Hæc argumentatio ad omnes Dialecticæ regulas accurata eſt, & puram putam ex *Italia* ſubmiſſam formam exhibet. Bene! ſit ita. Fac etiam, tam ſtudioſe ad veritatis, quam ad Dialecticæ leges exactam eſſe; id quoque tibi largiar: juncta tamen opera aliam inſuper concluſionem ex ea inferamus, ſed quæ diſpoſitione quadam & Oeconomia maxime naturali ex illa naſcitur: En illam! Ergo Jeſuitæ non minus Religioni Chriſtianæ inimici ſunt, quam omnes ſimul hæretici! Et hoc quoque tibi permitto, amiciſſime Domine; adeo in te officioſus ac liberalis ſum, attamen hac lege, ut ad hanc interrogationem reſpondeas: An ex hoc, quod Je-

ſuitæ, perinde ac omnes hæretici, Religioni Chriſtianæ inimici ſint, conſequitur, omnes hæreticos non fuiſſe hæreticos? Rides, & percontationem hanc ineptam eſſe ais; neque enim illam ex antecedente per ullam vim erui & extundi poſſe. Optime id quidem: at & te ipſum ride, Notitiarum Scriptorem, & *magnos illos Criticos & ſcientiarum diribitores in Italia* ride; nam ex hoc, quod Jeſuitæ non minus, quam omnes ſimul hæretici, religioni inimici ſint, nihilo plus quoque efficitur, Janſeniſtas non eſſe inimicos Eccleſiæ, atque Burgofontanum ſyſtema exequi conatos fuiſſe. Fatere igitur, methodum ſcholaſticam, a qua adeo abhorres, magno tibi hac in re ſubſidio futuram fuiſſe: fatere, ideam reſponſi, quam *tam pretioſa ex Italia manus ſuppeditavit*, nec caſſa nuce valere, omniſque te temporis ac operæ, qua illam ſecutus es, jacturam feciſſe.

Cæterum ſi mihi non aliud propoſitum eſſet, quam ut tibi oſtenderem, reſponſum tuum non pertinere ad rem, ac indignum eſſe, quod reſponſi nomen gerat, jam ego, quæ ad hoc propoſitum ſpectant, dixiſſem omnia: At ſtatui apud animum meum, alterutrum ex his duobus efficere, ut Janſeniſtæ aut libro *de Veritate Burgofontani Conſilii* reſponſum reddant accuratum, ſolidum, aptaque omnium partium compoſitione recte ordinatum; aut fateantur, ſe huic reddendo pares non eſſe

eſſe: alterum iſtud unquam eos facturos veriſimile non eſt: ergo, mi Domine, prius illud efficiendum tibi ſume; dignus te labor ac opus eſt; & ne ex ſiniſtro primi tui reſponſi eventu animo cadas, omni, qua poſſum, ope te juvare volo, ut reſponſo ſecundo optatus ſucceſſus reſpondeat: quam quidem in rem non niſi duo a me præſtanda ſunt, & inprimis, ut formam *ex Gallia* tibi deſcribam accuratam & perſpicuam, quæ recta te ad præfixum terminum adducat; deinde ut digitum intendam in communia quædam errata, quæ in attentato a te reſponſo admiſiſti. Non tamen adnotabo omnia, quemadmodum ipſus recte autumas; nec enim aut conſilii aut inſtituti mei eſt, mille, centum, & quadraginta trium paginarum epiſtolam tibi ſcribere: nimis hoc importunum ac grave eſſet & lectori, & tibi, & mihi. A forma, quam tibi deſignare paro, ducamus exordium: nihil autem ea factu facilius: perfecte imitabitur, ut Notitiarum Scriptor vult, & exprimet illam, qua *Veritas Burgofontani Conſilii* conſtructa eſt: Non poterit non tibi probari.

Ut liber hic *de Veritate Conſilii Burgofontani* obruatur penitus, & conteratur, perpende ante omnia, ad quam ſimplicem argumentationem is contrahi ac concludi poſſit; & iſtam ex eo erues: Janſeniſtæ rei ſunt conſilii ac conjurationis, quam conflaſſe inſimulantur, ſi delectis & propoſitis ad illius exe-

cutionem quatuor adjumentis conſtanter uſi ſunt: atqui iis uſi ſunt: ergo hujus conjurationis rei ſunt. En ſummam totius libri, qui a te confutandus eſt.

Unde, ut perfecte illius formam ſequaris pro eo, ac tibi præſcriptum eſt, pro baſi refutationis tuæ argumentationem ſtatue ex toto contrariam, quæ erit hujusmodi: Illi, qui appellantur Janſeniſtæ, rei cenſendi non ſunt conjurationis, ſi ad hujus executionem nihil moliti ſunt: conſtat autem, nihil molitos eſſe: ergo &c.

Si jam alteram tuam propoſitionem perſpicue probes, reſponſum tuum perfectum, ſeu ut loquitur Notitiarum Scriptor, *liber hoc pacto omnibus ſuis numeris abſolutus erit.* Da ergo diligentem operam, ut ſolidis rationibus oſtendas, Janſeniſtas a prima ſua origine uſque ad hanc noſtram ætatem ab adhibendis quatuor adjumentis, quæ ad ſtabiliendum ſuper ruinas religionis JEſu Chriſti Deiſmum in Burgofontano Conventiculo propoſita ſunt, longe abſuiſſe. Et primo quidem iis, quæ Lectores tuos ad aſſenſum promovere poſſint, argumentis doce, Janſeniſtas non modo nihil egiſſe aut conatos eſſe, ut Fideles ab uſu ſacramentorum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ arceant: ſed e contrario, eorum libros, directionem, exempla *Sanctorum*, quos ſuis ipſi faſtis adſcribunt, ac reliqua omnia apud ipſos non aliud ſpectare, quam ut illa frequententur.

Dein-

Deinde nulli parce operæ, ut ſolide probes, eorum doctrinam ac ſenſa de gratia, de libertate, de morte JEſu Chriſti pro omnibus hominibus obita, de potentia ſervandi DEI præcepta, conſtanter cum doctrina ac ſenſis Eccleſiæ Catholicæ conſentire; præcipue, ne ſatis tibi ſit dicere, eorum doctrinam de his capitibus nihil affine habere cum doctrina Calvini; ſed fac illud probe conſtare, non ex ſuſcepta defenſione Dordracenæ Calviniſtarum Synodi, quemadmodum feciſti tu, cum illius Patronum ageres, ſed rationibus, quæ nervis ac robore valeant: hoc caput accurate omnino, & efficaciter tractari meretur.

Iterum ac tertio exhibe nobis hos Dominos ceu homines ſic charitate perfuſos, ut ipſorum opera perfectæ hujus virtutis imagines atque exempla ſint: oſtende, eos nullum in his vel minimum ſeu odii ſeu acerbitatis indicium erga eos, quos impugnare partium ſuarum eſſe ducunt, edere, nec contumelioſum aut aſperum dictum contra ullum hominum ſibi elabi ſinere. Hac re rite firmata, an non manifeſtum erit, accuſationem, qua ad infamandos conſcientiarum directores omne ſtudium impendiſſe dicuntur, meram eſſe calumniam?

Quarto denique id maxime cordi habe, eoque incumbe, ut liquide nobis fidem facias de perenni eorum ac ſincera, quæ filiorum eſt, obſervantia erga Vicarium JEſu Chriſti, ac demiſſa omnibus Eccleſiæ deciſioni-

bus ſubjectione : demonſtra, & meridianæ luci expone, nunquam apud illos caſum incidiſſe, ut, ne dicam, rebelles contra Eccleſiam conſurgerent, ſed vel tantulum etiam eidem reſiſterent, aut momento temporis debitum illi obſequium præſtare ac morem gerere cunctarentur: In hoc reſponſi tui loco triumphet oratio neceſſe eſt. Non deerunt quidem, qui ſancitam jam anno 1621. in Burgofontano Conventu, atque anno 1717 executioni datam ad futurum Concilium appellationem tibi objiciant; at tu expoſito palam appellantium Indice, & ipſo *Veritatis Burgofontani ſyſtematis* authore teſte appellato, oſtende, appellantium numerum, qui maximus cenſebatur, duorum millium non eſſe: fidenter dein aſſevera, numerum tam exiguum pro nihilo ducendum eſſe: nemo erit, qui non magna ſua voluntate tam æquam a te factam æſtimationem probet.

Ego autem neque intra hos ſolum me limites continerem: ſi tuæ mihi partes agendæ eſſent, ut perpetuum Adverſario tuo ſilentium imponerem, ad recenſenda ſingula deſcenderem, & palam facerem ea omnia, quæ *Veritatis Burgofontani ſyſtematis* Author adduxit in medium, ut probaret, Janſeniſtas reos eſſe criminum, quorum poſtulantur, conficta ac falſa eſſe, neque doctrinæ ac dictorum, quæ ceu ex eorum libris ac ſcriptis excerpta profert, ullum in iis veſtigium apparere. Hanc formam ſi *ad exemplum illius,*

quam ipſe ſecutus eſt, reſponſum tuum induat, ejusdem liber, ut ipſus perſpicue agnoſcis, ad nihilum redactus eſt: Author plenus ignominiæ & probris coopertus non niſi honoris vocabulis ac titulis impoſtoris, calumniatoris &c. ſalutari merebitur, quos eadem liberalitate, qua in ſimili occaſione uſus eſſet *magnus* Arnaldus, in ipſum effudiſti; cauſa veſtra ſecura erit ab ictu, quem illi infligere poteſt opus, quod toti mundo fœditatem hæreſis, quæ vobis objicitur, tam aperte exhibet: liber hujus Authoris rite & pro merito infamia notatus deſinet poſthac multos è Factione veſtra revocare ad ſaniora conſilia, & Eccleſiæ Catholicæ reddere, quemadmodum per ipſum quotidie revocari pro certo affirmatur. Quod ad te pertinet, viden mercedem tibi deſtinatam: Notitiarum Scriptor, qui primum Reſponſum tuum parce & oſcitanter, nec niſi dicis cauſa laudat, omnem in te ornando eloquentiam ſuam prodiget; promereberis, & conſequeris etiam ſuo tempore in ipſius ephemeridibus longam orationem funebrem, quæ te palam Authorem, omni comparatione majorem, prædicabit tam inſignis operis, quo ſalva & incolumis ſtat veſtra Eccleſia: quanta hæc gloria! quæſo, illius te ſenſu & voluptate tangi ſine: a te ſolo pendet, ut memoria nominis tui immortalis ſit. Quid autem ſentis de hac forma deſignata in *Gallia*? an non *ſaltem tam bene adumbrata eſt*, ac illa, quæ venit ex *Italia*?

At anxio mihi & perturbato animo eſſe videris. Unde autem hæc mentis jactatio, hæ turbæ? puto me divinare rem: levabo te onere rem bona fide fatendi, quod quidem fieri a te oporteret, ſi eam tuis ipſe verbis diceres. Agnoſcis nimirum hoc ſchema eſſe accuratum, recto ordine ac ratione compoſitum, atque aptum, ut te ad ſcopum tuum deducat: At, inquis, ut omnes illius numeros impleam, quando & quam prodigioſo omnia rimandi & diſquirendi ſtudio negotium hoc a me gerendum erit? Non id amplius hic agitur, ſicut pro ſchemate, quod ſubminiſtravit *Italia*, ut exſcribam. Racinum, aut ex ingenti numero librorum, qui mihi indicati ſunt, ſanda & neſanda quævis in reſponſum meum transferam: e proprio fundo, ex meomet ingenio, quod hac tamen ætate mea rerum non admodum ferax eſt, educenda ſunt, quæ his de materiis differam: quanto tempore, quanto laboris impendio ad id opus erit? Omnino ſic eſt, mi bone, nec diffiteor, opus hoc longe majore conſtiturum labore, quam attentatum inane reſponſum tuum, & præſertim multo operoſius fore epiſtola tua octava, quæ reliquis omnibus amplior ac prolixior, ob gravis momenti materiam plurimum temporis & ſtudii poſtulabat, a te tamen intra duodecim dies ad calcem perducta eſt: fateor, nullum mihi cognitum eſſe tam ſalutare præceptum, cujus ope te inſtituam ſine labore ac ſudore probati quicquam ac præſtabilis operis facere; itaque nec

uni,

uni, nec alteri parce, atque in tam amœna ac glorioſa ſemita tergiverſari, aut pedem reſerre noli: Hæc animi abjectio & ignavia indigna foret (*) juvene aliquo authore, qui nominis ſibi famam parare cupit: Adverſarius tuus id in victoriæ ac triumphi argumentum converteret; nam quemadmodum ipſe in præfatione tua ſcite obſervas, *ſi libello de Veritate Burgofontani Conſilii nihil reſponſi reddatur, Author tam impotenti & ferreo ore erit, ut dicat, nihil reſponderi potuiſſe*: Et quod pejus eſt, idem, quod ipſe, dicent etiam multi alii. Reſponde igitur, quocunque hic conatus tibi labore conſtet, & bene reſponde.

Interea adverto in imis cordis tui penetralibus, niſi vehementer fallor, aliud adhuc formidinis & fracti animi argumentum, illudque multo periculoſius, quam prius: Hoc ſchema, ais, ex ſua ipſius natura tam æ-

 quum,

(*) Conſtat modo, Authorem octo Epiſtolarum, ſeu Reſponſi *Veritati Conſilii Burgofontani* oppoſiti, eſſe ſenem 65 circiter annorum, celebrem futurum ex editione magni cujuſdam operis, quod nihil continet, quod ipſi tribui poſſit. Fefellit Authorem Gallum inſulſitas & ineptia Reſponſi, ut hujus Authorem inexercitatum quendam in hoc præliandi genere juvenem crederet.

quum, facilius præſcribi, quam in opus deduci poteſt: noſtri libri loquuntur, & teſtimonium dicunt: Author *Veritatis* &c. admirabili accuratione rite expoſuit id, quod loquuntur; & quanquam ſcrutaremur & excuteremus penitus omnia, illuſtris noſter Notitiarum Scriptor, & ego, ut mala fide in afferendis authorum verbis uſum eſſe deprehenderemus, non niſi (*) unum tamen locum parum accurate adductum deteximus: quo igitur animo aggrediar, & tentem ego probare, id, quod nobis objicit, commentitium eſſe, & quæ tanquam ex libris noſtrorum Scriptorum deprompta recitat, in iis non extare? Libri iſti oculis mundi expoſiti ſunt: poterit quivis, qui ſciat legere, teſtes ac tabulas manu præferens, eadem nobis probra objectare, quæ ego recoquebam identidem, & jactabam in Authorem *Veritatis &c.* - - - *Calumniator, impoſtor es; quod ais, procul a vero abeſt, mentiris impudentiſſime*: Et ſi etiam hæc ore non promat, ſaltem de nobis animo ſentiet; toti mundo ludibrio ac deſpectui erimus, & execrabilis hic liber *de Veritate &c.* horrendæ à noſtris partibus defectionis occaſionem præbebit.

Obſervationes hæ videntur ſolidis rationibus innixæ, quæ omnibus aliis, præter te, terrorem injicerent: pro te autem nihil ego ſoli-

(*) De hoc infra ſermo erit.

ſolicitus ſum: tantum animoſe operi manum admove: calamus tam *ſubtili cuſpide armatus*, qualis tuus eſt, omni te impedimento & difficultate evolvet.

Ut autem ſecundo Reſponſo tuo venuſtatem quandam ac dignitatem concilies, quæ legentes afficiat ac delectet, operam meam tibi commodabo, ut proficere diſcas ex erratis ac vitiis, quibus in primo Reſponſo artis tuæ ſpecimen corrupiſti. Non loquar autem, quemadmodum pollicitus ſum, niſi de erratis generalibus, cum recenſio ſingularium longius abductos ad multa alia evagari nos cogeret; interim tamen velut in tranſitu aliqua eorum tibi indicabo, ut cogitationem tibi injiciam ad alia per te ipſum animum advertendi.

Vitium, quod potiſſimum ſub oculos cadit, quin præ reliquis conſideratione dignum ſit, ſtylus eſt contumeliarum plenus, à quo nec ad punctum temporis manus & calamum abſtines. Num vero ignoras, quam ægre illum ferant honeſti ac cordati homines? Librum, in quo is viget, cum contemptu abjiciunt, & dicunt: hic Author oppido deſtitutus eſt bonis rationibus, quibus ſe tueatur contra ſuum adverſarium, quandoquidem ipſum, quavis pagina, craſſiſſimis injuriis ac probris onerat: ſic nempe ſolent, quibus, quod bonum & ſolidum dicant, non ſuppetit. Ergo probe animo concipe, quanto vulnere tuam cauſam, teque ipſum ſauciesˌ

cies, & in Reſponſo, ad quod *in folio* reddendum tua te charitas permovebit, ſtylo utere, cujus apud honeſtos homines uſus eſt. - - - - *Nulla in illo exæſtuantis bilis, & odii ſigna contra Societatem præberi* (& potiore ratione etiam contra ullum alium) *ſed omne genus charitatis expromi oporteret*, ſchema ſecutus *Italicum* ſapientiſſime monet Janſenianus Notitiarum Scriptor: planis & perſpicuis argumentis vim fac tuis Lectoribus, ut perſuaderi ſibi ſinant, Antagoniſtam tuum omnibus nominibus ac titulis, quibus eum appellas, dignum eſſe; ſed iis eundem onerare noli. Sic res pulchra methodo procedit: captabo occaſionem, te docendi, quomodo ea in uſum deducatur.

Novi, Tractatum Geometricum a *Magno* Arnaldo pro defenſione ſtyli, cujus tibi uſum detractum vellem, compoſitum, vobis legis inſtar eſſe, & legis quidem ſacroſanctæ, ac majori in honore habendæ, quam habeatis leges Romanæ Eccleſiæ: Novi, a vobis non numerari inter *calamos ſubtili acumine armatos*, niſi qui hoc ſtylo uti ſciunt, & *ſubtiliores* atque acutiores illos æſtimari, qui in hoc ſcribendi genere uberrimi & facundiſſimi ſunt; hinc apud vos Janſeniano veſtro Ephemeridum Scriptori tantum, quod plane ubertate & facundia ſua meretur, pretium eſt. Modiciſſimo hic temporis puncto vice tua fungor, & ore quidem meo, ſed ſenſu tuo loquor: ah! quam durum mihi videtur,

mihi

mihi *magni* Arnaldi diſcipulo, vel tantillum diſcedere ab exemplari meo, ab hoc exemplari adeo pleno & perfecto. Ad hoc, mi Domine, revera non habeo, quod reponam, aut quo pacto ex impedito hoc negotio te expediam: cogita & recogita ipſe; excogitabis aliquam te extricandi viam: vis ingenii (*) in juvenibus rationes ſuggerit ſe præſtandi indemnes, quas maturi annis nunquam ſibi cogitatione fingerent.

Forſitan difficile tibi accidet, & vis facienda erit animo, ut alterum, quod jam tibi ob oculos pono, vitium emendes; At & hoc neceſſario corrigendum tibi eſt; alioqui periculo te committis, ut homo exiſtimeris nullius decori & compoſiti ad æquitatem animi; & Reſponſum, quod a te expectamus, eandem cum primo ſortem ſubiret; nempe legi indignum cenſeretur. Loquor autem de frequentibus tuis digreſſionibus & incurſionibus contra Patres Jeſuitas. Poſtquam ex arbitratu ipſe tuo pro certo ſtatuiſti, Authorem *Veritatis &c.* ſcripſiſſe authoribus & inſtigantibus his Patribus, de eorum Societate acervatim & ſingillatim garris, quicquid malorum in eam confinxere Authores, e quorum infamibus chartis tua haurire juſſus es. Quo autem

(*) Vide ſuperiorem notam: Scriptorem octo Epiſtolarum juvenem eſſe credebat Author; ſed, ut dictum, 65 annorum ſenex erat.

autem iſtud pertinet? Si liber *de Veritate* &c. bonus eſt; ex eo fructum cape; & tot aliorum exemplum ſequere; atque factionem abdica; in cujus partibus ſalutis jacturam non ſubire non potes; precesque funde pro Authore, qui tibi oculos aperuit; quin te fatiges exquirendo, quis aut qualis ille ſit. Si hic liber malus eſt; ſolidis eum rationibus refelle: magnam ab omnibus gratiam inibis; Authorem verò ipſius; & unà Jeſuitas omitte, quibuſcum non habes hic; quod agas. Aggrediamur enumerare quædam ſingularia.

Quod ad hos Patres attinet; tuam agendi rationem ſub gemina forma ac ſpecie, ad quam referri poteſt; conſidero. Et primo quidem, hodierni guſtus eſt de illis loqui eo ſermonis modo ac ſono, quo tua nobis occinis; communem morem ſequeris: hoc condimentum veſtrorum operum eſt, quæ omni carerent ſapore, niſi iis aliquid de Buſenbaum aut Luſitania admiſceretur: Tibi quoque animus fuit opus tuum accomodare ad ſenſum & uſum temporis; & quidem ex mera charitate, ut *cæcos hos & aberrantes fratres* ab erroribus ſuis in viam revoces: quis tam egregium conſilium ac propoſitum criminari auſit? Ego certe nihil obloquar. Num autem hi Patres impune te loqui paſſuri ſint, quæ velis; quemadmodum permiſere aliis; aut defenſuri cauſam ſuam; ad me non pertinet: Ipſorum hic res agitur, non mea.

Alte-

Alterum, quod conſidero, directe ad perfectionem futuri tui Reſponſi ſpectat; atque adeo per ſe patet, quam illud mihi cordi ſit. In quadraginta vel quinquaginta primi tui Reſponſi locis pro eo, ut refutes ea, quæ tuis Janſeniſtis objecta ſunt, ſatis eſt tibi dicere, *Burgofons* dicit hoc: jamque dicit & illud; *ita impudens eſt, ut addat* & iſtud: deinde toto impetu in Jeſuitas irruis: tres vel quatuor paginas inſumis, ut futili & importuna loquacitate narres, hos Patres aliquid multo pejus auſos eſſe, quam cujus vos inſimulamini; ac ſi ipſorum deformitas, quantacunque reipſa inquinatos eſſe fingamus, vos omnes penitus inſontes ac candidos redderet. Duo vel tria exempla pauciſſimis verbis perſtricta explicabunt mentem meam, & in conſpectu ponent ridiculum hunc agendi modum, & ludibrium ac deſpectum, cui is te objicit.

In Demonſtratione Executionis Burgofontani ſyſtematis argumentum, quod præ manibus habebat, admonuerat Authorem, ut obiter (*k*) mentionem faceret de veſtium colore, quem ad adſciſcendam ſibi alienam perſonam Sacerdotes veſtri in media urbe Pariſina, & multis aliis Provinciæ civitatibus adhibent: minime in obſcuro eſt cauſa, ob quam id fiat: *Magnum* Arnaldum hac in re imitan-

(k) Verit. Conſil. Burgof. initi &c. T. I. pag. 322.

tantur, qui cum ſe Pariſiis tegère, atque alium mentiri cogeretur, ne comprehenſus in Caſtelli Pariſini carcerem conjiceretur, circumforanei inſtitoris formam indutus, cum parvula arca oberrabat urbem, ut ad Factionis devotos ac devotas viſeret: clamabat autem ad amicorum fores: *pectines è cornu, pectines è buxo:* quo ſigno edito cognitus, & ubique in ædes admiſſus fuit: Non latet vos hoc anecdotum, quandoquidem illius notitia permanavit ad ipſos etiam Catholicos. At, quæſo te, quid, ut hoc Sacerdotum veſtrorum factum a culpa eximas, quid in rem tuam eſt exprobrare Jeſuitis, plures ex eorum numero Evangelii præcones fuiſſe, qui in China ad Mandarinorum dignitates evecti, palam horum amictu ornati inceſſiſſent? Fac peſſime egiſſe, quod in regione idololatrarum religioſas ſuas veſtes poſuerint, ut ſacro ſuo munere clam fungerentur; num id vos culpa liberat, quod idem faciatis inter medios Catholicos, ut functiones obeatis, quibus vobis interdictum eſt, quasque ex principiis doctrinæ Catholicæ exercere non poteſtis, quin vos obſtringatis ſacrilegio?

(*l*) Sermo in eadem Demonſtratione eſt de ſumma ſolertia, qua id egerunt Janſeniſtæ, ut *Catechiſmus* ſuus *de Gratia* in viliſſimas quasque tabernas ac macella penetraret, eoque

(l) Veritas &c. T. I. Pag. 387.

eoque plebs ac vulgus perverteretur, ad cujus captum ac uſum accommodatus erat. Reſponſi vice Jeſuitas invadis, eosque arguis, quòd non appetant de Evangelio verba facere, niſi ad Magnates ac Principes. Eſto id verum eſſe; nihil repugno. Ergo Janſeniſtæ non ſatagebant plebem depravare, cùm illi Catechiſmum de Gratia obtruderent, ut conſilium, quod iniiſſe dicuntur, exequerentur. Num hæc legitima argumentandi ratio?

(*m*) Itidem dicitur in ea, omnium temporum hæreticos dediſſe operam, ut illos, qui ſanctioris vitæ inſtitutum profitebantur, in partes ſuas traherent; quippe aptiſſimos, qui Factioni cuidam ſplendorem accerſant, præſertim ſi copioſi ſint & divites: deinde oſtenditur, Janſeniſtas hoc eodem artificio ad agendam ſectæ ſuæ cauſam uſos eſſe. Pro refutatione hujus accuſationis eſt verboſa ac prolixa ſatyra contra Jeſuitas, quos veluti prædones ac latrones depingis; deſpoliatus per rapinam ac latrocinium Ambroſius Guis calamo tuo elapſus non eſt: nempe hoc Jeſuitarum flagitium tam legitime inquiſitum ac conteſtatum erat, ut tacitum relinqui non poſſet. Verùm finge prædones ac latrones eſſe; quales & quantos fingere tibi collibitum eſt: ergo Janſeniſtæ pro urgendo ſyſtematis ſui progreſſu, ſectæ ſuæ non conciliant homines pietati & majo-

(*m*) ibid. pag. 406.

majori religionis ſtudio addictos? Eſtne hoc ratiocinari legitime? Sed en adhuc duo exempla; deinde ad aliud caput tranſeamus.

Sancyranus iis verbis definivit Eccleſiam, quæ ſi rite explicentur, aptiſſime etiam Deiſmo conveniunt. Author *Veritatis &c.* ea exponens, ait: *Inter omnes Deiſtas convenit, ſerviendum Deo, eumque amandum eſſe.* Hic repente ſacer quidam te æſtus corripit: obliviſceris ſtyli, qui epiſtolæ convenit, eique, quicquid vis oratoria incitatum ac vehemens habet, ſubſtituis: Audi, quam ferociter adverſarium tuum compelles - - - - (n) *Gradum hic ſiſte Calumniator: ain' tu, inter omnes Deiſtas convenire, Deum amandum eſſe? at num etiam inter omnes Jeſuitas convenit?* Audio: ſed quid tum? ſedato omnino animo is reſpondere poterit; ſeu inter eos de hoc conveniat, ſeu non conveniat, quid mea intereſt? Ex eo non ſequitur, Sancyranum non fuiſſe Deiſtam, aut non omni ope conniſum eſſe ſtabilire Deiſmum, & quod inde conſectarium eſt, perducere ad exitum ſyſtema, cujus architectus fuit. En ſacrum tuum æſtum ſubito ſopitum & extinctum! En, quot aberrationes a recta ratione in futuro tuo Reſponſo evitare poteris!

In demonſtratione executionis alicujus ſyſtematis, quale eſt Burgofontanum, ſuapte natura locum habet accuſatio, quæ reos vos agit

n) pag. 295.

agit negatæ ſubmiſſionis Capiti Eccleſiæ, & contemptus, quo ipſius authoritatem flocci facitis &c. &c. Ut accuſationem hanc iniquam eſſe probes, injuriis ac probris Jeſuitas oneras, eosque repræſentas (probe hoc nota, ob cauſam, quam facile intelliges) repræſentas, inquam, & invidioſe criminaris tanquam (*o*) *viles & abjecti animi adulatores ſummorum Pontificum, qui turpiſſimis aſſentationibus horum ſibi gratiam mercari ſatagunt, ut tolerentur ac diſſimulentur errores & crimina, quorum rei ſunt.* Oportebat autem aliquot exemplis *turpes has aſſentationes* teſtatas facere: Et continuo tam longum earum indicem texis, ut ſane ad illum negligendum, & prætereundum ſilentio valde propendeam: At hoc loco tantum animo meo imperare non poſſum: En tibi breviſſimum illius compendium: E numero turpium harum aſſentationum ſunt *multiplices ſeditiones ac rebelliones* Jeſuitarum contra ſacram Sedem, & contra omnes fere Romanos Pontifices, qui a tempore, a quo Jeſuitarum nomen in mundo extat, ſedem hanc obtinuere. Clementem VIII. & Paulum V. terruere ſuis comminationibus: Clementem IX. prævaricationis, Innocentium autem XI. Quietiſmi & Janſeniſmi inſimularunt: Curarunt, ut in Gallia ſupprimeretur decretum quoddam Pontificis:

(*o*) pag. 59 & ſeq.

tificis: item ut aboleretur (*) Inſtitutum Congregationis Virginum de Infantia Domini Noſtri

(*) Congregatio hæc neque ſacra ac religioſa, nec profana erat, ſed ex utroque genere mixta ad neutrum pertinebat. Inſtituta eſt anno 1662 Toloſæ in Occitania, ubi primum & princeps domicilium habebat, Authoribus Abbate Cironio, & Joanna Juliarda, ſeu, quo nomine plerumque appellari ſolebat, Mondonvillia, aſtuta non minus, quam imperioſa ac ſuperba fœmina, qualem nobis depingit Hiſtoria de hac Congregatione, ex certiſſimis documentis hauſta, & anno 1734 typis Amſtelodamenſis (hunc preli typographici locum præfert Inſcriptio) duobus Tomulis edita. Cironius, ad cujus ſe ductum Mondovillia totam applicaverat, omne hoc condendæ Congregationis negotium moderabatur. Erat autem ex aſſe Janſeniſta, & doctrina ſua Mondovilliam quoque ab imis unguibus ad verticem Janſenianam effecerat. Hæc rem eo perduxit, ut Toloſana Congregationis Domus alter *Portus Regius* & *nidus hæreſum* evaderet: officinam adeo typographicam clam in ea inſtruxerat, ex qua, ipſis Virginibus typothetarum & imprimentium partes agentibus, variæ infames chartæ ac Janſeniani libelli erroribus, & conjectis in Eccleſiam, Regem, Aulam & Catholicos pro-

ſtri JEſu Chriſti: a decretis S. Sedis contra ritus & cultus idololatricos appellarunt ad Imperatorem Sinenſem (quaſi vero hæc appellatio non æque legitima cenſeri poſſet, ac veſtra eſt): Effecere ſuis machinis, ut Legatus Clementis XI inter vincula contabeſceret: Benedicto XIII minati ſunt, omnem cum ipſo communionem ſublatum iri, ſi 12 articulos approbaret: *Denique ut finiam*, quemadmodum prorſus appoſite ais, recentiſſime contra Pontificem, cujus morti illacrymaris, tumultuati ſunt, & ſeditioſum libellum, qui *Dubia* inſcribitur, ſparſere in publicum. Tur-

probris referti prodibant, & quaquaverſum ſpargebantur: Exploratis funditus rebus ut tandem patuere noxæ & præſtigiæ, cum poſt plures minas & inducias nulla alia jam amplius inſanabili malo medicina eſſet, a ſanctiore Regis Conſilio anno 1686 abrogatio hujus Inſtituti decreta, Mondonvillia a rege Ludovico XIV (*) Coſediam in inferiore Normannia amandata, & Monaſterio incluſa, tota vero Congregatio ſublata & abolita eſt. Videatur cit. Hiſtoria. Ad has igitur, quæ hic a ſcriptore octo Epiſtolarum iterum oggeruntur, aliasque protritas jam centies Janſeniſticas calumnias pertinet, Jeſuitas abolendæ Congregationis Virginum de Infantia D. N. J. C. authores fuiſſe. *Interpres.*

(*) Coutance.

pes aſſentationes, ut vides, oppido ſingulares! ſi illæ pretium ſunt, cui S. Sedes addictam & venalem habet erroris alicujus tolerantiam, medius fidius, brevi res eo adducetur, ut Janſenismus ubique *toleratus* ſit, ubi ſtudioſos ſui Cultores & Sectatores habet. Verum iſtud non eſt, de quo hic agitur.

Si ego tibi omnia hæc facta veriſſima concedam, hanc meam in te voluntatem procul dubio æqui omnino bonique facies; quanquam Dominicanus quidam in Collegio ad Minervam Bibliothecæ Præfectus ultimum illud, quod commemoras, factum repoſcet, & ſuum eſſe contendet, utpote qui a defuncto ſummo Pontifice ob hanc noxam, quod *Dubiorum* Author eſſet, Narniam relegatus eſt: ſed nihil hoc impedit, ut non tibi largiar, ea vera eſſe, & ad ſolos Jeſuitas, cum aliorum omnium exceptione, pertinere: videamus autem complexionem, quam ex hoc antecedende colligis, tuismet verbis expreſſam: Ergo Janſeniſtæ *non oppugnant Caput Eccleſiæ*: ergo *ſummo illud cultu & obſervantia* proſequuntur. Tui ipſius jam judicii eſt, ſtatuere, quid de hac argumentatione ſentiendum ſit.

Ut te moleſto negotio expedias, in neſcio quot Reſponſi tui locis, præter omnem expectationem & argumenti rationem obtrudis nomina Harduini, Berruyeri, Pichoni, Buſenbaum, La Croix &c.; tanquam, cum Jeſuitarum Societas non niſi ex Neſtorianis,

Arianis, Socinianis, diſſolutæ Ethicæ Magiſtris, Latronibus ac Sicariis conſtet, ex eo efficeretur, vos integros & innocentes eſſe, nec unquam aut feciſſe, aut facere quicquam, quo informatum a majoribus veſtris ſyſtema effectum reddatis. Fatere, tam diſtorta argumentandi ratione opus aliquod majorem in modum deformari. Cum igitur Reſponſum, quod expectamus, dabis *in folio*, da operam, ut illud ad leges componas, e quibus legitima ratiocinatio naſcitur: niſi argumentum tibi anſam præbeat impugnandi Jeſuitas, eos quæſo intactos præteri, nec incedentium veſtigia ultro perſequere: ſi in via, quam inſiſtis, tibi occurrant, audacter & intrepide eos aggredere, at non per mendacia ac calumnias, ſed vero, moderato, & civili dicendi genere, & præcipue recto ac legitimo ratiocinandi modo: tum placebit Reſponſum tuum, & ego primus ero, a quo ſecundum ſuffragium, ac operæ pretium feret.

Denunciavi tibi, magni laboris opus fore, ut erratum, cujus te modo admonui, evites: at hoc illatum tibi incommodum ac damnum compenſabitur: mea ſententia nihil facilius erit, quam evitare vitium, quod nunc tibi aperiam. Sermo mihi eſt de vaſta ultra modum, & inutili amplitudine Reſponſi tui: vaſta ultra modum eſt, quandoquidem *ſchema Italicum* monebat, ne majore illud mole ſit, quam qua eſt *Veritas Burgofontani Conſilii*; & tamen hanc longe ſuperat; inutilis

 eſt,

eſt, eo quod plurima contineat, quæ neutiquam ad rem ac ſcopum pertinent; juniores ſcriptores facile ad hunc ſcopulum offendunt: offendiſti autem, mi dilecte Domine, perinde ac multi alii: mox rem tuis ipſe cernes oculis: at contuere illam, quin animo cadas: cernes cum emolumento: futuro tuo Reſponſo multum ex ea perfectionis accedet.

Secundum id, quod inepto argumentandi modo peccatur, nihil magis librum aliquem contemptui objicit, quam frequens inutilium, quæ præter argumentum admiſcentur rerum congeries: Audi, quæſo, contemptus hujus ſpecimen, quod tibi jam narrabo. Amicorum meorum unus, homo ingenioſus, & multis litteris excultus, qui libenti animo legit, quæ in utramque partem diſputantur, & de adductis utriusque cauſæ momentis æquum ferre judicium optime novit, poſtquam legerat librum de *Veritate Burgofontani Conſilii*, avebat æque ac ego, videre ad illam reſponſum: gratificatus ipſi ſum, & utendum dedi, ſed hac lege, ut uſque ad calcem perlegeret, quin aliquid transiliret: Cum autem illud coram hominum cœtu, qui in meis ædibus erat, mihi redderet: Plane, ajebat, magno apud me loco te eſſe cenſeas oportet, quod, ut tibi parerem, librum, qualis iſte eſt, eumque integrum legerem: duo trientes ſine omni diſpendio aut corruptionis periculo ex eo reſecari poſſunt: authorem habet quendam e Janſeniſtis curtæ

ſupel-

ſupellectilis hominem & æris egenum, qui ſpiſſum & craſſum aliquem librum ſibi conſuendum putavit, ut emungeret ſuum typographum, tantumque ab eo auferret, quantum pro imperata ſibi portione ad capſam conferendæ pro Janſeniana Confraternitate pecuniæ contribuendum erat. Hoc ſcintillantis ingenii fulgur riſum movit toti cœtui, &, ſi quod erat, legendi tui operis illicium extinxit. An autem ſatis cauſæ habuit, ut hæc loqueretur? Illico intelliges, quid rei ſubſit.

Primum, quod in tuo opere inutile deprehenditur, inſcriptio eſt. Debeo hanc animadverſionem (*p*) Notitiarum Scriptori, qui te monet, ex duobus titulis, quos illi præfigis, ſecundum ſufficere: tanti Authoris effatum nullam a te, multo minus a me interpellationem admittit.

Ab altera libri tui pagina prolixum quendam Origenis locum nobis recitas, latine & gallice, ut ex eo diſcamus, *Veritatem Conſilii Burgofontani* libellum eſſe adeo vilem nulloque numero habendum, ut nec reſponſum mereatur. (*q*) Poſt longius aliquanto intervallum alius comparet longiſſimus locus ex S. Auguſtino, de reliquo aptiſſime delectus, ut fidem facias tuis lectoribus, injuriam eos tibi facere, ſi crebras tuas ejusdem rei repetitiones ægre ferant ac faſtidiant: bona tua fi-

(Hh 5) des

(*p*) Notit. Eccleſ. 4. Sept. 1758. (*q*) Pap. 96. & ſeq.

des in gallice reddendo tanti momenti teſtimonio in ſuſpicionem venire ac vacillare potuiſſet: ergo latina etiam verba adjungis; ſic enimvero facili brachio grande volumen confici poteſt: hoc tu tamen amplificandi genere a capite ad calcem uſus es. Locum Authoris, qui probe confirmat id, quod e præcipuis lucubrationis tuæ capitibus eſt, tot linguis redde, quot & quibus opus eſt: ſecus autem, una ſola lingua reddere, ſat & abunde eſt: quot hoc pacto e veſtigio latinæ paginæ evaneſcent! Omitte etiam, quæſo, prolixa teſtimonia gallica, quæ non ad aliud, quam inanem eruditionis tuæ oſtentationem valent: Sic amplius neceſſe non erit probare tuis Lectoribus, injuriam ab iis tibi fieri, ſi tua faſtidiant.

Exſcribis fragmenta ex *Litteris Provincialibus*: feliciter omnino: conſtat, quantam hæc res operi cuidam dignitatem afferat: At qualia fragmenta? trium, quatuor, imo duodecim paginarum. Ohe! mi Domine, cur eas non integras jam hic, modo illic ſcite libro tuo inſeruiſti? Moles operis tam bene ex ſis ſaginati tanto pulchrior evaſiſſet.

Dicis alicubi (*r*): *Decretum Curiæ Pariſinæ, quæ librum de Veritate Conſilii Burgofonte initi rogo addicit, tanti ponderis, & ad rem noſtram opportunitatis eſt, ut hoc loco*

(*r*) In Præfatione.

co tacitum prætermitti nequeat: dignum erat in fronte collocari &c. Enimvero hoc decretum abs dubio præcipuum Reſponſi tui documentum eſt: & hinc optimo uſus es conſilio, quod illud retuleris: Sed quid ſibi volunt hæc verba: *dignum erat collocari in fronte; ſed poſtremum locum tenet &c.?* Imo locum habet ubique: opus tuum ex omni parte ab eodem munitum & obvallatum eſt: in memoriam profecto tibi revocem oportet, ubi ſe offerat; neque enim librum tuum ſat ipſe mente complexus eſſe videris. Inſpice inprimis ad libri initium paginam 80; Hic reſpondendum a te fuiſſet allatis in medium argumentis, e quibus concluditur, Arnaldum Andyllium Burgofontano Conventui interfuiſſe, eumque absque controverſia gemina littera AA deſignatum eſſe: diſſimulato autem ad id reſponſo, decretum attuliſti Pariſinæ Curiæ. Vide in medio tuo opere monitum ſextæ tuæ Epiſtolæ (non ſatis apparet, cur) præfixum: ibi decretum hujus Curiæ proxime excipit hunc loquendi modum omnino novum: *ſequitur conſequenter decretum &c.* Vide calcem libri: forte non recordaris amplius, hic quoque a te ſedem illi poſitam fuiſſe; extat tamen etiam hoc loco totum, quantum eſt. Initium, medium, & finis magni momenti ſtationes ſunt: non poterant meliori argumento deſtinari. At injuriam tibi inferre merito videri poſſum, quod hanc tuam iterationem reprehendam: a libro hæc tuo ita vim omnem prohibet, ut inceſſi

ceſſi non poſſit ; aut ſaltem parum abeſt, quin res ita ſe habeat: itaque in eam partem verba accipe, ac ſi de ea non meminiſſem.

Notitiarum Eccleſiaſticarum pagellæ ad diem 8. Maji 1758. totæ, quantæ ſunt, non niſi in refutanda *Veritate Conſilii Burgofontani* occupantur; & refutant eam tam perfecte, ut ex tua ipſiusmet ſententia ſolæ hæ notitiæ *omnium facile optimum antidotum ſint, quod miſero huic libello opponi poſſit.* Liber tuus vix aliud eſt (exceptis ſupervacaneis & inutilibus) quam verboſa harum Notitiarum amplificatio: ad verbum ex iis tranſcripſiſti, quæ melioris in illis notæ ſunt: quid ergo opus erat, librum tuum augere viginti paginis, in quibus illas recuderes, & in publicam iterum lucem protruderes? Conare, quantum, & quamdiu ac quibuscunque demum teſtibus & teſtimoniis voles, perſuadere tuis Lectoribus, per injuriam eos queri, ſatietatem ſibi ab ejusmodi repetitionibus afferri, ac ſtomachum moveri: nullam tibi fidem habebunt, & has repetitiones nauſeare pergent, vel te cum libro tuo contemnent & negligent, damnumque, quod vobis affert *Veritas Conſilii Burgofontani*, quam illi non faſtidiunt, magna incrementa ſumet.

Sed en inutile additamentum alterius generis! Author libri de *Veritate* &c. recitatis verbis ſyſtematis Burgofontani, quibus dicitur; *Et quoniam nullus ex omnibus Eccleſiæ Doctoribus fuit, præter S. Auguſtinum, qui tan-*

tantum indulſerit ingenio, aut cujus verbis ac locis malè explicatis in rem ſuam opportunius quis abuti poſſit: quodque eo uſi quoque ſint ipſi Calviniſtæ, ſancitum fuit, ut ſeſe omnes doctrinæ S. Auguſtini defenſores dicerent: Ut probet deinde, hoc ſyſtematis caput eadem accuratione ac ſolertia, quâ reliqua, executioni datum fuiſſe, ſubjungit, (s) Janſenium non minus protervum ac impudentem, quam fuiſſet Joannes Wiclefus, qui ut ſolam Epiſcopi Hipponenſis doctrinam profiteri videretur, *Joannes Auguſtini* nuncupari voluiſſet, eodem quoque conſilio librum ſuum titulo *Auguſtini* inſigniviſſe. Hæc verba novas faces ſubjiciunt pulchre bellicoſo ingenio tuo; novi Samſonis inſtar, qui excuſſo repente ſomno a Dalilæ ſuæ genibus exilit, ut Philiſtæos, qui procul ab eo abſunt, adoriatur, generoſe exclamas: (t) *Pedem figamus hic: tempus eſt invadendi inimicum, & ipſius errores ac calumnias profligandi: ordiamur a vindicando S. Auguſtino.* Sed quem, mi Domine petis? quem invadere paras? nemo S. Auguſtino bellum movet: Cui bono igitur hic nobis longiſſimum S. Auguſtini elogium pangis, cujus partem, eamque facile pulcherrimam ex operibus mutuaris (*) unius ex illis, quos tibi S. Auguſtini Adverſarios

(s) Veritas Conſil. Burgoſ. T. I. pag. 357. (t) pag. 499.

(*) P. Petavii.

ſarios fingis: ſumma voluntate illi ſubſcribimus. En, quomodo inimici tui arma ponant, ut primum veri aliquid & boni loqui incipis, quamvis extra rem & argumentum ſit. Eſt autem aliud, cujus te admoneam. Edic mi Domine, an non celeberrimus Boſſuetus in illis certaminibus, quæ huic Præſuli cum Miniſtris Proteſtantibus erant, his ipſis ſæpe objecit, quod locis SS. litterarum male explicatis abuterentur? Quodſi deinde horum unus, verbi cauſa Claudius, ineptum cepiſſet conſilium, ſuo cuidam contra Boſſuetum reſponſo ſplendidum SS. Litterarum elogium inſerendi, ut divinum hunc librum vindicaret, quænam tua de eo mens foret? Hic Claudius, diceres, nos ludos facit: cum umbra ipſe ſua digladiatur. Et quid hoc momento de te ipſo cogitas?

Mutato nomine de me
Fabula narratur.

egregie: mirum in modum cognitione præcipis, quæ alii tibi inſinuare cogitant. En igitur, quot & quanta ſint, quæ ex opere tuo reſecare poteris; En, quam ſatis cauſæ habuerit amicus meus, ut acri cenſura librum tuum perſtringeret.

Sed num tantum animo tuo imperare poteris, ut præterea aliud adhuc mihi des, & monenti morem geras? poſtremum hoc eſt, quod a te peto; reliqua magnanimitati tuæ per-

permittam. Res autem eſt de centum, & quod ultra eſt, paginis una continenti ſerie (*u*) in libro tuo obliterandis. Commoveris? horres? crede mihi, fruſtra & ſine cauſa terreris: paginæ illæ non ſunt tuæ; & præterea tibi vel ſunt inutiles, vel etiam noxiæ; itaque hæc litura facilis tibi accidere debet. Loquar autem de amplo illo indice ſacerdotiorum ſeu beneficiorum Eccleſiaſticorum in toto regno, e quibus fructus annuos percipiendi jus Jeſuitarum Collegiis attributum eſt. Quo magis rem mecum reputo, eo minus divinare poſſum, quid hoc loco is ſibi velit: dicebam apud animum meum: num forte hæc illum proferendi ratio eſt, ut excitetur in his Patribus grata beneficiorum memoria erga Pontifices ac Reges, qui hoc illis jus addixere, vel erga civitates, quæ magno ſtudio id egere, ut Jeſuitis ſtabile domicilium ac rata dos conſtitueretur, ex qua haberent, unde ſe alerent? At in variis criminum, quæ per calumniam iis affinguntur, diſſeminatis hactenus ubique catalogis nondum legitur ingrati animi vitium: Cæterum ſive memori illi ſint, ſive immemori beneficiorum animo, nil iſtud, & in neutram quidem partem ad executionem Burgofontani ſyſtematis pertinet: Ergo index hic ob hanc cauſam non adducitur, aut certe inutiliter & fruſtra hunc locum occupat. Num forte hic illius ſcopus eſt, ut Jeſuitæ *ceu homines*

(*u*) a pag. 655 uſque ad pag. 759.

mines quærendis lucris & avaritiæ ſordibus immerſi fama ac exiſtimatione ſua ſpolientur? magnum id opinandi argumentum præbet forma quædam malignitatis, quam ubique præfert. At hic tamen finis propoſitus tibi eſſe non poteſt; nam alioqui ſatis tibi ſana mens eſſet? quid? tune in opere, cujus ex parte argumentum eſt oſtendere, Janſeniſtas nihil unquam molitos eſſe, aut moliri, ut conſcientiarum Directoribus infamiam creent, in hoc eodem, inquam, opere te conari ac ſatagere, ut il non atrociter minus, quam prolixe lacerentur ac infamentur? Repugnat hoc, nec rationibus tuis conſentaneum eſt; eſſet enim palam foro cedere, & victas adverſario tuo manus dare: neque hinc alia eſſet melior cauſæ agendæ ratio, quam tacere; quæ enim is loqui poſſet, loquereris tu: at in *calamum ſubtili acumine armatum* hujusmodi aberratio non cadit. Unde etiam iſtud non eſt, quod tuus ſibi ſacerdotiorum index vult, nec adeo judicii inopia laboras, ut hoc ſpectares. Interea multi tamen, eo quod iisdem cognitus non ſis, id judicabunt: omnia pugnant contra te, & eo pertinent, ut id velle videaris. Vides, quam gravia e centum ac tribus paginis indicis, quem in rem tuam tam apte hic poſitum eſſe putabas, tibi & cauſæ tuæ incommoda naſcantur.

Sed quoniam de hoc indice ſermo eſt, quocunque conſilio eum in Reſponſum tuum intruſeris, ſciſcitari ex te liceat, cur illum, quandoquidem a plusquam centum jam annis typis

typis impreſſus extat, non novo eorum, quæ a longo hoc tempore Jeſuitis dono obvenere, beneficiorum ſupplemento auxeris? Altera in iſtud paginarum centuria inſumi, nec minus magnificum, quam prior, in libro tuo locum obtinere poterat: puto autem, me veram hujus indiligentiæ tuæ rationem introſpicere: ne quæſo ægre feras ingenuum candorem meum: nimirum unus ex deſidioſis es, & aliorum labores ac opera jam facta amas; at ſupplementum hoc confectum nondum eſt: tranſcribis jam hinc, jam illinc integras paginas, quin vel verbo aliunde depromptas fatearis: ipſas etiam phraſes & modos loquendi mutuos ſumis; ſi quos copioſos ac numeroſos invenis. Et ſi certa id quadam ratione ac delectu faceres, res diſſimularetur ſilentio: at tanta tua ſegnities eſt, ut aliorum etiam ſenſa ac cogitationes fureris, & in rem tuam convertas, atque adeo præmeditari te pigeat, quid aut quomodo loquaris. Exemplum a[l]-quod cujusvis ex parvis his vitiis tibi o[b] oculos ponam: & hoc totum eſt, quod in commodum tuum facere poſſum; ſufficit quoque ad ſcopum, quem mihi propoſui.

Quænam tua diligentia, aut labor eſt in diluenda Sancyrani noxa, cum de ipſius libro *Quæſtionis regiæ* agitur, in quo fuſe docet, fas eſſe, ſibi ipſi cruentas manus afferre? Nempe in Dupini Hiſtoria ſæculi XVII rem tam bene jam confectam, quam bene in argumento tam lubrico & præcipiti fieri potuit, nactus

es: hoc fragmentum, quale ibidem extat, deſcribis, & e tua penu nihil, quam exiguam portionem de Buſenbaum & laCroix admiſces.

Reperis in *Litteris Provincialibus* hanc phraſin, quam Paſcalis cuidam Capucino tribuit: *mentiris impudentiſſime*: hæc tantæ tibi ſuavitatis eſſe videtur, ut lingere illam ac lambere non ceſſes: (*x*) ægre a te impetras, ut eam non ubique uſurpes, & omnis reſponſi loco eſſe velis: quotiescunque illa occurrit animo, *juveniliter exultas*. - - - - (*y*) *Vivat egregium verbum Patris Valeriani*: mentiris impudentiſſime: *perfectum & completum reſponſum ad duos Tomos de Veritate Conſilii Burgofonte initi continet*. Sed pudeat te! eone te demittere cogitas, ut pro corroganda re tantilla aliorum fores obeas? num tantum tibi ingenii non eſt, ut huic elegantiæ & lepori par aliquid de tuo promas? Si hujusmodi phraſes tibi tam delicatæ, & ornando alicui libro tam aptæ videntur, certam Pariſinæ urbis regionem vel quartam horæ partem obambula, & facile labori parces te convertendi in apem, & Janſeniſtarum tuorum libros depaſcendi, ut talia ornamenta colligas.

Per cauſam infortunii librorum PP. Buſenbaum & La Croix mutuaris, ac tuum facis dictum, quo utor pro exemplo, quod tibi

(*x*) pag. 117. (*y*) pag. 145.

bi promiſi. Exclamas: (z) *Qualis annus pro recudendo ſimili opere!* Hic ad delectum & diſcrimen faciendum mica aliqua prudentiæ opus erat: non advertiſti ad hoc animum, dictum iſtud in primo ortu ſuo omnem habere potuiſſe elegantiam, quam ei (*a*) Notitiarum Scriptor, & tu poſt illum tribuis: at tempore, quo tu illud adoptas, ipſius venuſtas ita emarcuit, ut hujus nec veſtigium amplius reſtet. Quare autem? propterea inquam, quia tum, quando Cauſidicus Generalis Curiæ Toloſanæ exclamavit: *Qualis annus pro recudendo ſimili opere*: abſolute ignorare videri poterat, non ipſum opus *recuſum*, ſed novam duntaxat frontem, ſeu primam inſcriptionis paginam recens cuſam, & eidem præfixam fuiſſe adſcripta temporis nota infelicis anni 1757. At hodie neminem ullum latet hæc fallacia, quiſcunque illius architectus fuerit. (*b*) Ipſe Notitiarum Scriptor rem non amplius celare poteſt; facti confeſſionem ſibi exprimi tandem paſſus eſt: Plus aliquid ad veritatem & evidentiam rei exigi non poteſt: hanc cum ignorare non poſſes, exclamationi tuæ alius ſenſus non eſt, quam *qualis annus pro recudendo ſimili opere, cujus non niſi prima pagina recuſa eſt!* En, cui ſe ineptiæ ac ludibrii periculo exponat, qui ſibi aliorum dictis ac ſententiis oculos ita perſtrin-

(z) pag. 114. (*a*) Notit. Eccleſ. 9. Oct. 1757.
(*b*) ibid. 23. Dec. 1757.

gi ſinit, ut eas etiam tanquam proprias ſibi vindicet. Tranſeamus ad aliquid, quod magis ad inſtitutum noſtrum pertinet.

Juvenem quendam Heroem in te intueor, qui contra apertos factionis ſuæ hoſtes prima militiæ rudimenta ponit: ſi vere & in animo perſuaſum tibi eſt, cauſam hujus factionis bonam eſſe, non mediocri laude dignus es: ſed attende; nunquam rem feliciter geres, niſi fortitudo in agendo reſpondeat fortitudini, quam ſæpe admirabar in verbis tuis: ut rem verbo dicam, omnem timiditatem cave: non decet autem te celare, eam e multis Reſponſi tui locis quaſi per caliginem tralucere: hos quidem non omnes excutiam; longior enim forem, quam velim; nullum tamen ex eo tibi naſcetur damnum: quod deeſt, ſupplebo adjumentis, quæ tibi ſuppedito, omnes per teipſum cognoſcendi; hoc enim unum ex præcipuis capitibus eſt, quod ad perfectionem tui, aut ſi ita loqui mihi permittis, noſtri operis *in folio* pertinet; ipſe enim vides ſtudium, quo hanc cauſam tuam complector; operam a me navatam vides, ut res tibi ex ſententia eveniat: gloria tamen inde naſcitura tota erit tua; nullam omnino ejus partem mihi tribuo.

Impatiens es, & ſcire aves, ubi aut quomodo timidum te exhibueris: ſatisfieri tibi oportet. In aſſultibus, quibus hoſtem tuum impetis, id duntaxat aggrederis, quod in eo debilius eſt; ſi validius quid ac firmius occurrit,

rit, ſubducis te, & hoſtis conſpectum fugis. Explico me. Notare poteras ac debebas methodum, quam Author *Veritatis &c.* ſervavit in toto ſuo opere: Cum perverſa, ſeu contra Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, ſeu contra gratiam, & vires ac potentiam ſervandi mandata Dei, ſeu contra ſummumPontificem & Eccleſiam dogmata, quæ a tempore informati ſyſtematis Burgofontani ad noſtram uſque ætatem tradita ſunt, legentium oculis exponere voluit, Janſeniſtarum veluti inhæſit veſtigiis: initio refert id, quod in ipſorum doctrina minus malum, vel etiam tolerabile eſt: deinde deſignat diverſos gradus, per quos evaſere ad tradendum id, quod ad ipſorum propoſitum, ſeu quod idem eſt, ad executionem Conſilii Burgofonte initi proxime attinebat.

Sumamus exemplum a modo, quo oſtendit, Sancyranum gradatim progredi ad ſtatuendum cum Calvino, gratiam amitti non poſſe. (c) Et primum quidem affert definitionem gratiæ, quam Sancyranus fabricatus eſt, aitque, eam & in ſignificatione ac ſenſu quodam Catholico, & in ſenſu hæretico accipi poſſe: En primum gradum ad errorem. Deinde monſtrat, docuiſſe Sancyranum, quod gratia ſola inducat, applicet & determinet voluntatem: hic alter gradus ad errorem eſt: item, quod voluntas determinetur ad agen-

(I i 3) dum

(c) Veritas Conſil. Burgof. T. I. pag. 101 & ſeq.

dum neceſſario, ita, ut gratiæ ſe determinanti reſiſtere nequeat; ecce tertium ad errorem gradum: denique in ſcenam prodit ipſiſſimus ille error, quem Sancyranus aperte profiteri conſtituit, nempe perverſa doctrina, gratiam amitti non poſſe. En ipſius verba; omnibus ſuis illa momentis pondera: *Vita gratiæ eſt eadem, quæ vita gloriæ, cum non ſit, niſi pondus & velum corporis, quod geſtamus, & commoratio terreſtris, in qua hæremus, quæ utramque inter ſe diſcriminet.* - - - Fatere, quemvis genuinum Calviniſtam comparationi huic ſuffragaturum eſſe, tanquam juſtiſſimæ, utpote ex qua id certiſſime efficitur, gratiam amitti non poſſe. At Eccleſia Catholica illam reprobat ac damnat; quia ſummum adhuc inter utramque hanc vitam diſcrimen agnoſcit, quod in eo poſitum eſt, quod nunquam amitti poſſit vita gloriæ, amittatur autem nimis quam frequenter vita gratiæ.

Lubens volens tibi fateor, te pro omnibus iis, quibus vales, viribus reſpondiſſe ad id, quod tres ego ad errorem gradus appellabam: ſed quod ad ipſum errorem attinet, ſimulaſti te illum ne quidem videre; & tamen hic erat hoſtis, qui contra te producebatur in aciem: contra hunc tueri te debebas. Tuum tibi hic reſponſum ad verbum recitem oportet: (*d*) - - - *Odium*, inquis, *hunc Pela-*

(*d*) pag. 241.

Pelagianum ultra etiam, atque ad deteriora rapit: poſtquam fidelem S. Auguſtini diſcipulum (Sancyranum) *reum egit de tradito hoc dogmate, gratiæ neque reſiſti, neque eam amitti poſſe, quin tamen ullum etiam minimum eam in rem argumentum afferret, deinde palam quoque de ſyſtemate duarum delectationum inſimulat &c.* Hìc tu multum conaris reſpondere ad id, quod ad ſyſtema de duabus delectationibus ſpectat; at de prava hac doctrina, gratiam amitti non poſſe, nihil prorſus laboras, ſed ſatis tibi eſt dicere, *nullum nec minimum in eam rem argumentum afferri*, dum interea hoc argumentum palam expoſitum tibi ante oculos eſt: An non hoc eſt timere conſpectum hoſtis, & ex acie effugere, dum ille comparet? Vix non animus eſt id tibi aptandi, quod Janſeniſtis tribuebat bonus eorum ac fidus amicus Groninganus (*e*): *certe aliquid eſt in veſtris Heroibus timiditatis.* An non ſatius fuiſſet ſolide omni culpa liberare hunc Sancyrani locum, quam per quatuor paginas inaniter occupare te digladiationibus contra Jeſuitas, & præſertim (*f*) contra *Novatorem, cujus ortus funeſtior fuit Ulyſſiponi, quam motus terræ, qui hanc civitatem everterunt.* Amabo te, quidnam hoc loco negotii eſt Ulyſſiponi & Molinæ, dum interim veſter Patriarcha Sancyranus ſub ictu deſtituitur?

(*e*) Veritas Conſil. Burgoſ. T. I, pag. 363. (*f*) pag 227 & ſeq.

Eadem methodo evolutum ac retectum tibi eſt unum ex alio fallaciarum genus magni Arnaldi, quibus omnem ad SS. Euchariſtiam acceſſum obſtruit: pro modo ingenii tui plura ejus dicta ac ſententias mollius interpretari, & in benigniorem partem trahere adniſus es. Ultimo tamen loco, ut ad ſacroſanctam hanc menſam aditus pateat, exigit, ut, qui ad illam accedit, non minus beato cœli incola ſe purum credat & integrum. Hic vero magis, quam unquam alias, opus erat vindice animi pleno: At tu illum relinquis, & te ſubtrahis. Et tamen, ſi te audimus, non aliud velle, quam *invadere, & cum hoſte decertare* dicendus eſſes.

Cur eadem te timiditas impulit tergum vertere ad conſpectum hujus parvi tetraſtichi, quod extat in precibus horariis, Factioni valde pretioſis ad Completorium (*g*)

Dum Chriſti affuſus pedibus tua crimina plangis,
Cedere mox Chriſti vocibus illa vides:
Non ægrum tamen hic medicus BIS ſanat eundem:
In mala ne recidas ergo priora, cave.

Hoſtis, qui hoc loco tibi ſe objicit, non niſi pigmæus eſſe videtur; quantuluſcunque tamen pigmæus appareat, tu tamen in illius conſpe-

(g) Veritas Conſ. Burgoſ. T. I. pag. 249.

ſpectum venire non audes; ne quidem eum notare te oculis ſimulas: *certe aliquid eſt in veſtris Heroibus timiditatis.*

Et contra horrifica præcepta ac documenta, quæ Author *Veritatis &c.* ex colloquiis cum JEſu Chriſto excerpta tibi ob oculos poſuit, quæ tuæ fuere vindiciæ? ne verbo attigiſti quidem. (*b*) *Satis mihi eſt*, frigide ais, *referre hæc inſolentiæ ſpecimina* (authoris *Veritatis &c.*) *quin illa impugnem ac refellam.* At impugnare ac refellere debueras: alioquin idem eſt, ac ſi diceres: ſatis mihi eſt videre inimicum, qui contra me producitur, quin audeam illi vel verbulum opponere. Ecce, hoc tamen illud eſt, quod Notitiarum Scriptor appellat - - - - (*i*) *acerbe regerere in caput Calumniatoris ſaxa, quæ hic conjicere voluit - - - in Patrem Domnum Morellum Benedictinum e Congregatione S. Mauri, cui hæc colloquia cum JEſu Chriſto accepta ferre debemus.* Expende hoc elogium, ut ſuum illi juſtum pretium ſtatuas, & pro ratione illius etiam de reliquis æſtimes, velim.

Quænam autem tua agendi ratio eſt, cum oculos ſubit id, quod Author *Veritatis &c.* objecit Hamono, magno huic homini (*k*) *qui*, ut ais, *ſereniore temporum ſtatu pro Sancto*

(*b*) pag. 435. (*i*) Notit. Eccleſ. 30. Jan. 1759.
(*k*) pag. 436.

ſto cultus fuiſſet? ſimpliciſſima principiorum ac dogmatum, quæ ex ipſo deprompſit Author *Veritatis &c.* recenſione per viginti quinque paginas tam aſpere & improbe habitus eſt, ut rei indignitas tibi lacrymas exprimeret. At nil hic juvabant lacrymæ; manibus, pedibusque luctari te, & omnem induſtriam, omnes vires ad Hamoni defenſionem impendere oportebat. Quomodo autem defendendum ſuſcepiſti? Poſt profuſas in illum, quarum vulgaris jam uſus eſt, laudes animoſe de te prædicas: (*l*) *quod ad me attinet, nil vereor dicere, ſolam horum dogmatum* (quæ Author *Veritatis &c.* adducit) *lectionem ſufficere, ut & certiſſimam omnibus Chriſtianis ac æquis lectoribus de pietate Authoris* (Hamoni) *fidem faciant, & calumniatorem palam convincant, ſique erubeſcere poſſit, pudore ac rubore perfundant.* Atque hoc unum habebas, quod pro defenſione miſeri Hamoni diceres: putasne autem, Janſeniſtas tuos hoc reſponſo contentos fore? An non iſtud recte eſſe dixeris inimico ſe obviam ferente referre pedem, aut ſi id mavelis, intrepidum dare reſponſum, quo ad nihil eorum, quæ objiciuntur, reſpondetur? Interim, ut hoc obiter dicam, obſerva, quomodo identidem fortitudinem in loquendo ſejungas a fortitudine in agendo.

Sed

(*l*) pag. 440.

Sed ecce factum, cujus ego tibi veniam facere non poſſum; nec ambigo, quin tu ipſe eam tibi daturus non ſis. Pupillam oculi tibi tetigere argumenta, quibus demonſtratur, veſtrum *Thaumaturgum* verum ac genuinum Calviniſtam fuiſſe. An non oportebat illum vindicare, aut mori? Tu nec vindicas, nec moreris. Author *Veritatis &c.* ſemper eandem ſuam ſecutus methodum (*m*) enumerat varios gradus, quibus *Sanctus* Pariſius eo pervenit, ut negaret, perinde ſaltem ac Calvinus, juſtitiam Chriſtianam amitti poſſe. Tu, qui non niſi manus conſerere expetis, ut ad pugnam proludas, feſtive Lectores tuos oblectas expoſitis ludo ac ludibrio (*n*) *diſcipulis Inigi de Guipuſcoa*, alias *Domini Ignatii*. Inclamat tuus tibi animus: defendendus eſt beatæ memoriæ Diaconus; valde in anguſtias redactus eſt: ad hunc clamorem interrumpis tuum præludium, ad Nicoleum accurris, auxilium ab eo petis & obtines contra audacem, qui (*o*) *non contentus contumeliis proſcindere perſonam cujusdam ſancti, etiam vult eundem haberi pro diſcipulo Calvini*. His fultus ſuppetiis huc & illuc te vertis, & primos ictus tentas eludere, quibus ſupra dictus *Sanctus* appetitur, & ſauciatur: at poſtremus ictus præſertim formidandus eſt: An vero in ore atque oculis tuis libere & impune eidem in-

(*m*) Verit. Conſil. Burgoſ. T. I. pag. 289. (*n*) pag. 441. (*o*) ibid.

infligetur? infligetur omnino: non ſecus, ac miles, qui ſub horam prælii morbo tentatur, ſubito evadis ex acie, nec uſquam compares. An igitur res hæc digna non eſt, quæ a te omni ſtudio & attentione curetur? Cupio ſane, ut tuam ipſus de ea mihi mentem explices: ea, quæ tui cauſa facio, poteſtatem mihi largiuntur hanc a te gratiam petendi.

De verbis S. Pauli *in ſempiternum ſedet &c.* ait Pariſius: „Præ omnibus advertendum eſt, S. Apoſtolum eodem verbo uti ad „exprimendum ſtatum perennitatis JEſu „Chriſti ad dextram Patris ſui, quo utitur ad „declarandam ſtabilitatis formam, ad quam „juſtitia Chriſtiana evehit. - - - S. Paulus „itaque hoc loco - - - noſtram juſtitiam com„parat cum ſede JEſu Chriſti ad dextram Pa„tris ſui, quantum ad perſeverantiam ac ſta„bilitatem pertinet; jam vero aſſeſſio JEſu „Chriſti ad dextram Patris ſui nunquam inter„rumpitur, (nec etiam interrumpi poteſt) „unde & juſtitia ac ſanctitas per JEſum Chri„ſtum collata alternas cum peccato vices non „patitur, (nec etiam pati poteſt)" Et hinc tam ſtabilis eſt, ut amitti nequeat.

Domine, unum e tribus eligas neceſſe eſt: aut *Sanctus Appellantium*, quod ille apud vos nomen gerit, amens quidam Calviniſta eſt, ipſo etiam Calvino nequior, utpote qui de impotentia amittendi juſtitiam nunquam tam dure & aſpere locutus eſt, quam Pariſius: Etſi hoc eſt, dic, quid de eo ſtatuendum ſit: aut

aut eſt imprudens & rudis, qui ignorat ea, quæ loquitur: & tum deſpicatui habendus eſt: aut tu magnam illius nomini injuriam facis, quod tanti momenti caput, quale iſtud eſt, ſummo ſilentio prætervectus ſis, & nec verbo reſponderis; Et hæc ignavia ac timiditas eſt omnis veniæ indigna. Si vires tuas reſpondendo non ſatis pares ſentiebas, *ſeptem requiores* tecum aſſumere oportebat: res tanti erat.

En ſatis ſuperque erratorum hujus generis; nam ego iis recenſendis laſſus ſum, & forte etiam tibi ſatietatem porro alia audiendi attuli. Promiſi tamen, ſubminiſtraturum me tibi ſubſidia, per teipſum pleroſque Reſponſi tui locos recognoſcendi, in quibus ſimilem abjecti tui animi inertiam prodis, ut eos in opere tuo *in folio* emendes: datam fidem libero: En tria horum ſubſidiorum, quæ ſi non omnino certiſſima ſint, ſaltem vix unquam te fallent, & in errandi periculum inducent.

1. Si has & ſimiles, quæ valde frequentes ſunt, phraſes adhibes:

Operæ pretium non eſt, Domine, ut vanas Calumniatoris declamationes refutem.

Nihil reſpondeo, Domine, ad frivola & nugatoria argumenta, quæ impoſtor objicit.

Sufficit mihi, Domine, referre inſolentiæ ſpecimina hujus Pelagiani, quin illis excogitandis immorer.

Faciliimum mihi foret, Domine, profligare hæc probra: at fruſtra hunc mihi laborem ſumerem.

Ne expectes a me, Domine, ſerio me refutaturum ſimiles ineptias.

Crede mihi, prudens Lector, qui non oſtentationis, ſed veritatis rationem habet, inanibus hujuſmodi verbis ac phraſibus palpum ſibi obtrudi non ſinit.

2. Quando aliorum dictis & teſtimoniis plures paginas imples, aut univerſim in omnes Jeſuitas, aut ſingillatim in PP. Harduinum, Berruyerium, Pichonium, Buſenbaum, la Croix &c. irruis, plerumque id ſpectas, ut Lectorum tuorum animos a re propoſita divertas, eisque caliginem offundas, ne videant, te nihil reſpondere.

3. Cum certo quodam ſtylo, plus ſolito agreſti & inculto, uteris, ut cum dicis: *quis ſibi animo figeret, hominem ſacro fonte ablutum parem fore ſimilibus ineptiis? Eſtne hic, qui iſta loquitur, homo, aut dæmon hominem indutus? Eſtne hæc lingua hominis, & non potius beſtiæ Apocalypticæ?* Poſtrema hæc verba in mentem mihi reducunt erratum aliquod, quod tibi alicubi excidit, (*p*) ubi illa lego: ex æquo & bono facies, ſi illud in Reſponſo tuo *in folio* corrigas: dicis ibi: *Addit furibundus hic,* (Author *Veritatis &c.*) *Sanctum appellantium non fuiſſe hominem, qui Concilii cujusdam fulmine terreri poſſet, utpote qui ſub acervo anathematum, tanquam ſub*

(*p*) pag. 451.

ſub lapidum acervo mortuus ſit. Pergis : *Eſtne hæc lingua hominis, & non potius beſtiæ Apocalypticæ, quæ aperit os ſuum in blaſphemias &c.?* Hic tu non advertebas animum, verba hæc, *ſub acervo anathematum tanquam ſub lapidum acervo mortuum*, non eſſe authoris *Veritatis &c.*; ac propterea litteris illa italicis curavit imprimi, & jam antea (pag. 288) te admonuerat, quod ea pro laude & gloria *Beati* Pariſii unus ex inſignioribus veſtris ſcriptoribus, author nempe *Gemituum de conſtitutione* uſurpaverit, eumque cum S. Stephano lapidibus obruto comparaverit. Ne igitur hæc verba poſthac amplius blaſphema voces : dic modo, ea ſancta, & ſancte in uſum adhibita fuiſſe. Quod ad appellationem beſtiæ Apocalypticæ attinet, Authori *Veritatis &c.* attribui jam non poteſt : Aptes, per me licet, cuicunque illam convenire judicaveris, ne omnino intercidat, quandoquidem tam ingenioſe excogitata eſt.

Ut ne Reſponſum tuum ſecundum *in folio* vaſtis illis, quibus Reſponſum primum infartum eſt, & illiberalibus verbis inquinetur, nec ſimul hac detractione ac reſectione enervetur, author tibi fui, ut ſcite fidem facias tuis lectoribus, adverſarium omnibus his, quæ in eum exoneras, ignominioſis nominibus dignum eſſe, nunquam tamen ipſe eadem in illum conjicias. Pollicitus ſum rei hujus te methodum docere : magna voluntate hoc tibi obſequium præſtabo : ſumam expendendum

dum unum de locis perperam a te citatis: Cum exigui momenti erratum ſit, animus non eſt illud tibi exprobrandi: at obſervationem ſibi adjunctam habet, quæ me impulit, ut præ aliis eligerem & afferrem. Aſſerit Author *Veritatis &c.*, (*q*) in *ſancta* Domo Portus Regii morem fuiſſe ita moriendi, ut nemo de ſacramentis aut petendis aut adhibendis cogitaret: ne res in dubium vocari poſſit, teſtes appellat *Commentarios pro Hiſtoria Portus Regii*, in quibus e ſexaginta vel octoginta *Sanctis* ſectæ veſtræ, de quibus ibidem fit mentio, non niſi duos ait commemorari, qui viaticum recepiſſe dicantur: inter alios nominat etiam Antonium le Maitre, cui teſtibus his commentariis ſatis temporis ſuppetebat illud petendi; ſed ipſi quoque in mentem non venit, ut peteret, atque adeo abſque eo recepto mortuus eſt. Sed en tuum ad iſtud reſponſum: (*r*) *Aperite commentarios pro Hiſtoria Portus Regii: in iis legetis, Dominum Maitre tempus habuiſſe, cum magna animi præſentia conſcientiæ labes expiandi, & ſanctiſſimum viaticum ſuſcipiendi: Foſſeus eſt, qui in Commentariis, ad quorum teſtimonium ac fidem calumniator provocat, oculatum ſe rei hujus teſtem præbet. An non noſtris ipſimet oculis cernimus, hunc impoſtorem nihil ſcribere, niſi ut fallat, & mendaciis ſuis Lectorem in fraudem impellat?*

Ecce

(*q*) Verit. Conſil. Burgoſ. T. I. pag. 315. (*r*) pag. 477.

Ecce tibi obſervationem, quæ non admodum feſtiva ac jucunda eſt: in quem autem illa cadere debet? hæc calumniatoris & impoſtoris convitia cui conveniunt? Curabo, ut intelligas. Oculos conjice in paginam 316 Tomi I. *Veritatis Burgofontani Syſtematis*: leges infra ad calcem, de Antonii le Maitre ſine ſacramentis ex hac vita exceſſu, hoc teſtimonium: *Commentarii Fontani, Tom. II. pag. 167.* Vides, te non ablegari ad Commentarios Foſſei, ut dicis: Euge! quem putas tu, *nihil ſcribere, niſi ut fallat alios, quis calumniator, quis impoſtor eſt?* Bene illum noſti, & animo intueris præſentem. An placet tibi mea methodus?

Novum adhuc decus futuro tuo Reſponſo, & exigua quidem impenſa, addere poſſes: hoc in eo ſitum foret, ut omnia hæc magnifica honoris vocabula *Sancti*, *Magni*, *Illuſtris &c.*, quibus cujusvis Janſeniſtæ, qui calamo tuo occurrit, nomen nunquam non exornare ſoles, miſſa faceres: ſi tibi aures præbeamus, hi totidem ſancti ſunt, quorum opera idem cum omnium SS. Patrum libris pretium habent: uno oculorum conjectu omnes ſuos Adverſarios ſternunt, trucidant, obterunt, & ad nihilum redigunt. Non credis, quam his vanis gloriationibus opus tuum inſulſum ac inviſum reddatur. Veſtrum nemo dubitat, illos omnes ſanctos, vos electos eſſe: noſtrum autem nemo id credit, aut credet unquam; pro ejectis ex Eccleſia vos ha-

 bemus.

bemus. Ad quid valet igitur, aut juvat hæc magniloquentia? Amicus meus, hoc affectationis fuco offenſus, cum de te ſermo incideret, ajebat mihi: videre illum mihi videor multum deſudantem in lavanda Æthiopum turma, poſtea ſuo lætum ſucceſſu, inclamantem tranſeuntibus: mirum miriſſimum! en quam candidi ſunt!

Unus duntaxat e veſtris Appellantibus indignus tibi viſus eſt, qui hoc lavacrum ſubiret, nempe P. Courrayerius. Et cur iſtud? in nulla certe re a veſtra doctrina alienus fuit: fateor quidem; nimis crude hanc palam expoſuit: præfervido gradu & recto nimis itinere ad viæ ſuæ ſcopum feſtinavit; ſed re ipſa hoc ſoli ipſius imprudentiæ tribuendum eſt, quæ profecto decernendæ viro huic apotheoſi nihil officere ac obſtare debuerat: Et tu de & cum ipſo agis, ac ſi factioni veſtræ non levem ignominiæ labem intuliſſet. Sed ut ingenue loquar, an artificium, quo ad abluendam commentitiam hanc labem uteris, hominis cujuſdam ingenioſi ac ſolertis eſt? Author *Veritatis &c.* ais, (s) *veriſimiliter ignorat, P. Courrayerium fuiſſe ferventem diſcipulum Molinæ: hoc pro Moliniſmo ſtudium ex venerando virorum ordine, quorum conſociatione indignus erat, ipſum exegit, & in Angliam perduxit.* Hoc factum ut probes, præſto

(s) pag. 993.

ſto eſt ſatyra in Jeſuitas, & in ipſorum Auditores ac Diſcipulos, nominatim in D. (*) Voltarium. Sed, quæſo, mi Domine, quam indigna te, te inquam tanto Theologo hic garris? Primus eſt, qui ſomniarit, Moliniſmum deducere in Angliam; non magis certe eo ire quemquam impellit, quam in Hollandiam: Et quonam ibidem hoſpitio exciperetur? profecto non molliore, quam apud vos: cauſam optime noſti. P. Courrayerius igitur non erat Moliniſta; nec unquam ſibi in mentem venire paſſus eſſet, id ſibi aliquando culpæ dandum fore: plus dico: Veſter, & unus ex appellantibus erat, quemadmodum Author *Veritatis &c.* tibi teſtatum eſſe voluit. Collige id ex nimia indulgentia, qua in eum uſus eſt Cardinalis Noallius: conſule mandata ac decreta, quæ contra eum edidere Epiſcopi Catholici; primum, quod illi objiciunt, tanquam principium, ex quo reliqui ipſius in fide errores nati ſunt, illud eſt, quod fuerit Appellans: de hoc illum crimine libere & aperte poſtulant, quin id veſtrorum Janſeniſtarum quiſpiam inficiari auſus ſit. En, quid ipſe de libro P. Queſnelli ſcribat in epiſtola ad Riberollium Abbatem ſuum data: --- *Liber Obſervationum Moralium anno 1714 a centum Epiſcopis damnatus, non ideo omnibus veritatis Amatoribus minus cordi, aut viliore pretio eſt.* Eſtne autem hæc lingua alicujus Moliniſtæ? Cedo, quo nomine ſalutaſ-

(Kk 2) ſes

(*) Voltaire.

ſes Authorem *Veritatis &c.* ſi te tam obtuſa & plumbea fallacia aggreſſus eſſet?

Patere, ut poſtremum tibi documentum dem ſtudii, quo in perfectionem futuri operis tui *in folio* feror. Si quando reſponſum aliquod, quod ſolidum eſſe exiſtimas, te tuaque impugnantibus opponere paras, pretium illi ſtatue, quantum potes, at verbis tamen utere, quæ modeſtiæ ſpeciem præferant: genus ſermonis nimium exultantis ac triumphantis redoleret hominem juvenem, & gravibus te incommodis objiceret. Exemplum petis, ex quo ſubſidium habeas intelligendi, quid velim? En libri tui aliquod fragmentum accipio, quod omnium optime ad bonæ cujusdam refutationis ſpeciem effingere noſti.

Author *Veritatis &c.*, ut firmaret ea, quæ Cardinalis Maillyus, & poſt ipſum Epiſcopus Seguſteronenſis *de infami Appellationum negotiatione* teſtati fuerant, publicæ luci expoſuit (*t*) Revocationis ſyngrapham Jacobi Servieni, in qua ſuamet manu exarata appellationem ſuam retractat, & *deteſtatur impium facinus, quod in his Appellationibus præſenti ære coemendis admiſerat.* Quodſi jam tibi fidem habeamus, adverſarius tuus jam eo redactus eſt, ut a te elidatur penitus & ob-

(*t*) Verit. Conſil. Burgoſ. T. II. Parte VI. Quæſt. IV. Artic. II.

obteratur: falſi accuſas allatam ſyngrapham his verbis: (*u*) *Et ego reſpondeo, quod hoc documentum faſtigium imponat ipſius* (authoris *Veritatis &c.*) *calumniæ; quandoquidem adulterinum ac confictum eſt: quod autem aio, argumento nititur, quod nullo effugio eludi aut refelli poſſit.* An non ſub ſenſus cadit oſtentatio? Videamus ergo tam glorioſum argumentum: documento & exemplo ſyngraphæ, de quo hic agitur, ſubſcriptum eſt nomen (*) *Jacobi Servieni*, & tu ais, nomen ipſius verum eſſe (**) *Servieri.* Et quo authore ac teſte id ais? Quidam nomine (***) Gauterius Epiſtolæ cujusdam Anonymi ad Epiſcopum Montiſpeſſulanum (****) Charen-

(Kk 3) cyum

(*u*) pag. 1022.
(*) Servien. (**) Servier. (***) Gautier.

(****) De inſigni hoc Præſule, Georgio Lazaro Bergero de Charency jam ſupra (P. VI. Q. III. art. VII. §. II. n. 4.) breviter aliquid commemoratum eſt. Poſt Carolum Joachimum Colbertum Janſenianæ Sectæ, cum viveret, ducem ac principem ad infulas Montiſpeſſulanas evocatus in id ſummopere incumbebat, ut quas ille Eccleſiæ ſuæ intulerat, ruinas repararet: poſt editum 7. Martii 1739 de ſubſcriptione Formulæ Alexandri VII mandatum, 24. Sept. 1740 Paſtoralem Epiſtolam ardentis in rem Catholicam ſtudii plenam in lucem dedit, in qua malas Janſeniſtarum artes, fallacias, & quod incautis inſpirant, doctrinæ venenum ovi-

cyum ſubjecit notam quampiam, in qua aſſerit, illum *Servierum* appellari, non *Servienum*. Equi-

ovium ſuarum oculis ſubjicit, omnesque paterno affectu hortatur, ut quæ ſimplicitatem ac credulitatem ſuam a peſſimis corruptoribus circumveniri paſſæ ſunt, voce Paſtoris excitatæ ab errore ad veritatem, & Eccleſiæ ſinum revertantur. Summa fere rerum capita ſecutus, varia pravorum horum dogmatum ac præſtigiarum exempla, quæ jam ſupra in ipſo Opere de *Veritate Concilii Burgofontani*, ad certos titulos revocata, ampliore commentario dilucidata ſunt, recenſet, & inter hæc etiam turpiſſimæ Appellationum nundinationis, de qua hic ſermo eſt, meminit, eumque, qui furtivo ærario, ac infamis negotii procurationi præerat, *Servienum*, non *Servierum* nominat. Subjunctum eſt huic Paſtorali Epiſtolæ ſcriptum aliquod, quod eidem occaſionem ac potiſſimum argumentum præbuit, & 27. Auguſti 1736 inter chartas Archi-Janſeniani cujusdam Curionis in Diœceſi Montiſpeſſulana, eo anno mortui, inventum, totumque ipſius manu exaratum erat: gemina ſcripti hujus inſcriptio eſt: prima: *Conſtitutiones ſeu Secretum Janſeniſmi*: altera: *Epiſtola Encyclica ad Diſcipulos S. Auguſtini &c.* ſubſcriptio vero: *Humillimi & addictiſſimi in JEſu Chriſto Sacerdotes in Portu Regio Diſcipuli S Auguſtini.* Ipſum autem ſcriptum contextum eſt ex perver-

Equidem mi Domine, dic candide, quos tu lectores tuos homines eſſe exiſtimes. Quænam fides hujus Gauterii, qui præter librum tuum & Notitias Eccleſiaſticas cæteris omnibus incognitus eſt, quanta ejus authoritas eſſe poteſt collata cum fide & authoritate Epiſcopi Charencyi, qui vobismet ipſis fatentibus *Servienum* appellat: deinde cum documento revocationis, quo *Servienus* hic ſuam ad Concilium appellationem ejuravit, ſi quidem documentum autographum ſit, quemadmodum pro certo tibi affirmatum eſt: Autographum enimvero eſt; res dubitationem non habet, ac poteris, ſi libuerit, multo probioris notæ, quam tuum ſit, de illo argumentum tibi comparare. Vicarius Generalis Diœceſis Virodunenſis, in cujus manibus ac fide Jacobus Servienus 10 Febr. 1724 revocationem appellationis ſuæ depoſuit, ſuperſtes adhuc eſt, & Pariſiis commoratur: in curia Metenſi Conſiliarius Eccleſiaſticus eſt, Vir ob provectam ætatem, multo etiam magis ob ſpectata ſua merita omni veneratione dignus: honorifica & jucunda ipſi erit occaſio teſtimonium impertiendi veritati, modo tibi velis laborem ſumere eundem conveniendi, ut tuus tibi error eximatur; ſimul etiam intelliges, quid de nimio victoriam ſibi gratulantium plauſu cenſendum ſit.

---

verſiſſimis documentis, præceptis ac monitis de ratione agendi cum vario hominum genere ſacri & profani ordinis, ut omnes depraventur, & Janſeniſmo initientur.

Sed jam tempus eſt ſolandi ac recreandi te : lubens gratificabor id tibi, ut partem cauſæ obtineas, quæ tibi jure debetur. Author *Veritatis &c.* recte & ex æquo faceret, ſi grati animi teſtificationem adderet. Optime de ipſo meritus es, cum eum docuiſti in alia editione per ſeipſum emendare locum aliquem, & quidem ſolum, qui non accurate citatus eſt. Hunc ſolum, inquam; nam ego ad rationes meas non refero locos, ab hoc authore citatos, quos cum tu inutiliſſimo verborum ambitu dilatatos attuliſſes, tibi criminari placuit, fuiſſe mutilatos: parva quædam fallacia eſt, quam tibi facile condono: tanti etiam non eſt frequentiſſima tua generalis exprobratio, falſo illum & mala fide aliorum verba afferre, quin tamen deſcendas ad peculiaria, vel exprobrationis hujus aliquam rationem ſubjicias. Atque ideo hæc duo fateare neceſſe eſt, nempe non notaſſe ac probaſſe te, niſi unum unicum locum perperam citatum; & ſi plures eorum eruere ac detegere potuiſſes, hos tibi certo elabi paſſurum non fuiſſe: quandoquidem liber aliquis, ſi alias recta methodo conſtructus ſit, nullo alio ſolidiore argumento melius confutari poteſt, quam ſi ipſius Author non bona fide in adſcribendis aliorum verbis ac teſtimoniis verſatus eſſe probis rationibus oſtendatur. Veniamus modo ad rem.

(*x*) Uni-

(*x*) Univerſus Janſeniſtarum Nannetenſium ordo, cum Romam non amplius pro Chriſtiani orbis metropoli haberi poſſe cenſeret, quoniam evaſiſſet *ſuperba Babylon*, *& ſentina omnium vitiorum*, *ubi nullum virtuti pretium eſſet*, *nulla pietatis haberetur ratio*, verbo, quoniam *non amplius eſſet Chriſtiana*, aliud ſibi centrum unitatis ac concordiæ, alium ſibi Papam ſe dignum conſtituere parabat: adjecit oculos ad urbem Ultrajectinam; quæ Romæ ſufficeretur, & ad Ultrajectinum Archiepiſcopum, qui ſibi loco ſummi Pontificis eſſet. Tres Romani Pontifices anathemate percuſſerant Archiepiſcopos Schismaticos Ultrajectinos: exigebat factionis ſtudium, imo etiam debitum novo ſuo Papæ officium, ut Nannetenſes hi Domini Archiepiſcopum, qui tum Sedem illam occupabat, de indiſſolubili vinculo, quo cum ipſo jungi peterent, certiorem redderent: ſubſcripſere igitur epiſtolæ ab Anteſignano cohortis ſuæ ad ipſum in hæc verba datæ: „non ego excuſo, Ampliſſime „Domine, confidentiam, quam, etſi tibi incogni„tus, mihi ſumo ſcriptis te appellandi litteris, ac „rogandi, ut in partem communionis tuæ veni„re me ſinas, ac viciſſim atteſter, nihil op„tare me magis, quam ut eandem tecum, & „cum illuſtri tuo Canonicorum Collegio, „quod veluti totam tuam repræſentat Eccle-

(*x*) Veritas Burgoſ. Conſil. T. II. P. VI. Q. III. art. III.

„ſiam, per omnem vitam conſervem; jus „enim & munus Miniſtri JEſu Chriſti poſtu„lat, ut operam ſuam conferat ad ſervan„dam unitatem fidei, & arcte complectatur „eos, quos videt ab ea injuſte reſciſſos fuiſ„ſe" a Romanis Pontificibus. En factum!

(y) Reſpondes, Authorem *Veritatis &c.* hæc verba in librum ſuum translata vitiaſſe, & cum dicere debuiſſet, *veluti repræſentat totam tuam Eccleſiam*, ſcripſiſſe, *veluti totam repræſentat Eccleſiam.* En accuſationem tuam!

Hæc autem accuſatio phyſice aut materialiter accepta, ut cum ſcholis loquar, vera eſt; quandoquidem in verbis illis tranſcriptis omiſſa eſt hæc vocula *tuam*: En confeſſionem delicti!

Notitiarum Scriptor hanc indiligentiam atque calami aberrationem *inſignis nequitiæ* poſtulat: tu vero addis ob eam *in tribunali juſtitiæ Authori Veritatis &c. manum amputandam eſſe.* En veſtram damnationis ſententiam!

Sed en Criſin quoque ac judicium ab amico meo, quem jam laudavi, pro modo ac ingenio ſuo paucis verbis comprehenſum: Per fidem meam, ajebat is, cum de hac veſtra ſententia loqueretur, ſi cuilibet e Janſenianis

(y) pag. 944 & ſeq.

nianis Scriptoribus ob Authorum verba & teſtimonia, quæ vel ex ipſis etiam ſacris litteris ſumpta ab iis corrupta ſunt, manus amputata fuiſſet, multos profecto inter ſuos mancos & unimanos numerarent. De quo igitur expoſtulat homo? verba accurate tranſcripta non ſunt: id non nego: at verborum ſenſus vitiatus non eſt; nam cum Ultrajectum centrum unitatis ſit, quod ſibi ipſis deſignarunt Janſeniſtæ, perinde ac Clerus Romanus vere dicitur repræſentare totam Eccleſiam Catholicam, vere etiam Ultrajectinum Canonicorum Collegium *totam Eccleſiam* Janſenianam, de qua agitur, *repræſentare* dicitur: cum igitur ſenſus ſit idem, in exſcribendis verbis facile error obrepere potuit.

Cæterum inter millenos aut duodecies centenos locos in *Veritate &c.* citatos, unus unicus non ſatis accurate tranſcriptus, & quidem ex (z) libro palam ubique expoſito, quam cauſam ac titulum præbet, Authorem *inſignis* damnandi *nequitiæ*, & dignum amputandæ manus ſupplicio pronunciandi? Nempe in ſolo Janſeniſtarum prætorio, & in ſolos ipſorum adverſarios tam ſeveræ feruntur ſententiæ. Si communi hominum ſenſu res æſtimetur, majore accuratione ac diligentia Scriptorum quiſpiam uti non poteſt, quam ipſe uſus

(z) Commentar. IV. de Conſiliis & molitionibus Janſeniſtarum pag. 7.

uſus eſt. Porro ſuppetebat *Veritatis &c.* Authori ad demonſtrandam ſyſtematis Burgofontani Executionem longe plus materiæ, quam ut in duobus juſtæ formæ libris locum habere poſſet; id, quod probe norunt, qui Janſeniſtarum artes, libros, ac mores exploratos habent. Quodſi igitur comperiſſet, locum Nannetenſis epiſtolæ, qui hic ventilatur, integre & nulla prætermiſſa vocula adducendum ad propoſitum ſuum nihil valere, miſſum illum feciſſet, ut alium argumento aptiorem, & eadem vi præditum pro data optione deligeret ac afferret. Denique ſi Author *Veritatis &c.* cauſam tam facilem & explicatam, qualis ſua erat, adulterinis teſtimoniis fulciri poſſe exiſtimaſſet, num ſatis illi fuiſſet unum unicum corrumpere? Si ſibi ſumpſiſſet iis, quos in Eccleſiæ hoſtium numero ducebat, ita perſonam detrahere, ut falſa illis affingeret, & comminiſceretur dici ab iis, quæ non dicunt, certe cum libro ſuo in juſtum omnium bonorum odium incurriſſet, probrum intuliſſet cauſæ Eccleſiæ Catholicæ, & iisdem, quibus larvatam ſimulationis ſpeciem eripere vult, pleniſſimæ victoriæ ac triumphi argumentum præbuiſſet.

Ex his obſervationibus id collige, hanc *inſignem nequitiam* non eſſe niſi modiciſſimum errorem, qui Authori *Veritatis &c.* præter omnem malam fidem ac propoſitum excidit.

cidit. (*) - - - - Illud interim tibi ſignificare præter rem non eſt, erratum hoc, quantulumcunque ſit, nec ullius ad qualecunque propoſitum momenti eſſe videatur, a modo tamen, quo cùm Notitiarum Scriptore illud exagitaſti, utiliſſimum evaſiſſe; nam noſtin' (forte aliunde jam tibi innotuit) quæ & Catholicorum, & ipſorum Janſeniſtarum, qui decepti, non deceptores, neque ex inſtituto, ac meditato & pertinaci conſilio Janſeniſtæ ſunt, mens ac vox fuerit, cùm viderent, quanta erratum hoc malignitate & tu & ille inſectati ſitis: Vah! ajebant, Janſeniſmus æterna ignominia oppreſſus eſt, ſi non niſi hoc unum ex iis, quæ Author *Veritatis &c.* producit, falſum eſſe oſtendatur; nam ex ipſius libro manifeſte conficitur, Janſeniſtas omni vi & ope in abominandi conſilii, quod iniiſſe accuſantur, executionem incubuiſſe: quocirca Notitiarum Scriptoris, & illius, cui librum refellendi provincia obtigit, ſummopere interfuit, ut in cauſam hanc ſe penitus demitterent, & eundem librum ſumma diligentia expenderent, omniaque adducta in eo teſtimonia cum Authorum ſuorum locis ac ver-

(*) Significat hic Vindiciarum Author, parari editionem *Veritatis &c.* in linguam Flandricam & Italicam converſæ; & optat, ut in utraque, uti & in Gallica, ſi quando liber recudatur, erratum hoc emendetur, & addatur vocula *tuam*.

verbis conſerrent, ut ſiquid in eo falſum & adulteratum extaret, clariſſimæ luci exponerent; Sed omnis & hujus & illius labor in id tandem recidit, ut pro vero dicere poſſint: in toto de *Veritate &c.* libro non extat, niſi unum unicum dictum non ſatis accurate & diligenter citatum; hæc autem indiligentia, quantacunque ſit, nulla in re mutat aut vitiat reliqua, quæ in hoc libro aſſeruntur. Ex hoc inferunt illi, Janſeniſmum hujus indolis ac formæ eſſe, qua hic Author eundem ipſis depingit, adeoque hæreſin, quam hic liber tam concinna & definita ratione in hominum conſcientiam adducit, omnium odiis & diris devovendam eſſe.

Ut rem fatear, mi Domine, pene ſuſpicio animum ſubit, Authorem *Veritatis &c.* dedita opera hoc in exſcribendis verbis erratum ſibi excidere paſſum eſſe, ut anſam præberet tam nativæ, tam ſolidæ obſervationi, quæ tantopere ipſius in citandis teſtimoniis fidem ac diligentiam commendat, atque tot aberrantes oves ad ſinum Eccleſiæ reducere poteſt, cum ipſis ſuismet tenendum oculis exhibet, quid ſit Janſeniſmus. Verum ſuſpicari id vetat veritatis ſtudium, quod in ipſius libro continenti ſerie ac ordine ubique locum ſuum obtinet; vetat conſpicua ingenui ac liberalis candoris facies, quæ vim facit Lectori, ut perſuaſiſſimum ſibi habeat, authori ſummopere cordi ac curæ fuiſſe, ne quid niſi accurate expenſum in medium afferat; nec minus ipſi tanquam ſincero veritatis cultori hoc decus vindicat, quod pro certo habeat, Sanctam religionem noſtram nec

leviſ-

leviſſimo etiam mendacio unquam defendi debere, aut poſſe.

De reliquo nihil aliud jam mihi agendum ſupereſt, quam ut vehementer te horter ad complectendum toto animo ſaluberrimum conſilium, quod tibi & Notitiarum ſcriptori datum eſt, nimirum, ut, quoad ejus fieri poſſit, *præſtantia contra librum de Veritate Burgofontani ſyſtematis antidota* a vobis conquirantur. Jam alterum tantum auxiſti numerum & indicem eorum, quæ ille in ſuis Notitiis Eccleſiaſticis propinavit: prudentiæ id tuæ fuit; nec in pluribus etiamnum ſuggerendis ac præſcribendis nimius eſſe potes: Italiam perinde, ac Galliam, teſte notitiarum ſcriptore, eorum advertit neceſſitas: hinc natum tantum Italiæ deſiderium ac ſtudium, egregiam quandam Reſponſi formam ſuppeditandi: id miror, quod Hollandia nondum aliquid hanc in rem molita ſit: præire, & omnium prima hoc negotium ſuo moderari conſilio debuerat. Confide; & ipſa quoque propediem operam vobis accommodabit, & ſchema ſuum atque *Antidotorum* indicem mittet. At pace tua dixerim: omnes hæ medicamentorum officinæ etſi *præſtantibus antidotis refertæ* pares non ſunt ſiſtendo malorum curſui, quæ vobis creat liber *de Veritate &c.* Optime id ipſe intelligis: *ſolicitationes ſpectatorum hominum, urgentium identidem, & poſtulata ſua iterantium, quæ te impulere,* uti ſcribis, *ad confutandum librum de Veritate Burgofontani ſyſtematis*, fidem faciunt, primores ſectæ probe ſentire,

quan-

quantum ab inſtante jam malo in mora periculum ſit; adeoque reſponſum reddendum eſſe, ſed ſolidum, quod oppoſitis directe argumentis, & ordinata rerum ſingularum recenſione librum adverſarii tui refellat: Certus eſto, idque alte defige animo, hujusmodi reſponſum unicum remedium atque *antidotum eſſe.* Glorior, & mihi gratulor, meis me conſiliis te illi in lucem prodendo parem effeciſſe: Tu fac properes edito *Volumine ſaltem in folio* illos erigere, ac confirmare, quos aberrans a propoſito prius reſponſum in ſummam animorum fluctuationem conjectos deſtituit. Aut modo, aut nunqunm *calamus tuus ſubtili acumine armatus* dexteritatem ſuam oſtendat neceſſe eſt.

Cauſa patrocinio non bona pejor erit. Ovid.

IN-

INDEX

Nominum ac rerum memorabilium, quæ utroque Tomo continentur.

Numerus Romanus Tomum, arabicus paginam indicat.

A.

Abellyus.

Ruthenenſis Epiſcopus, Scriptor vitæ S. Vincentii a Paulo. *I. 166.*

Abſolutio.

In Sacramento Pœnitentiæ, a Sancyrano judicium remiſſionis peccatorum duntaxat declaratorium eſſe dicitur. *I. 74.*
Impium de abſolutione ſub vitæ exitum Hamoni Janſeniſtæ principium. *I. 282.*

Adamus.

Differentia inter gratiam Adami, & gratiam JEſu Chriſti a Sancyrano tradita, quænam ſit. *I. 104.*

Advocati.

Pariſini Janſeniſtarum oracula ſunt: proterva & iniqua eorum ſcripta, Conſultationes ac deciſiones in cauſis Eccleſiaſticis contra Catholicos. *II. 368. ſeq.*

Turpis aſſentatio Epiſcopi Sanitienſis, qua palpat & extollit hos advocatos. *II. 369.*

Aerius.

Primus ſimplices presbyteros æquavit Epiſcopis: refutatus a S. Epiphanio. *II. 332.*

Agnes.

A S. Paulo, Arnaldina, Antiſtita Portus regii, a Sancyrano depravata: ineptæ ejus & fatuæ ad Sancyranum epiſtolæ. *I. 95 & ſeq.*

Alexander VII.

Summus Pontifex definit, quinque propoſitiones Janſenii in ſenſu ab Authore intento damnatas eſſe. *I. 353.* & *II 242.*

Altare Dominicale.

Nova Altaris forma a Janſeniſta Pietpiedio conſtructa, excluſa Chriſti cruci affixi imagine. *I. 464.*

Amyotus.

Ejus epiſtola ac teſtimonium de hypocriſi Hamelii Janſeniſtæ, pœnitentiæ publicæ præconis & inſtauratoris. *I.* 237.

Anathema.

Janſeniſtæ cum Queſnello verbis & exemplo docent Fideles Eccleſiaſtica anathemata flocci pendere. *II.* 311.

Angeli.

Cantores eſſe dicuntur ab Hamono in funeribus Janſeniſtarum. *I.* 284.

Antverpia.

Antverpienſis Senatus Calviniſtarum de combuſto Antverpiæ Jeſuita calumniam refellit. *II.* 136.

Appellantes. Appellatio.

Appellantes quatuor Galliæ Epiſcopi, a Bulla *Unigenitus* ad futurum Concilium, formam appellationis a Luthero mutuantur. *II.* 395.

Malæ artes Janſeniſtarum augendi appellantium numerum: grandem pecuniæ ſummam fraudulento obtentu colligunt, ut appellantes & appellationes coëmant. *II.* 397. *ſeq.*

Arnaldus Andylius.

Intimus Sancyrani amicus, Conventui Burgoſontano præſens. *I.* 33. *ſeq.*

Arnaldus Ant.

Ejus cenſura de Narratione Conventus Burgofontani. *I.* 17.
Fraudulentia ejusdem in impugnanda illius veritate. *I. 29. ſeq.*
Diſcipulus & pravorum Sancyrani dogmatum hæres: Ejus indoles & vitia. *I.* 177 & 178.
Magnifice prædicatur a Sancyrano tanquam futurus doctrinæ ſuæ vindex. *ibid.*
Vivo Cardinali Richelio ob novitatem doctrinæ ſuæ Doctoris gradum conſequi non poteſt. *I.* 180.
Peſtifera ipſius principia a Theologica Facultate Pariſina damnantur: e Doctorum albo expungitur. *I.* 180. 181.
Sancyrano idem eſt, quod Melanchthon Luthero, & Beza Calvino. *I.* 182.
Librum *de frequenti communione* edit, ut Fideles a ſacramentis Pœnitentiæ & Euchariſtiæ avertat. *I.* 183.
Reginæ Romam ire jubenti paret, ſed intra latibula ſe tenet Pariſiis. *I.* 183. 184.
Liber ipſius turbas ciet in Polonia & Belgio: damnatur, & proſcribitur. *I.* 185. 186.
Idem ab Herſantio Janſeniſta variis notis perſtringitur, & falſæ doctrinæ de diuturna a SS. Euchariſtia abſtinentia, ac ſatisfactionē abſolutioni præmittenda &c. arguitur. *I.* 187. *& ſeq.*
Bayleo teſte communis ſenſus erat, non aliud Arnaldum ſpectare, quam ut Chriſtianus

populus a duorum ſacramentorum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ uſu abſtrahatur. *l.* 194.
Occaſio, quam Arnaldus arripuit librum ſuum de *frequenti communione* edendi in publicum. *l.* 195. *& ſeq.*
In recitandis Adverſarii ſui verbis mala arte & fide utitur. *l.* 197.
Falſa Arnaldi in libro *de frequenti communione* doctrina expenditur. *l.* 197 - 223.
Ejus principia ac dogmata de neceſſitate pœnitentiæ publicæ, & conjunctæ cum illa, tanquam partis præcipuæ, abſtinentiæ ab Euchariſtia. *l.* 198 *& ſeqq.* 205.
Ejus declamationes in hodiernum Eccleſiæ morem adminiſtrandi ſacramentum Pœnitentiæ: Pœnitentiam ac ſatisfactionem abſolutioni præmittendam eſſe decernit. *l.* 201. *& ſeq.* 204. *& ſeq.*
Peccatoribus ſub extremum vitæ tempus reſipiſcentibus abſolutionis beneficium impendi poſſe negat. *l.* 203.
Ex Canone *omnis utriusque*, & Concilio Tridentino neceſſitatem inſtaurandæ hodie pœnitentiæ publicæ & abſolutioni præmittendæ peſſime colligit. *l.* 207. *& ſeq.*
Rem & modum pœnitentiæ publicæ in privatione Euchariſtiæ conſtituit. *l.* 210. *& ſeq.*
Authoritate S. Caroli ad probandam malam ſuam doctrinam fœde abutitur. *l.* 215.
Non modo peccatores a vera pœnitentia & Euchariſtia, ſed etiam pios ac juſtos avertit, idque etiam tempore Paſchali. *l.* 217. *& ſeqq.*

Marci de Dominis Schiſmatici opus *de Republica Chriſtiana* in uſus ſuos adhibet. *I. 245.*
A quo ſub vitæ exitum receperit Viaticum. *I. 309.*
Modum diſtinguendi jus a facto, quo ad eludendam Bullam Innocentii X. utuntur Janſeniſtæ, primus ſuggerit *I. 366.*
Factionis Janſenianæ dux effectus ad depravandas fœminas lingua patria Apologias pro doctrina Janſenii ſcribit. *I. 369.*
Bullam Urbani VIII deſpicatui habet. *I. 371.*
Iſaaco Haberto Catholicorum dogmatum Vindici conviciis reſpondet. *I. 372.*
Ejus doctrina de gratia, libertate, præceptis Dei, & morte a Chriſto pro hominibus obita perfecte conſentit cum doctrina Burgofontana & Janſenii. *I. 373 - 385.*
Poſt editum *de frequenti communione* librum multum imminutus etiam tempore Paſchali SS. communionum numerus. *I. 470.*
Doctrina ipſius de pœnitentia publica &c. a S. Vincentio a Paulo graviter perſtringitur ac refutatur. *I. 471. 479.*
Continuator fuit infamis & referti calumniis libri *Moralis Practicæ Jeſuitarum. II. 107.*
In approbandis S. Auguſtini libris Sedem Apoſtolicam infallibilem eſſe agnoſcit; negat infallibilem eſſe in damnando Auguſtino Iprenſi. *II. 245.*

Arnaldus Henricus.

Epiſcopus Andegavenſis Janſeniſtarum ſollicitationibus inductus, Religioſorum Mendicanti-

cantium privilegia invadit: nunquam amplius cum illis in gratiam redit. *II. 58.*

Cum tribus aliis Galliæ Epiſcopis Clementi IX ficto obſequio imponit. *II. 253.*

Auguſtinus.

Confœderati Burgofontani S. Auguſtini doctrinæ defenſores ſe dicere ſtatuunt. *I. 15.*

Epiſtola S. Auguſtini *de Virginitate* cum notis, quæ craſſis erroribus contra vota religioſa ſcatent, a Sancyrano edita. *I. 56. & 118.*

S. Auguſtinus *de Opere Monachorum* cum notis & obſervationibus Camuſii, liber contra ſtatum religioſum & directores conſcientiarum. *II. 49.* prohibetur & ſupprimitur. *II. 54.*

Cur libro Janſenii inditum nomen *Auguſtini*, & Janſeniſtis *diſcipulorum S. Auguſtini. I. 304.*

Auguſtinus Janſenii pluribus typis prodit: laudatur a Calviniſtis. *I. 282.*

Aurelius Petrus.

Aurelii Petri ſeu Sancyrani *de Hierarchia* liber calumniarum contra Jeſuitas catalogus eſt. *I. 123.*

Immerito a Barcoſio ſummis laudibus ornatur. *I. 157.*

Cleri Gallicani malo dolo circumventi ſumptibus imprimitur. *I. 158.*

Regis juſſu ſupprimitur. *ibid.*

B.

Barcoſius.

Sancyrani nepos, in Apologia pro ſuo avunculo laudat compoſitam ab hoc ſecretam coronam SS. Sacramenti blasphemiis plenam. *I. 71.*
Perverſo Avunculi de Sacramento Pœnitentiæ errori ſuffragatur. *I. 73.*
Traditam ab eo doctrinam perperam negare convincitur. *I. 76.*
Abolendo ſacramentorum uſui ſtudet. *I. 228.*
Hæreſin de gemino Eccleſiæ capite pluribus libris tuetur: in Epiſcopum Vaurenſem contumelioſiſſimo ſtylo utitur. *II. 234. ſeq.*

Bayleus.

Nominatim recenſet eos, qui conventiculo Burgofontano interſuere; errat autem in nominando Ant. Arnaldo. *I. 8.*
Perperam negat, Arnaldum Andylium interfuiſſe Conventui Burgofontano. *I. 39.*
Ejus teſtimonium de communi ſenſu ac ſcopo libri Arnaldini *de frequenti communione. I. 194.*
Ejusdem dicta & ſententiæ de libris contra Jeſuitas ſcriptis. *II. 104. 108. 109.*

Bellegardius.

Archiepiſcopus Senonenſis ante obitum fraudes Janſeniſtarum agnoſcit: teſtimonium

ipſius de perverſâ doctrinâ Sancyrani & aſſeclarum. *I. 171 & ſeq.*

Benjamin de

Senonenſis Generalis Vicarii iniqua & tumultuoſa contra PP. Jeſuitas agendi ratio. *II. 64 & ſeq.*

Bergenſis.

Epiſcopus Antverpienſis Calviniſtarum de Jeſuita Antverpiæ combuſto fabulam teſtimonio ſuo elidit. *II. 135.*

Berullus.

A Sancyrano fucata ſtudii in ſe & ſuos ſimulatione decipitur. *I. 53.*

Boonenus.

Archiepiſcopus Mechlinienſis Janſenio addictus obſtat, ne Bulla Urbani VIII, qua Janſenii *Auguſtinus* damnatur, promulgetur in Flandria: ſacris interdicitur. *I. 350.*

Bordeus.

Oratorianus Janſeniſta: ejus ſceleſtum dogma de Bulla Unigenitus. *II. 393.*

Burgofons.

Carthuſia in Gallia, in qua a Janſeniſtarum Coryphæis contra religionem JEſu Chriſti

conventus celebratus eſt: geſtorum in hoc conventu Narratio juridica anno 1654 typis edita. *I. 5. & ſeqq.*

Burgofontani Conventiculi veritas ex epiſtolis Janſenii ad Sancyranum oſtenditur. *I. 22. & ſeq.*

Summa Burgofontani ſyſtematis, & quatuor viæ ac modi illud exequendi. *I. 43. ſeq.*

Inter Confœderatos Burgofontanos munerum partitio pro adhibendo uſu adjumentorum ad invehendum Deiſmum. *I. 46.*

Quinque Burgofontanæ doctrinæ capita quinque veritatibus Catholicis oppoſita. *I. 330. ſeq.*

Burgofontana doctrina recta ad Deiſmum via. *I. 335. ſeq.*

C.

Cadieria. Cadierii.

Cadieria improba hypocriſi imponit Girardio Jeſuitæ: fraus detegitur: de atrociſſimis flagitiis eundem Jeſuitam per immanes calumnias inſacro ac profano tribunali poſtulat. *II. 138. & ſeqq.*

Cadierii unus ſæcularis, alter religioſus Sacerdos, Cadieriæ fratres, ſtructæ in P. Girardium machinæ architecti & adjutores. *ibid.*

Calenus.

Ex intimis Janſenii amicis ſummo æſtu urget editionem *Auguſtini* Janſenii. *I. 347. & ſeq.*

Calvinus. Calviniſtæ.

Calvinus Sancyrani dux & præceptor in doctrina de inamiſſibilitate gratiæ ſanctificantis. *I. 105.*

Sancyrani de hoc hæreſiarcha ſententia. *I. 167. & 468.*

Calviniſtæ Janſeniſticum catechiſmum *de gratia* ſummo plauſu excipiunt *I. 397. & ſeqq.*

Eorum conventus Gratianopolitanus contra Jeſuitas. *II. 132. ſeq.*

Prototypon, quod in hiſtoria de P. Girardio imitandum ſibi ſumpſere Janſeniſtæ, de combuſto Antverpiæ Jeſuita procudunt. *II. 135.*

Camuſius.

Epiſcopus Bellicenſis Conciliabulo Burgofontano præſens. *I. 8.*

Primus operam ſuam ſpondet & navat ad infamandos conſcientiarum directores. *II. 5.*

Quis & qualis fuerit, ubi & quando mortuus. *II. 8.*

Simulatione pietatis in amicitiam S. Franciſci Saleſii irrepit. *II. 9.*

Fabulis amatoriis & procantium hiſtoriis ſcribendis delectatur: ſordes in his fabulis: præceps & inconſideratus ſcribendi modus: argumenta librorum Camuſianorum &c. *II. 10. & ſeqq.*

S. Franciſci Saleſii nomine abutitur. *II. 13.*

Verbis S. Codicis abutitur: ſcriptas piorum religioſorum vitas acerbo dicterio appetit: Epiſcopos inſectatur. *II. 18. & ſeq.*

Su-

Suſceptum a ſe Burgoſontem iter ipſe deſcribit. *II. 23.*
Director Gratuitus, liber Camuſii contra Conſçientiarum directores ſcriptus: hos omnes Camuſius de avaritiæ vitio & faciendo in regendis conſcientiis quæſtu impudenter reos agit. *II. 27 - 47.*
Directores ex ordine quodam religioſo, ſed cujus unicum duntaxat in tota Gallia domicilium eſt, ab hac labe excipit. *II. 46.*
S. Auguſtinus de opere Monachorum cum notis & obſervationibus, liber alter Camuſii contra ſtatum religioſum, & directores conſcientiarum ſcriptus. *II. 49.*
Admonetur a Cardinali Richelio, ut hunc librum ſupprimat; ſpondet quidem ſe id facturum, ſed datam fidem fallit. *II. 53.*
Liber hic jam typis editus prohibetur & ſupprimitur. *II. 54.*

Capucini.

A Gondrino Archiep. Senonenſi Janſeniſtarum artibus depravato iniquiſſime vexantur. *II. 67. ſeq. 74.*

S. Carolus Boromæus.

Pium uſum frequentandi pœnitentiæ ac SS. Euchariſtiæ ſacramenta inſtaurat: Ejus authoritate Arnaldus ad probandos ſuos errores fœde abutitur. *I. 215.*

Car-

Carthuſiani

Burgofontani a Deiſtis Burgofontanis corrupti. *I. 20.*

Catechiſmus

Janſeniſticus *de gratia*, peſtilens libellus corrumpendis plebeiis hominibus deſtinatus: pluribus typis excuditur, & in varias linguas transfertur: damnatus ab Innoc. X, ſubſtituto alio titulo iterum recuditur &c. *I. 387. ſeq.*

Perverſa hujus catechiſmi doctrina exponitur. *I. 389 - 396.*

A Calviniſtis ſummo gaudio ac plauſu excipitur. *I. 397. & ſeq.*

Cauletus.

Teſtis contra Sancyranum a Janſeniſtis malæ fidei accuſatur: Epiſcopus dein Apamienſis Janſeniſmi fulcrum fit, & ab iisdem inter Sanctos refertur. *I. 103 & 104.*

Clementi IX una cum tribus aliis Galliæ Epiſcopis ficto obſequio imponit. *II. 253.*

Caumartinus

Epiſc. Ambianenſis Janſenianæ factioni addictus Catechiſmi *de Gratia* promotor. *I. 388.*

Jeſuitis & Capucinis ſacris miniſteriis interdicit. *II. 57.*

Cha-

Communio.

Sancyranus Communionem ad delenda peccata plus valere, quam confeſſionem aſſerit. *I. 75. & ſeq.*
A S. communionis uſu Fideles avertere conatur. *I. 82. & ſeq.*
Longam a S. communione abſtinentiam antiquæ Eccleſiæ propriam fuiſſe mentitur. *I. 85.*
Liber Arnaldi de *frequenti communione* ad abolendum Pœnitentiæ & SS. Euchariſtiæ uſum deſtinatus &c. *I. 183. & ſeqq.*
Idem liber ſub aliis titulis editur. *I. 245. & ſeq.*
Impia de communione dogmata Hamoni Janſeniſtæ. *I. 276. & ſeqq.*

Concilium.

Concilia Oecumenica primæ Eccleſiæ, quibus vel per ſe, vel per ſuos Legatos præfuit Papa. *II. 221.*
Concilii Valentini verbis & doctrina Sancyranus peſſime abutitur. *I. 110.*
Conciliorum deciſionibus infallibilitatem Janſeniſtæ a populi judicio & conſenſu accerſunt. *II. 324.*
Novæ conditiones & leges pro habendo futuro Concilio a Janſeniſtis latæ, eædem fere ſunt cum conditionibus Lutheranorum. *II. 427.*

Condæus

Princeps de Arnaldino libro querelam ad Reginam defert, & ipſe calamo ſuo illum refellere aggreditur. *I. 183.*

Confeſſio.

Confeſſio peccatorum venialium a Sancyrano ſacramentalis eſſe negatur. *l* 72.
Peccatorum mortalium quoad numerum & circumſtantias ſpecificas ex mente Sancyrani neceſſaria non eſt. *l* 73.
Confeſſio a Sancyrano in ludum & jocum verſa. *l.* 80
Perfecta contritio ad ſacramentum ex Sancyrani effato abſolute neceſſaria eſt. *l.* 74.
Impia dogmata Hamoni de Confeſſione. *l.* 269. *& ſeqq.*

Conſecratio.

Apud Janſeniſtas omnes, qui ſacrificio miſſæ aſſiſtunt, conſecrant. *l.* 259.
Sacerdotis Janſeniani impium de conſecrata SS. hoſtia dictum. *l.* 324.

Cornetus.

Doctor Pariſinus ad conventum Sorbonæ Janſenii doctrinam defert. *l.* 351.

Corona.

Secreta SS. Sacramenti a Sancyrano compoſita, blaſphemis contra myſterium Incarnationis erroribus ac delirationibus plena *l.* 61. *& ſeqq.*
Corona hæc damnatur Romæ, & a Sorbona. *l.* 68. laudatur a Janſenio. *l.* 70. a Sancyrano

no pro ſuo opere agnoſcitur ; & ſumma contentione defenditur. *ibid.*

Coſpean.

Nannetenſis, dein Lexovienſis epiſcopus, Burgofontano Conventiculo præſens *l.8.* in partem impii negotii venire renuit. *I. 10.*

Couetus.

Janſeniſta in improbiſſimis ſuis Epiſtolis Epiſcoporum Ordini inſcriptis, rationem reddit, cur præ omnibus Sectæ Janſenianæ adverſariis Jeſuitæ ab Epiſcopis a ſacris miniſteriis excludendi ſint. *II. 159. & ſeqq.*

D.

Dæmon

Diſcrimen inter gratiam Dei, & tentationem dæmonis ex mente Sancyrani. *I. 103.*

Deiſmus.

Ad Deiſmum ſupra ruinam religionis JEſu Chriſti ſtabiliendum quatuor adjumenta in conventu Burgofontano deliguntur. *I. 11. & ſeqq.*

Deiſmus quid ſit, ſeu quid Deiſtæ de Incarnatione, gratia, & præceptis Dei ſentiant. *I. 334.*

Burgofontana doctrina recta ad Deiſmum ſemita eſt. *ibid. & ſeq.*

Director

Gratuitus liber Camuſii ad infamandos omnes conſcientiarum Directores ſcriptus. *II.* 27. *ſeq.*
Directores & arbitri conſcientiarum omnes à Camuſio de avaritia & quærendis in animarum directione emolumentis ſuis proterve accuſantur. *II.* 29. *& ſeqq.*

Diſtinctio

Juris & facti Janſeniſtarum quid ſit: quàm fallax & iniqua. *II.* 240. *ſeq.*

Dupinus

Perverſe ſentit de conjugio Sacerdotum, auriculari confeſſione, & transſubſtantiatione: impium ipſius de hac poſtrema dictum ſub vitæ exitum, & ſacrilegus in præbendo eidem viatico ludus. *I.* 313 *& ſeq.*
Sceleſtiſſima ejusdem machinatio Eccleſiam Gallicanam conjungendi cum Anglicana. *II.* 37.

E.

Eccleſia.

Eccleſiæ definitio a Sancyrano fabricata. *I.* 54. eadem convenit etiam Deiſmo. *I.* 156.

Sancyranus Eccleſiam Chriſti inviſibilem reddit. *I. 155. & 160.*
Eandem defeciſſe, & hodie adulteram ac proſtitutam eſſe blaſpheme calumniatur. *I. 164. & 169.*
Eccleſiæ regimini ex inſtitutione Chriſti Monarchico, aliquid de regimine ariſtocratico admixtum eſt. *II. 192.*
De gemino Eccleſiæ capite hæreſis: damnatur ab Innoc. X. *II. 234. ſeq.*
Eccleſia JEſu Chriſti a Queſnello & Janſeniſtis in cœtu ſolorum Electorum conſtituitur, & inviſibilis redditur. *II. 269.*
Eccleſia Romana unitatis centrum: immanibus a Janſeniſtis calumniis oneratur. *II. 275. ſeq.*

Epitaphium

Contumelioſiſſimum Clementi XI a Janſeniſtis conditum. *II. 292.*

Epiſcopus.

Epiſcopi non ſunt ſummi Pontificis Vicarii, ſed ex inſtitutione Chriſti veri animarum Paſtores & Eccleſiæ Principes, Papæ tamen ſubjecti. *II. 190.*
Oppoſita Catholicæ doctrinæ prava Janſeniſtarum dogmata de munere, dignitate ac juribus Epiſcoporum. *II. 318.*
Janſeniſtæ Epiſcopos æquant Papæ; nec ſecius ſimplices presbyteros æquant Epiſcopis. *II. 325. & ſeq.*

Euchariſtia.

Conventus Burgofontanus SS. Euchariſtiæ uſum tollere decernit. *I. 11.*

Sancyranus Euchariſtiæ effectus extollit, ut tollat uſum Sacramenti Pœnitentiæ. *I. 75. & ſeq.*

Ejusdem Sancyrani nefaria de Euchariſtiæ uſu, & audiendo ſacro placita. *I. 82. & ſeq.*

Euchariſtiæ privatio ex mente Arnaldi præcipua publicæ olim, feriæ hodie pœnitentiæ pars eſt. *I. 200. & ſeq.*

De transſubſtantiatione & reali Chriſti in Euchariſtia præſentia Janſenianæ factionis capita vix aliquid fidei reliquum habent. *I. 307. & 311.*

F.

Fabulæ

Amatoriæ Camuſii, ſordibus plenæ, *II. 10. & ſeq.*

Fæminæ

Apud Janſeniſtas agunt presbyteras, & Miſſas dicunt. *II. 360.*

Faydovius

Doctor Sorbonicus, peſtilentis libelli, *catechiſmi de gratia* author. *I 388.*

Filovius

Narrationis juridicæ de Conventu Burgofontano ſcriptor. *I. 5.*

Novæ Janſeniſtarum doctrinæ adverſatur. *I.* 7.
Narrationem juridicam juſſu Reginæ, Matris Ludovici XIV, edit; quæ ejusdem hac in re ſtudium probat. *I.* 17.
Veritatem narrationis a ſe editæ epiſtolis Janſenii ad Sancyranum datis probat. *I.* 21. *& ſeq.*

Formulare

Seu forma ſubſcribendi Bullæ Innocentii X ab Epiſcopis Galliæ præſcripta. *II.* 248.
Aliud Alexandri VII petentibus rege & Gallicanis Epiſcopis. *I.* 262. *& ſeq.* item. *II.* 250.

Fortinus

Curio Janſenianus Pariſiis, curat, ut octo ſcripta nomine curionum Pariſienſium contra ſectæ inimicos, & præſertim Jeſuitas edita, ab Arnaldo, Nicoleo & Paſcali in Portu regio fabricentur. *II.* 99.

Foucquetus

Oratorianus, Janſeniſta, moribundum ex perverſo de contritionis neceſſitate principio non abſolvit. *I.* 324.

S. Franciſcus Saleſius.

Camuſius ficta pietatis ſpecie in hujus Sancti Præſulis amicitiam irrepit, ejusque nomine abutitur. *II.* 9. *&* 13.

Fra-Paolo.

Vide Sarpius.

Fromondus

Intimus Janſenii amicus ſummo ſtudio urget editionem *Auguſtini* Janſenii. *I. 347. ſeq.*

G.

Gerberonius

Ad pervertendos virtutum ſtudio addictos librum edit; ſpecioſus libri titulus, argumentum & ſtylus. *I. 406. ſeq.*

Principia & dogmata hujus libri de Janſeniana perfectione ac ſanctitate expenduntur, & plene cum Burgofontana doctrina congruere, ac intime cum Deiſmo connexa eſſe monſtrantur. *I. 409 - 415.*

Gerberonianum hoc opus Romæ & in Gallia damnatur. *I. 416.*

A Gerberonio acerbo & injurioſo ſcripto pertinaciter defenditur. *I. 417.*

Gerberonius Bruxellis comprehenditur: actione inſtituta latæ in ſe ſententiæ obſtinate reſiſtit. *I. 419.*

Primum Ambiani, dein Vincennis cuſtodiæ traditur. *I. 420.*

Ad frugem redit, & errores ſuos retractat. *ibid. & ſeq.*

Gerſon.

Ejus ſententia de Monarchico regimine & principatu Papæ. *II. 282.*

Gerſonis Spiritus liber Janſeniſticus: regimen Eccleſiæ Ariſtocraticum eſſe, inani & futili argumento probat. *II. 283.*

Girard

Jeſuita, atrociſſimorum criminum ad ſacrum & profanum forum delatus, de calumnia glorioſiſſime triumphat: ipſe ſumme legitimum innocentiæ ſuæ teſtimonium ſub extremam horam reddit. *II.* 137 - 143.

Gondrenus

Fruſtra Sancyranum ad ſaniorem mentem revocare conatur *I.* 53.

Gondrinus

Archiepiſcopus Senonenſis Arnaldi librum *de freq. commun.* novo titulo inſignitum edi jubet. *I.* 245.

Creatus Archiepiſcopus Senonenſis a Janſeniſtis depravatur. *II.* 60.

Patres Jeſuitas perſequendi initium facit, & variis eos mandatis onerat. *II.* 61. *& ſeq.*

Feſtivo reſponſo ac ludo in templo PP. Capucinorum excipitur. *ibid.*

Jeſuitis audiendis confeſſionibus interdicit: approbatos unquam falſo eſſe negat &c. *II.* 67.

PP. Capucinos acerbiſſime vexat. *II.* 68. *ſeq.*

Nullo patrocinio placari ſe ſinit, & contra Jeſuitas ac Capucinos furere pergit. *II.* 70. *ſeq.*

Tragicam contra PP. Jeſuitas in cathedrali æde ſcenam inſtruit &c. *II.* 72 *&* 73.

Eodem furore adoritur Capucinos. *II.* 74.

Ante mortem ſubſcribit Conſtitutioni Innocentii X, & ob id inter Janſenianos Heroes ac Divos locum non habet. *II.* 76.

Gra-

Gratia

Errores Sancyrani de Gratia actuali & ſanctificante. *I. 101. ſeq. 105.*

Sancyranus gratiam ſufficientem dari negat. *I. 103.*

Dogma Burgofontanum de gratia efficace & ſufficiente Concilii Tridentini doctrinæ contrarium. *I 330. ſeq.*

Cum Burgofontano dogmate de gratia perfecte conſentit doctrina Janſenii & Arnaldi. *I. 373. ſeq.*

Catechiſmus *de gratia* libellus Janſeniſticus ad pervertendos plebeios homines. *I. 387. ſeq.*

Groſius

Janſeniſta, author libri, qui *Everſio libertatum Eccleſiæ Gallicanæ per Conſtitutionem Unigenitus* inſcribitur: prava ejus doctrina de Appellatione ad Concilium. *II. 307.*

Grotius.

Quæ ejus ſententia de *Auguſtino* Janſenii. *I. 349.*

Guetus

Ejus de Janſeniano Notitiarum Eccleſiaſticarum ſcriptore judicium. *II. 148.*

Guimenea

Princeps, Factioni Janſenianæ irretita, Sableæ Marchioniſſæ frequentiorem ad S. Communionem acceſſum carpit. *I. 195.*

Guys

De eo a Jeſuitis ſpoliato mendaciſſima fabula, ex omni juris forma refutatur. *II. 113.*

Ad eandem fabulam poſt 40 annos inſtaurandam immanis dolus adhibetur. *II. 114. ſeq.*

H

Habertus

Iſaacus, primus in Gallia Janſeniſmo ſe opponit; ſcripta nomine 85 Epiſcoporum epiſtola ſummum Pontificem de perverſa *Auguſtini* Janſenii doctrina edocet. *I. 352.*

Pariſiis ſummo ſtudio veritatem Catholicam contra Janſenianos errores defendit, & ob id ab Arnaldo conviciis oneratur. *I. 171. ſeq.*

Hamelius

In Diœceſi Senonenſi Curio Janſenianus, homo fallacis & impotentis animi: pœnitentiam publicam in parochiam ſuam inducit. *I. 228. ſeq.*

Dynaſtæ pagi filiam pœnitentiæ publicæ ſubjicit, ex qua iſta moritur. *I. 232.*

Irriſam a caupone pagi pœnitentiam ſuam publicam ferociter ulciſcitur. *I. 233.*

Abſurda ejusdem contra alium Curionem agendi ratio. *ibid.*

Ob malam de ſe famam clam e Parochia ſua fugit. *I. 234.*

Callidis Janſeniſtarum artibus Pariſiis S. Mederici parœciæ præficitur. *I. 235. ſeq.*

Pœnitentiam publicam in novam ſuam parochiam introducit. *I. 236.*

Ni-

Nimia ejus cum fœminis conſuetudo, ſimulata gravitas, & hypocriſis. *l. 237.*
Relegatur Pariſiis. *l. 240.*

Hamonus

Medicus, & in Portu Regio Solitarius: ridiculæ laudes, quibus a Janſeniſtis ornatur hic Medicus. *l. 264. ſeq. 286.*
Scripto pro inſtitutione & ſolatio religioſarum Portus Regii Tractatu, easdem in ſua contra veritatem & legitimam poteſtatem obſtinatione c[illegible]firmat. *l. 267. ſeqq.*
Impia deliramenta Hamoni in hoc Tractatu
- - De Confeſſione *l. 269 - - 275*
- - De SS. Eucharistiæ uſu. *l. 276 - - 279.*
- - De privatione S. Viatici. *l. 280.*
- - De negata abſolutione ſub vitæ exitum. *l. 282.*
- - De ſepultura Eccleſiaſtica. *ibid. & ſeq.*
Fructus & effectus nati ex hoc Tractatu. *l. 285.*
Tractatus hic ab Epiſcopo Maſſilienſi proſcribitur. *l. 287.*

Harduinus Perefixius

Archiepiſcopus Pariſinus, Virgines utriusque Portus Regii ſeverioribus etiam remediis ad officium revocare nequicquam conatur. *l. 261. & ſeq.*

Henricus a S. Ignatio

Author librorum infamium: *Artes Jeſuiticæ* & *Tuba magna II. 171.*

Hermantius

Canonicus Bellovacenſis, ob ſcriptas pro Ar-

naldo vindicias, e Sorbona, & Cathedrali Collegio ejicitur. *I. 387.*

Fruſtra Janſeniſtas ſuos a Calviniſmi labe purgare nititur. *I. 404.*

Herſantius

Janſeniſta, librum Arnaldi *de frequenti communione* ſapientibus obſervationibus perſtringit. *I. 187. & ſeqq.*

Arnaldum malæ fidei in recitandis impugnati a ſe Adverſarii verbis poſtulat. *I. 197.*

Hollandia

Aſylum profugorum Janſeniſtarum. *II. 149.*

Hottingerus

Præco Tigurinus, Janſeniſtarum Legatis Roma redeuntibus difficultatem objicit, e qua ſe expedire non poſſunt. *II. 203.*

Humbertus de Precipiano

Archiepiſcopus Mechlinienſis librum Arnaldi *de frequenti communione* damnat. *I. 186.*

I.

Janſeniſmus. Janſeniſtæ.

Janſeniſtarum Anteſignani potius Deiſtæ, quam Janſeniſtæ appellandi. *I. 6. & 16.*

Quid ſit apud Janſeniſtas viam pœnitentiæ ingredi. *I. 322.*

Profanarum veſtium apud Janſeniſticos Sacerdotes uſus. *ibid.*

Cur ſe Janſeniſtæ appellent S. Auguſtini diſcipulos. *I. 340.*

Eorum convitia in Bullam Innocentii X. *I. 359.*

Va-

Varia eorum effugia & locutionum formæ de quinque propoſitionibus Janſenii ad eludendam Bullam Innocentii X. *I. 366.*

Cur non aperte deficiant ab Eccleſia, & ſe jungant Calviniſtis. *I. 403.*

In 101. propoſitionibus Queſnelli ab Eccleſia damnatis, totidem Catholicas veritates damnatas eſſe aſſerunt. *I. 437.*

In defendenda peſtiſera Queſnelli doctrina promovendo Burgofontano ſyſtemati ſtudent. *I. 451.*

Fraus eorum in prædicanda virtute charitatis: prava ſua doctrina illius exercitium difficillimum reddunt. *I. 452. & ſeq.*

Myſterium Incarnationis faciunt inutile. *I. 458. ſeq.*

Commune eorundem ſtudium ad infamandos religioſos animorum directores. *II. 56.*

Sectæ ſuæ adverſantibus nomen *Jeſuitarum* vel *Moliniſtarum* imponunt. *II. 78.*

Cur Jeſuitis præ reliquis infenſi ſint. *II. 78. & ſeq.*

Fallaci nomine defendendæ contra religioſos hierarchiæ aliquot Epiſcopos, & plures Curiones ad partes ſuas attrahunt. *II. 59.*

Pariſios tot addictos ſectæ Curiones inducunt, ut numero vincant Catholicos. *II. 95.*

Calumnioſæ eorum lamentationes de ruina ordinis Jeſuitici. *II. 101.*

In cauſſa contra P. Janſſens Jeſuitam Bruxellenſem ephemerides vulgant commentis ac contumeliis plenas. *II. 118.*

In

In infamando P. Girard Jeſuita imitantur exemplum Calviniſtarum. *II. 123.*
Mendaciſſime ſpargunt, eundem P Girard ob ſua crimina combuſtum fuiſſe. *II. 137.*
Item, P. Chamillardum Jeſuitam ceu Janſeniſtam & appellantem mortuum, & orta inter Jeſuitas appellantes & non appellantes contentione in cella vinaria ſepultum eſſe, ac poſt mortem patrare miracula &c. Sed ab ipſo Chamillardo edita in publicum epiſtola de pinguiſſimo mendacio convincuntur. *II. 141. & ſeq.*
Proverbium de Janſeniſtarum mendaciis. *II. 144.*
Totum mundum oppreſſa conſtitutione *Unigenitus* ac Jeſuitis, Sectæ ſuæ adjungere cogitant: Eam in rem Legatis in Sueſſionenſibus comitiis contra illos libellos offerunt. *II. 150. & ſeq.*
Infames libellos & Jeſuitarum denunciationes ad Epiſcoporum tribunalia multiplicant. *II. 170.*
Cur infallibilitatem Pontificis oppugnare non ceſſent. *II. 205.*
Prævii eorum conatus pro arrogando ſibi jure interponendæ olim ad Concilium appellationis. *II. 208. ſeq.*
Infallibilitatem Eccleſiæ, ut omnem hujus poteſtatem evertant, ad nihilum redigere laborant. *II. 230.*
Janſeniſtica de gemino Eccleſiæ capite hæreſis. *II. 234.*

Fal-

Fallaci diſtinctione *juris* & *facti* ſententiam Eccleſiæ de quinque Janſenii propoſitionibus, ſed incaſſum, eludere conantur. *II. 240.*

Excogitatur a Janſeniſtis obſequioſi ſilentii hæreſis. *II. 246.*

Formam ſubjectionis & ſubſcriptionis Conſtitutionibus Innocentii X & Alexandri VII præſtandæ ab Epiſcopis Galliæ præſcriptam pertinaciter repudiant. *II. 247.*

Alteri formæ Alexandri *VII* pari obſtinatione ſubſcribere renuunt. *II. 250.*

Janſeniſmum pro mero phantaſmate & imaginaria hæreſi venditant. *II. 252.*

Quatuor Galliæ Epiſcoporum Janſeniſmo patrocinantium fraus, qua impoſuere Clementi IX. *II 253.*

Obſequioſi ſilentii Janſeniſtici documentum. II. 255.

Plurimi Janſeniſtarum ex intentatæ jacturæ ac pœnæ metu ficte formulæ Alexandri VII ſubſcribunt. *II. 262.*

Eccleſiam J. C. in ſolis electis cum Queſnello conſtituunt, atque invisibilem reddunt. *II. 271. ſeq.*

Romam ſummis calumniis proſcindunt: primæ Eccleſiæ ſedis prærogativam eidem abrogant, & Sedem hanc Ultrajecti in Hollandia collocant. *II. 275.*

Eccleſiæ regimen ariſtocraticum, & ſummum Pontificem *Caput in Eccleſia*, non *Caput Eccleſiæ* eſſe contendunt. *II. 285.*

Summum Pontificem, ablata, quam ipſi Chriſtus contulit, plenitudine poteſtatis, Eccle-

ſiæ

ſiæ ſeu populo Chriſtiano ſubjiciunt. *II. 288.*
Summum Pontificem contumelioſiſſime accipiunt: Specimina horribilium contumeliarum, quibus Clementem XI impetierunt. *II. 290.*
Summo Pontifici, ejusque Conſtitutionibus, quas reliqui Eccleſiæ Epiſcopi jam receperunt, omnem obedientiam negant, ac Fideles negare docent. *II. 295. ſeq.*
Nefaria Janſeniſtarum placita de jure ac neceſſitate in materia fidei appellandi ad futurum Concilium. *II. 306.*
Eccleſiæ anathemata exemplo ac doctrina ſua Fideles docent vilipendere. *II. 311.*
Epiſcopale munus divini juris & inſtitutionis eſſe negant: iisdem jus leges in ſuis diœceſibus condendi abrogant: non aliud ipſis jus, quam repræſentandi ſuam Eccleſiam, deque hujus fide teſtimonium dicendi permittunt. *II. 318. ſeq.*
Conciliorum deciſionibus infallibilitatem a judicio & conſenſu populi accerſunt. *II. 324.*
Cum de Epiſcopis loquuntur comparate ad Pontificem, eos exæquant Papæ. *II. 325.*
Cum de iisdem Epiſcopis ſermo eſt comparate ad ſimplices Presbyteros, hos ipſos exæquant Epiſcopis: eandem Presbyteris poteſtatem, jurisdictionem, locum in Conciliis, jus adminiſtrandi ſacramenta confirmationis, & ordinis &c. tribuunt. *II. 330.*

Com-

Communitati fidelium poteſtatem clavium a Chriſto datam eſſe docent: ſummas eidem communitati prærogativas contra jus primorum Paſtorum tribuunt, atque authoritatem Eccleſiæ *docentis* ad ſimplices Fideles transferunt. *II. 353.*

Ad exemplum Marci hæretici & Pepuzianorum fœminas agere presbyteras, & Miſſas legere ſinunt. *II. 360.*

Jus convocandi Concilia, excluſo Papa, ſolis Principibus profanis aſſignant. *II. 363.*

Parlamentis in Appellationis ad Concilium, & cohibendæ Pontificiæ ac Epiſcopalis poteſtatis negotio grandes prærogativas adſcribunt. *II. 364.*

Eccleſiam Gallicanam cum Anglicana conjungere machinantur. *II. 375.*

Atrocibus maledictis Bullam *Unigenitus* inſectantur. *II. 383.*

Peſſimis artibus, ſolicitationibus, ac pecuniis Appellantium numerum augere conantur. *II. 396.*

Præſtigias, fanaticos furores, & obſcænos ludos ad tumulum Pariſii, pro miraculis in gratiam cauſſæ Appellantium editis vendidant. *II. 408.*

Fatuis prædictionibus & impia credulitate de adventu Eliæ eandem cauſſam ſuſtentant. *II. 411.*

Specimina pertinaciæ, qua Janſeniſtæ hactenus obſtitere Eccleſiæ, certa auguria ſunt, nunquam ulli, Oecumenici etiam Concilii, deciſioni obtemperaturos. *II. 421.*

Novas leges & conditiones pro habendo futuro concilio, cui ſe ſubmittere velint, ferunt; & quidem eaſdem fere cum illis, quas Lutherani pro habendo novo poſt Tridentinum Concilio præſcribebant. *II. 427.*

Janſenius Cornelius

Epiſcopus Iprenſis Conventiculo Burgofontano præſens. *I. 8.*

De abolendis religionis Chriſtianæ myſteriis, & invehendo Deiſmo adſtipulatur Sancyrano. *I. 10.*

Veritas Conventiculi Burgofontani ex ejus ad Sancyranum epiſtolis oſtenditur. *I. 22. & ſeqq.*

Odium Janſenii erga Jeſuitas, & fœdus ad eos perdendos cum Sancyrano initum. *I. 123. & 471.*

Sancyrano pro libro *de hierarchia* ſub Petri Aurelii nomine edito, materiam ſuppeditat. *I. 124.*

Cur libro ſuo indiderit nomen *Auguſtini. I. 340.*

Quis fuerit Janſenius: a quo Baji erroribus infectus, & tandem penitus corruptus. *I. 341. ſeq.*

Poſt Conventum Burgofontanum *Auguſtinum* ſuum lucubrari incipit. *I. 342. ſeq.*

Regi Hiſpaniæ, Domino ſuo legitimo, infidus. *I. 346.*

Martem Gallicum, librum regibus Galliæ contumelioſiſſimum ſcribit. *ibid.* moritur ex morbo peſtifero. *ibid.*

Impoſitum ipſius ſepulchro magnificum epitaphium juſſu Alexandri VII tollitur. *I. 347.*
Elogium a Novelliſta Londinenſi ipſi concinnatum. *I. 348.*
Auguſtinus ipſius, obluctante nequicquam Pontificio Internuncio, pluribus typis prodit. *I. 349.*
Sed damnatur ab Urbano VIII. *I. 350.*
Ipſius doctrina reprobatur a Facultate Theologica Pariſina; ab aliquibus tamen in publicis theſibus defenditur. *I. 351.*
Quinque propoſitiones ex *Auguſtino* Janſenii excerptæ edita ab Innocentio X. Bulla tanquam hæreticæ damnantur. *I. 352.*
Damnatas eas fuiſſe in ſenſu a Janſenio intento definit Alexander VII. *I. 354.*
Hæ 5. propoſitiones ſunt eædem cum quinque Burgofontanæ doctrinæ capitibus. *I. 355. ſeq. & 374. ſeq.*
Boſſueti MeldenſisEpiſcopi de his 5. propoſitionibus judicium. *I. 357.*
In inſcriptione & titulo libri ſuiWicleſum imitatur. *I. 358.*
Teſte Mareſio Calviniſta communem cum Calviniſtarum erroribus doctrinam de gratia, libertate &c. tradit. *I. 361. & ſeq.*
Auguſtinus ipſius ad doctos in errorem inducendos ſcriptus eſt. *I. 368.*
Doctrina ipſius de gratia, morte Chriſti, & præceptis Dei a S. Vincentio a Paulo graviter reprehenditur, & refellitur. *I. 472. ſeq.*

Janſonus

Lovanienſis Doctor Janſenium Baji erroribus inficit. *I.* 341.

Janſſens Ludgerus

Jeſuita Bruxellenſis per immanem calumniam de depoſitis apud ſe, nec redditis aut reddendis trecentis circiter florenorum millibus accuſatur: honeſtiſſima ſupremi ConſiliiBrabantini ſententia abſolvitur &c. *II.* 116. - - 131.

Jeſuitæ.

Sancyrani odium erga Jeſuitas: variis ab eo contumeliis ac calumniis impetuntur. *I.* 123. *ſeqq.*

Benedicti XIV de Societate Jeſuitarum teſtimonium. *I.* 137.

A Gondrino Archiepiſcopo Senonenſi Janſeniſtarum artibus depravato atrociter vexantur. *II.* 60 - 74.

Jeſuitarum ſeu Moliniſtarum nomen a Janſeniſtis inditum omnibus, qui ſectæ ſuæ adverſantur, & cur? item, cur iidem Janſeniſtæ præ omnibus aliis ſectæ ſuæ adverſariis Jeſuitis infenſi ſint. *II.* 78 - 85.

Feſtivus in Jeſuitarum contumeliam ludus religioſarum Virginum & alumnarum Portus Regii in Campis. *II.* 102. 103.

Facta

Facta a Janſeniſtis comparatio Jeſuitarum cum Bulla *Unigenitus* his ipſis glorioſiſſima *II. 155. ſeq.*

Jeſuitas ad ſacra miniſteria approbare nefas eſſe, Janſeniſtarum calumnia eſt. *II. 159. & ſeqq.*

Altera perjura calumnia Viaixneſii Janſeniſtæ de declaratione divina, Jeſuitas induratos a Deo Pharaones eſſe. *II. 161.*

Infames libelli & Jeſuitarum denunciationes ad Epiſcoporum tribunalia a Janſeniſtis multiplicatæ. *II. 170. ſeq.*

Imago

Queſnelli, & ſectæ Heroum Chriſto injurioſiſſima. *I. 462.*

Romæ a Janſeniſtis expugnatæ. *II. 277.*

Clementis XI ad inferos a Cardinalibus deportati. *II. 294.*

Parlamenti Pariſienſis, Eccleſiæ ſummopere contumelioſa. *II. 365.*

Incarnatio.

Sancyranus Incarnationis myſterium impugnat, *I. 61. ſeq.*

Janſeniſtæ illud faciunt inutile. *I. 458. ſeq.*

Jouaudus

Abbas Prierenſis Ord. Ciſterc. teſtimonium reddit de odio Sancyrani in Jeſuitas: item

de perverſis ejusdem ſenſibus ac dictis contra Concilium Tridentinum, & perennitatem Eccleſiæ. *I. 123. & 162. ſeq.*

Jurieus

Calviniſta de opprimenda Jeſuitarum ſocietate cum Sancyrano ſentit. *I. 149.*
Probat, Janſeniſmi Coryphæos de reali Chriſti in Euchariſtia præſentia vel nihil, vel parum credere. *I. 307.*

L

de Lage

Antiſtita Virginum a Viſitatione Pictavii a Sancyrano depravata. *I. 95.*

Lamentationes

Janſeniſtarum de ruina ordinis Jeſuitici. *II. 101.*

Leopoldus

Archidux, Belgii Gubernator, a Janſeniſtis fingitur profeſſus Jeſuita *brevioris togæ* fuiſſe. *II. 79.*

Letourneſius

Janſeniſta, Portus regii Solitarius, licet ſacerdos, nunquam dicit Miſſam; ſine viatico moritur. *I. 316. 321.*

Litteræ

Encyclicæ Curionum Pariſienſium Janſenianorum ad Curiones ceterarum Diœceſium contra Caſuiſtas & Jeſuitas a Comitiis Cleri Gallicani reprobantur. *II. 95. ſeq.*

Litteræ *Provinciales* infamis liber contra Jeſuitas. Libri hujus ſcopus, argumentum, effectus. Romæ damnatur; latine tamen a Nicoleo redditur, & cum notis editur: delectorum a rege Cenſorum de eo judicium. Pariſiis & Aquis Sextiis manu carnificis comburitur: in Hiſpania atro ſtigmate notatur. *II. 90. & ſeq.*

a Lotharingia Carolus

Epiſcopus Virodunenſis, dein Jeſuita a Sancyrano turpi nota deformatus. *I. 145. ſeq.*

Moritur Toloſæ cum fama ſanctitatis. *ibid.*

Ludovicus XIV. Rex Galliæ a Janſeniſtis fingitur Jeſuita fuiſſe. *II. 79.*

Lutherani

Pro novo poſt Tridentinum habendo concilio, cui ſe ſubmittere velint, conditiones præſcribunt. *II. 436.*

Lutherus.

Ejus appellatio a Leone X ad Concilium, a Janſeniſtis tanquam legitima defenditur. *II. 309.*

M

Maillyus

Cardinalis & Archiepiſcopus Remenſis ex reorum confeſſione patefacit turpem negotiationem, qua appellantes & appellationes pecuniis coëmebantur. *II. 399.*

le Maitre

Janſenianus, Portus regii Solitarius, ſine ſacramentis moritur. *I. 317.*

Malcyus

Sacellanus ad S. Jacobi Pariſiis, a Janſeniſtis pecuniis corruptus falſo teſtatur, Sancyranum e ſuis manibus ultima ſacramenta recepiſſe, *I. 59. ſeq.*

Mareſius

Calvinianus Miniſter, Doctor & primarius Theologiæ Profeſſor in Academia Groningana, Apologiam pro Janſenio & Janſeniſtis contra Papam & Jeſuitas edit; teſtatur, Janſenii & Janſeniſtarum doctrinam eandem eſſe cum doctrina Calviniſtarum. *I. 361. ſeq. item 398.*

Catechiſmum Janſeniſticum *de gratia*, longa de laudibus Sancyrani, Arnaldi & Janſenii præ-

præfatione ornatum, in latinum ſermonem, ac defendendas publice theſes convertit. *I. 398. ſeq.*

Mazureus

Ad S. Pauli Pariſiis Curio, Jeſuitis infeſtus, nomine Parochorum Pariſienſium octo ſcripta in Portu regio fabricata, contra ſectæ inimicos, & præcipue Jeſuitas in lucem emittit. *II. 98. & ſeq.*

Meditatio.

Per ſpeciem meditationem reddendi faciliorem Queſnellus Deiſini venenum animis inſtillat. *I. 438.*

Affectus & propoſita ex meditatione doctrinæ Queſnellianæ deducta. *I. 440. ſeqq.*

Miſſa.

Sancyranus Sacerdotes a dicendo SS. Miſſæ ſacrificio avertere nititur. *I. 89.*

Idem SS. Miſſæ ſacrificio præfert ſacrificium patientiæ, *I. 91*

In precatoriis Janſeniſtarum libellis realis Chriſti in ſacrificio Miſſæ ſub conſecratis ſpeciebus præſentia doloſe diſſimulatur. *I. 141. ſeq.*

Omnes, qui ſacrificio Miſſæ aſſiſtunt, etiam fœminæ apud Janſeniſtas conſecrant. *I. 253.*

Miſſæ ſacrificium non eſſe propitiatorium, cum Calvino docet Pariſius Janſeniſta. *I. 299. & ſeqq.*

Idem Pariſius partem bonorum erogat, ut imminuat Miſſarum numerum. *I. 306.*
Miſſas privatas aut ſacra minus ſolennia Queſnellus abrogari vult. *I. 310.*

Moralis

Jeſuitarum liber infamis, & atrocibus calumniis refertus contra Jeſuitas. *II. 104. ſeq.* a ſupremo Senatu Pariſino damnatur ad rogum. *II. 106.*
Moralis ſeu *Ethica Practica Jeſuitarum*, itidem infamis liber: Argumentum, calumniæ, & confictus mendaciſſime ab authore ſcopus hujus libri. *II. 106. & ſeq.* Pariſiis comburitur. *II. 111.*

Morellus

Janſeniſta, author libri, cui titulus: *colloquia cum Jeſu Chriſto in SS. Sacramento*: peſſima dogmata hujus libri contra uſum SS. Euchariſtiæ. *I. 254. ſeqq.*

N.

Nicoleus

Impiarum delirationum Hamoni collector & editor. *I. 286.*
Wendrockii & Irenæi nomina ſibi adſciſcit, & litteras Provinciales, Romæ damnatas, latinas reddit, & cum mendaciſſimis notis edit. *II. 91.*

Notitiæ Eccleſiaſticæ

Publicæ Janſeniſticorum novorum pagellæ, e ſatyris ac convitiis contra quosvis Catholicos, ſummos & imos, contextæ. *II. 145.*

Earum Scriptor a Janſeniano Heroe Petitpiedio tanquam rabioſus nebulo depingitur. *II. 147.*

O.

Obſervationes morales.

Liber Queſnelli 22 annorum laboris opus: centum & unam propoſitiones ab Eccleſia tanquam blaſphemas, hæreticas &c. damnatas continet. *I. 423. II. 264. 267.*

Impugnantur primum a Doctore Fromagovio: a Noallio approbantur: a Boſſueto & duobus aliis Epiſcopis reprobantur: a Clemente XI duplici Conſtitutione condemnantur. *II. 265 ſeq.*

Compendium peſtiferæ doctrinæ totius hujus libri. *II. 268.*

Ordo.

Ordinem Sacerdotalem excommunicatione & ſegregatione ab Eccleſia, vel peccato contra caſtimoniam amitti, Sancyrani dogma eſt. *I. 93.*

Ottius

Tigurinus Præco: ſolennis ejus ad Helvetiorum Proteſtantium Magiſtratus ac Senatum Tigurinum Oratio *de Cauſſa Janſeniſtica*, ſeu de Janſenio & Janſeniſtis ad Calviniſtarum partes transgreſſis. *I. 399. ſeq.*

Monita ejusdem ad Janſeniſtas de repudianda Papæ, Concilii Tridentini &c. doctrina. *I. 401. ſeq.*

P

Papa.

Dignitatis ſimul & jurisdictionis primatu in Eccleſia eminet. *II. 190.*

Ex perverſo ſenſu Vigorii duntaxat cætus fidelium adminiſter; nec poteſtas clavium Papæ, ſed communitati fidelium a Chriſto data eſt. *II. 197.*

Ex ejusdem Vigorii mente ab Imperatore exauctorari poteſt. *II. 199.*

Cur Janſeniſtæ infallibilitatem Papæ acerrime impugnent. *II. 205.*

Orthodoxus ſenſus de collata Papæ a Chriſto poteſtatis plenitudine Boſſueti & aliorum Epiſcoporum Galliæ: Janſeniſtæ hanc plenitudinem admodum arctis limitibus circumſcribunt. *II. 287. ſeq.*

Janſeniſtæ omnem obedientiam ſummo Pontifici, ejusque conſtitutionibus, ex vanis ac pravis rationibus negant, & Fideles negare docent. *II. 295. ſeq.*

Iidem Epiſcopos exæquant Papæ. *II. 325.*

Pariſius

Ad S. Medardi Diaconus a Janſeniſtis magnifice prædicatur, & ſummo honore colitur. *I. 288.*
Cum Calvino Sacramentum Pœnitentiæ invadit, & amitti juſtitiam Chriſtianam negat. *I. 290. ſeqq.*
Cum eodem Calvino Miſſæ ſacrificium non eſſe propitiatorium impie docet. *I. 299. ſeqq.*
Partem bonorum erogat, ut imminuat Miſſarum numerum: tempore etiam Paſchali ad S. Communionem non accedit. *I. 306.*
Convulſiones, præſtigiæ, obſcæni ludi &c. ad tumulum Pariſii. *II. 408.*

Parlamentum.

Imago ParifienſisParlamenti Eccleſiæ injurioſiſſima. *II. 365.*
Munera & jura, quæ Janſeniſtæ in negotiis ſacris Parlamentis tribuunt. *ibid.*

Parochus.

Parochi & Curiones a Camuſio in animorum directione non niſi commodis ac lucris ſuis ſtudere arguuntur. *II. 32. ſeqq.*
Parochorum Janſenianorum Pariſienſium litteræ Encyclicæ ad concitandos Curiones cæterarum

rum

rum Diœceſium in Gallia contra Caſuiſtas & Jeſuitas. *II. 95.*
Eorundem octo ſcripta contra ſectæ Janſenianæ inimicos, & præſertim Jeſuitas in Portu regio procuſa. *II. 99. ſeq.*

Paſchalis

Litterarum Provincialium author: magnificum de ſuis virtutibus ipſe ſibi elogium ſcribit. *II. 86. ſeq.*
Ab ipſis Janſeniſtis exiguæ fidei ſcriptor habetur. *II. 89.*

Pavillonius

Epiſcopus Alectenſis, doctrinam libri Arnaldini *de frequenti communione* in Diœceſin ſuam inducit: omnem Jeſuitis amicitiam renunciat. *I. 224. ſeq.*
Unius e famulis ſuis artificio totum ſe Janſenianæ factioni addicit. *I. 227.*
Ficto obſequio Clementi IX. imponit. *II. 253.*

Peraltius

Author calumnioſiſſimi libri *moralis Jeſuitarum;* qui ſæpius editus cur ſemper ſine approbatorum ſuffragio prodierit. *II. 104. ſeq.*

Petitpiedius

Unus ex Janſeniſtarum Heroibus, novam formam

mam altaris conſtruit, a quo Chriſti Cruci affixi imaginem excludit. *I. 464.*
Janſeniſtarum *Varro* eſt: componendis contra Bullam *Unigenitus* & Jeſuitas libellis, qui Legatis in comitiis Sueſſionenſibus offerantur, deſtinatur. *II. 150. ſeqq.*

Pinſon

Queſnelli nepos. Ejus teſtimonium & epiſtola de avunculi ſui confeſſione, cur Janſenianæ factioni adhæreret. *I. 428. ſeq.*

Pirotus

Jeſuita, intempeſtive *Apologiam Caſuiſtarum* edit, quæ & Romæ & in Gallia configitur. *II. 97. & 100.*

Pleſſea.

In ædibus Pleſſeæ Comitis conventicula *Dominarum de Gratia*, ſeu nobilium fœminarum de gratia diſputantium. *I. 386.*

Pœnitentia.

Pœnitentiæ Sacramenti uſum tollere, Burgofontani Deiſtæ decernunt. *I. 11.*
Sancyrani de hoc Sacramento errores. *I. 72. ſeq.*
Falſa Arnaldi principia & dogmata de neceſſitate Pœnitentiæ publicæ, & præcipua illius

parte ſeu privatione SS. Euchariſtiæ: de præmittenda longa abſolutioni pœnitentia: de hodierno more adminiſtrandi ſacramentum pœnitentiæ &c. *I. 198. & ſeqq.*

Pœnitentiæ publicæ pœnitenti a Janſeniano Confeſſario injunctæ peſſimum exemplum. *I. 227.*

Pœnitentia publica ab Hamelio Curione Janſeniano in Parochiam ſuam inducta. *I. 228. & ſeqq.*

Pœnitentiæ Sacramento non niſi ſemel in omni vita peccata remitti Janſeniſtæ mentiuntur. *I. 247. & 249.*

Ad tollendum Sacramenti Pœnitentiæ uſum Pariſius Janſeniſta cum Calvino negat, juſtitiam Chriſtianam amitti poſſe. *I. 290. & ſeqq.*

de Pons

Ad S. Jacobi Pariſiis Curio teſtatur, Sancyranum ſine perceptis ultimis ſacramentis obiiſſe. *I. 59.*

Pont - Caſtellius

Portus regii Solitarius, author *Ethicæ Practicæ Jeſuitarum*, acerbiſſimis injuriis ac calumniis contra Jeſuitas onuſtæ. *I. 106. & ſeq.*

Portus Regius

Sactarum Virginum Cœnobium Pariſiis, a

Sancyrano directore ſuo depravatum. *I.* 78. 95.
Earum obſtinata in erroribus perſeverantia. *I.* 260. *& ſeqq.*
Ex 60 vel 80 Janſenianis Sanctis, Portus regii Solitariis, omnes fere, uti & Virgines Portus regii, ſine ultimis ſacramentis mortui. *I.* 316.

Præcepta Dei

Servari poſſe Catholica veritas eſt; aliqua eorum ſervari non poſſe dogma Burgofontanum. *I.* 333.

Presbyter.

Simplices Presbyteri a Janſeniſtis exæquantur Epiſcopis. *II.* 334.

Princeps.

Janſeniſtæ, excluſo Papa, ſolis Principibus profanis jus convocandi Concilia tribuunt. *II.* 363.

Q

Queſnellus.

Falſum ipſius dogma de Pœnitentia & Euchariſtia. *I.* 250.
Quid ſenſerit de Miſſis privatis &c. *I.* 310.

Præparatio ejuſdem ad recipiendum SS. Viaticum. *I. 312.*

Obſervationes ipſius *morales* &c. 22. annorum opus : impia in eo dogmata fucata pietatis ſpecie oblita ſunt. *I. 423.*

Cur in eo abſtinuerit ab infamandis Catholicis animorum directoribus. *I. 424.*

Quam acerbe ſcripſerit contra Magiſtratus & Principes Janſenianæ hæreſi infenſos. *I 425.*

Quis fuerit Queſnellus, & cur profugerit e Gallia. *I. 426 ſeq.*

Poſt Arnaldum factionis caput evadit: Bruxellis capitur: Janſeniſtarum machinatione & perfoſſo carceris pariete elabitur, & in Hollandiam ſe recipit : de deſerto vadimonio & contumacia condemnatur. *I. 430. ſeqq.*

Inverecundum & intemperans ejus Scriptum contra ArchiepiſcopumMechlinienſem: item parum ingenua ejusdem agendi ratio cum Noallio. *I. 432. 434.*

Centum & una propoſitiones ex ipſius *Obſervationibus moralibus* excerptæ tanquam *blaſphemæ*, *hæreticæ* &c. ab Eccleſia damnatæ. *I. 436. II. 265.*

Concordia dogmatum Queſnelli cum quinque Burgofontanæ doctrinæ capitibus, & intimus nexus cum Deiſmo. *I. 438 - 451.*

Prava Queſnelli doctrina de virtute charitatis. *I. 453. ſeqq.*

Queſnelli imago æri inciſa Chriſto injurioſiſſima. *I. 461.*

Romæ

Romæ minas ac fulmina contemni vult. *II.* 275.

Proſtratum à Formulà Alexandri VII Janſeniſmum ope *Obſervationum* ſuarum *moralium* inſtaurat. *II.* 264.

Eccleſia J. C. in cætu ſolorum electorum conſtituit, & inviſibilem reddit: *II.* 273.

Eccleſiæ anathemata Fideles docet contemnere. *II.* 312.

R

Raconiſius

Epiſcopus Vaurenſis; hæreſin de gemino Eccleſiæ capite impugnat: a Barcoſio ignominioſiſſimis dicteriis appetitur. *II.* 235.

Ragotus

Pavillonii Alectenſis Epiſcopi famulus, dein ejus Vicarius Generalis; Epiſcopum ſuum in partes Factionis Janſenianæ pertrahit. *I.* 227.

Religio.

Definitio religionis à Sancyrano fabricata, omni ſectæ convenit. *I.* 153.

Religioſus

Fallax Sancyrani ſtudium ergà religioſum ſtatum. *I.* 119.

Ejusdem odium in religioſos. *I.* 117. & 121.
Religioſi animorum directores a Camuſio de avaritiæ vitio in negotio directionis animarum turpiſſime infamantur. *II.* 37. *ſeqq.*

Richelius Cardinalis.

Ejus judicium de Sancyrano: hominis mores & dicta obſervari jubet: efficit, ut in carcerem Vincennenſem conjiciatur. *I.* 55. 56.
Obſtat, ne ſe vivo Ant. Arnaldus ad Doctoris gradum provehatur. *I.* 180.
Scripta epiſtola Camuſium hortatur, ut notas & obſervationes ſuas in S. Auguſtinum *de opere Monachorum* ſupprimat: abuſum in iis verborum S. Codicis & acerbum ſtylum notat. *II.* 50. *ſeq.*

Richerius

Quis fuerit: quid Richeriſmus, ſeu perverſa *de Eccleſiaſtica ac Politica poteſtate* Richerii doctrina? damnatur in duobus Provincialibus Galliæ Conciliis: errores ſuos retractat. *II.* 180. *ſeq.*

Roma

Prima Eccleſiæ JEſu Chriſti Sedes: Queſnelli, Colberti Epiſcopi Montis-Peſſulani, & aliorum Janſeniſtarum in illam convitia ac calumniæ. *II.* 276. *ſeq.*

Rooſen

Falſus teſtis in cauſſa contra P. Janſſens Jeſuitam; quis fuerit: fugit e carcere: Pariſiis morti proximus ſcripta ſyngrapha calumniam & perjurum teſtimonium ſuum retractat. *II. 123. 127. ſeqq.*

Rupopoſans

Epiſcopus Pictavienſis a Sancyrano circumventus, hominem tandem agnoſcit & repudiat. *I. 52.*

Rupifucaldius Cardinalis

A Sancyrano iniquiſſime traductus. *I. 139. ſeq.*
Cor ſuum Jeſuitis teſtamento legat. *I. 143.*

S.

Sablea

Marchioniſſa ad primam S. communionem a P. Cottono inſtituta, petit pium ſuum morem, ſæpius adeundi menſam Euchariſticam ſcripto defendi, cui Arnaldus opponit librum *de frequenti communione. I. 195. ſeq.*

SS. Sacramentum.

Publica ejus in ara expoſitio a Janſenianæ factionis ſcriptore improbatur. *l.* 243.

Sancyranus.

Primus in conciliabulo Burgofontano perverſam ſuam mentem de invehendo Deiſmo exponit. *l.* 9.

Parens, & primus reipſa architectus Janſeniſmi eſt. *l.* 50.

Ejus natales, patria, ſtudia, amicitia cum Janſenio. *l.* 51.

Author eſt libri: *Quæſtio regia* ſeu *Caſus regius*: prava hujus libri doctrina. *l.* 51.

Pictavii errores ſuos ſpargere incipit. *l.* 52.

Ibidem cum Roberto Arnaldo Andyllio intimam amicitiam jungit. *l.* 53.

S. Vincentium a Paulo, & P. Gondrenum ex Berulliano Oratorio, doctrinæ ſuæ Adverſarios habet: profugit Pariſiis. *l.* 55. 56.

Edit Gallice S. Auguſtini epiſtolam *de Virginitate* cum notis, quæ a Sorbona damnantur. *l.* 56.

Pariſios redux doctrina ſua turbas concitat, & Vincennenſi carceri includitur. *l.* 56.

Actio in illum inſtruitur: plures de prava ejus doctrina teſtimonium dicunt. *l.* 57.

In carcere epitomen libri contra frequentem SS. Euchariſtiæ uſum componit. *l.* 58.

Liber dimittitur, & non diu poſt ſine perceptis ultimis Sacramentis moritur. *I. 58. ſeq.*

Commentitium ejus elogium in Sammarthanorum *Gallia Chriſtiana* juſſu Cleri Gallicani expungitur. *I. 60.*

A Mareſio & Jurieo Calvinianis Miniſtris inter Calviniſtas numeratur. *I. 61.*

Myſterium Incarnationis impugnat, & contra iſtud coronam ſecretam SS. Sacramenti pro Portu regio componit blasphemis deliramentis refertam &c. *I. 62. & ſeqq.*

Prava ipſius dogmata de Confeſſione peccatorum venialium, de exponendo numero & ſpecie peccatorum mortalium, de contritione & abſolutione, de præmittenda abſolutioni pœnitentia &c. *I. 72. & ſeq.*

Virgines Portus regii ab uſu Sacramentorum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ avertit. *I. 79. 95.*

Confeſſionem ſacramentalem a ſe peractam in ludum vertit. *I. 81.*

Falſa ejusdem doctrina de neceſſaria ad SS. Euchariſtiam præparatione: de diuturna a SS. Euchariſtia abſtinentia: de ſacrificio Miſſæ. *I. 82 - 91.*

Peccato contra caſtimoniam extingui Sacerdotium, & ſtatum Epiſcopalem amitti docet. *I. 93. & 160.*

Ejus errores de gratia actuali. *l.* 101.
Gratiam ſufficientem non eſſe datam omnibus defendit. *l.* 103.
Gratiam ſanctificantem amitti poſſe negat. *l.* 105.
Syſtema Baji de duabus delectationibus cupiditatis & charitatis inſtaurat, & ultra Calvinum etiam deſipit. *l.* 106. *ſeq.*
Chriſtum pro omnibus hominibus mortuum eſſe negat. *l.* 109. *ſeq.*
Concilii Valentini verbis ad tuendum hunc errorem ſuum peſſime abutitur. *l.* 110.
Ejus contemptus, errores & convitia in religioſos, uti & ſtatum ac vota religioſa. *l.* 117. *ſeq.*
Immoderata aſſentatione ſtatum religioſum extollit, dum alibi turpiſſime deprimit. *l.* 119.
Præ omnibus religioſis averſatur, & inſectatur Jeſuitas. Cur? *l.* 122.
Ejusdem fœdus de perdendis Jeſuitis cum Janſenio initum. *l.* 123. & 471.
Libri *de Hierarchia*, quem ſub *Petri Aurelii* nomine edidit, argumentum verum eſt criminatio & infamatio religioſorum, nominatim Jeſuitarum. *l.* 122.
Contumeliæ & convitia, quæ in Jeſuitas jacit. *l.* 125.

Men-

Mendacia ejus & calumniæ de Jeſuitarum ſcholis ac docendi munere; de eorum ratione regendi conſcientiás: de lucri & divitiarum aviditate: de ſuperbis ædibus; de transmarinis commerciis &c. *l. a pag* 127 - *138.*

Rupiſucaldium Cardinalem indignum in modum criminatur. *l. 139.*

Item Nicolaum Sanguenium Silvanectenſem Epiſcopum, & Carolum a Lotharingia Epiſcopum Virodunenſem, dein Jeſuitam. *l. 144. ſeq.*

Cum Fratre Paulo Sarpio, conſentiente Jurieo Calviniano Miniſtro, cenſet Societatem Jeſuitarum deſtruendam eſſe. *l. 148.*

Impiam religionis & Eccleſiæ definitionem fabricatur, quæ etiam Deiſmo convenit, & Eccleſiam inviſibilem reddit. *l. 153. ſeq. item 160.*

Ipſius liber *Petrus Aurelius* immerito laudatur a Barcoſio: Cleri Gallicani malo dolo circumventi ſumptibus imprimitur. *l. 158.*

Nefaria ipſius ſenſa & dicta de Concilio Tridentino. *l. 161. 168.*

Eccleſiam J. C. jam defeciſſe ac deſiiſſe blasphemat. *l. 164. 168.*

Theologiam ſcholaſticam eliminandam eſſe edicit. *l. 165.*

S. Vincentium a Paulo incaſſum in caſſes trahere, & perverſis ſuis opinionibus inficere parat; ſed a Sancto Viro acriter retunditur. *I. 167. ſeq.*

Blaſphemæ Sancyrani voces de hodierna Chriſti Eccleſia. *I. 169. ſeq.*

Octavii Bellegardi Archiep. Senonenſis a Janſeniſtis decepti, ſub extremam horam de Sancyrano & ejus ſectatoribus ſenſus ac ſcriptum teſtimonium. *I. 171.*

Summa eorum, quæ Sancyranus egit, ut Deiſmum inveheret. *I. 175.*

Antonium Arnaldum errorum ſuorum hæredem inſtituit, & de hoc diſcipulo ſuo palam gloriatur. *I. 177. 179.*

Ratio Sancyrani admonentis amicos, ne ſe ſine viatico mori ſinerent, vel nullius, vel exiguæ de Euchariſtia fidei argumentum. *I. 308.*

Sanguenius

Epiſcopus Silvanectenſis a Sancyrano maligne vituperatur. *I. 144.*

Sarpius

Frater Paulus Apoſtata, extirpandæ religionis Catholicæ initium ab opprimendis Jeſuitis ducendum eſſe vult. *I. 148. II. 84.*

Schö-

Schönaugia

Janſeniſtica non procul UltrajectoCarthuſia Apoſtatarum, qui conſentiunt, ut ne apud ſe res divina fieret, aut ſuſciperetur Euchariſtia. *I. 325.*

Sepultura Eccleſiaſtica

Ex mente Hamoni a Janſeniſtis facile negligi poteſt. *I. 283.*

Servienus

Conductus a Janſeniſtis Janſeniani ærarii procurator ad coemendas pecuniis appellationes & appellantes: damnatur ad triremes: poſt aliquot annos ſuam appellationem retractat, & impiam appellationum nundinationem fatetur. *II. 398. & ſeqq.*

Singlinus

Sancyrani Succeſſor & Portus regii moderator ſine ſacramentis moritur. *I. 317.*

Solleus

Curiæ Pariſinæ Advocatus adulterinum majoris Conſilii regii decretum fabricatur, quo Jeſui-

Jeſuitæ ad immanem ſummam hæredibus Ambroſii Guys numerandam damnantur. Convictus fraudis triremibus addicitur. Miſera ipſius mors, & poſt mortem infamia. *II. 115.*

Speculum Pietatis.

Liber Gerberonii ab pervertendos perfectionis ſtudioſos editus, peſſimis de perfectione ac ſanctitate Janſeniana principiis infectus. *I. 408. ſeq.*

Speculum ſine macula, alter ejusdem Gerberonii liber, quo *Speculum pietatis* pertinaciter defenditur. *I. 416.*

Stratius.

Pontificius in Belgio Internuncius, nequicquam Janſenii *Auguſtinum* ſupprimere conatur. *I. 349.*

Sueſſio.

In habitis Sueſſione Comitiis Janſeniſtæ legatis conſcriptos contra Conſtitutionem *Unigenitus* & Jeſuitas libellos offerunt. *II. 150. ſeq.*

T.

Tertullianus.

Tertulliani verba, quibus Treuveus Janſeniſta abutitur, explicantur. *I.* 248.

Teſtes falſi

In cauſſa P. Janſſens calumniæ & perjurii convicti. *II.* 125, 126.

Theologia famliaris.

Sancyrani liber, Romæ & Pariſiis damnatus. *I.* 241.

Theologia Scholaſtica

A Sancyrano conviciis appetita. *I.* 165.

S. Thomas Aquinas

A Sancyrano Theologiam depravaſſe arguitur, *I.* 165.

Tourneſius

Janſeniſta in J. C. divinitatem impius. *I.* 450.

Tra-

Traverſius

Scriptor libri Janſeniani: *Jura legitima &c.* multa perverſa contra dignitatem & munus Epiſcopale, atque de Sacerdotum poteſtate docet. *II. 318.*

Treuveus

Librum Arnaldi de *freq. com.* alio titulo ac forma edit; & audacius etiam ac intemperantius errores ſuos de ſacramento Pœnitentiæ venditat. *I 246.*

S. Auguſtini & Tertulliani authoritatem graviſſimo ſuo errori obtendit. *I. 247. ſeq.*

Tridentinum Concilium.

Prava de hoc Concilio Sancyrani ſenſa & dicta. *I. 161. ſeq. item 168.*

Ejus quinque dogmata tanquam Eccleſiæ Catholicæ veritates quinque Burgofontanæ doctrinæ capitibus oppoſitæ. *I, 330. ſeq.*

V.

Vaillantius

Janſeniſticus impoſtor; a præſtigiatricibus quibusdam Propheticiſſis Elias eſſe aſſeritur. *II. 411.*

Verger

De Hauranne Abbas S. Cyrani. Vide Sancyranus.

Viaixneſius Theodoricus

Janſeniſta, in Jeſuitas ſumme contumelioſus: de reprobatione Jeſuitarum divinitus ſe edoctum cum perjurio affirmat. *II. 161.*

Sceleſta ejus in Bullas *Vineam Domini*, & *Unigenitus*, ac formulam Alexandri VII. dicta. *II. 256. ſeq.*

Bullam *Unigenitus* mali dæmonis opus eſſe blasphemat. *II. 390.*

Impiæ ejusdem denunciationis inſtrumentum, quo Bullam *Unigenitus*, Moliniſmum, Sfondratiſmum &c. futuro Concilio denunciat. *II. 433.*

Vianenia

Quænam fuerit: per ſummam calumniam P. Janſſens Jeſuitæ de depoſita apud ipſum grandi ſumma pecuniæ litem movet: ſacrilega hypocriſis, & perverſiſſimæ fraudes ac nequitia hujus mulieris: moritur durante lite. *II. 117. & ſeqq.*

Via-

Vianenius

Vianeniæ maritus, mortua uxore pertinaciter litem contra P. Janſſens proſequitur: cauſſa cadit &c. *II. 126.*

SS. Viaticum.

Impium de hoc dogma Hamoni Janſeniſtæ. *I. 280.*
Cur, & qua contentione Janſeniſtæ illud ſibi præberi velint. *I. 319.*

Vigorius

Majoris Conſilii Senator Conciliabulo Burgofontano præſens. *I. 8.*
Perverſæ Richerii doctrinæ adhæret. *II. 179.*
Ex hæreticorum libris, & pro more hæreticorum contra Eccleſiam ſcribit. *II. 185. 186.*
Eccleſiæ regimen Ariſtocraticum eſſe ſtatuit, & ſubdole inſinuat, Curiam Romanam per injuriam Monarchicum regimen invaſiſſe. *II. 194. ſeq.*
Æqualem reliquis Apoſtolis cum S. Petro, ſeu Epiſcopis cum ſummo Pontifice poteſtatem tribuit. *II. 196.*

Claves a Chriſto cœtui Fidelium datas, & Papam Miniſteriale tantum in Eccleſia caput eſſe perverſe aſſerit. *II. 197.*

Ex commentitio quodam facto ineptiſſime colligit, Papam ab Imperatore exauctorari poſſe. *II. 199.*

Ut Papæ infallibilitatem eripiat, viginti quinque circiter Pontifices in graves errores lapſos eſſe mentitur. *II. 205. ſeq.*

Omnem Appellationem a Pontificis & Eccleſiæ diſperſæ ſententia ad Concilium legitimam eſſe docet. *II. 210. ſeq.*

Ad eludendas Concilii deciſiones Janſeniſtis quinque effugia ſubminiſtrat. *II 213. ſeqq.*

Imperatoris eſſe convocare Concilia, falſo aſſerit. *II. 215.*

Summo Pontifici negat jus confirmandi ſanctiones Conciliorum, iisque præſidendi. *II. 217.*

Præter Epiſcopos Parochos quoque ac ſimplices Sacerdotes, aut Diaconos jus ſuffragii deciſivi in Conciliis habere decernit. *II 226.*

Morem hactenus uſurpatum celebrandi Concilia improbat. *II. 228.*

Primus de hæreſi gemini Eccleſiæ Capitis ſementem ſpargit. *II. 234.*

S. Vincentius a Paulo

Vehementer redarguit, ac refellit pravas opiniones & blasphemias Sancyrani. *I. 167. ſeq.*

Rationem reddit, cur ſe novis Sancyrani, Janſenii, Arnaldi &c. erroribus opponat. *I. 467. ſeq.*

Poſt editum Arnaldi librum *de freq. com.* multo imminutum, etiam tempore Paſchali, SS. communionum numerum teſtatur. *I. 470.*

Arnaldi de Pœnitentia, & Janſenii de gratia &c. prava dogmata graviter perſtringit ac confutat. *I. 471. ſeq. & 479. ſeq.*

Ultrajectum.

Ultrajectinus Archiepiſcopus Schismaticus repudiato Romano Pontifice JanſeniſtarumPapa: Ultrajectum prima Janſenianæ Eccleſiæ ſedes eſt. *II. 278.*

Unigenitus

Bulla Clementis XI, qua 101 propoſitiones Queſnellianæ damnantur, ab omnibus fere mundi Epiſcopis recepta, regula fidei. *I. 436. II. 267.*

Odium, probra, & maledicta a Colberto Epiſcopo Montis-Peſſulano, Viaixneſio, Bordeo, & aliis Janſeniſtis in Bullam *Unigenitus* conjecta. *II. a pag. 383.*

Petente Galliæ rege edita, quanta cura confecta fuerit. *II. 267.*

Vota religioſa

Falſa de iis Sancyrani dogmata. *I. 118.*

Z.

Zametus

Epiſcopus Lingonienſis Præſes Portus regii: inſtigante Sancyrano hoc munere privatur. *I. 54.*

De prava Sancyrani doctrina teſtem agit. *I. 161.*

Errata Typographica

Tomi II.

Pag.	Lín.	Erratum	Lege.
37	8	Saniorem - -	Sannionem
38	17	recte -	rete
45	20	exprimere - -	excipere
54	17	perniciosius -	perniciosus
88	1	imnem - -	immunem
108	4	dici non poteſt	dici poteſt
109	24	Piſcatoria -	Piſcaria
145	21	Dum - -	Num
148	25	diabolarem -	diobolarem
172	8	faſtidium -	faſtigium
209	27	imbuerint -	imbuerent
219	21	ſelegiſſe - -	ſe legiſſe
242	17	quo velo - -	pro velo
286	2	regis congregati ſuam de juſſu conſultatione &c.	regis juſſu congregati ſuam de conſultatione &c
302	24	dum recepta -	dum de recepta
305	24	Chriſto - -	Chriſti
310	23	hæ -	hæc
312	24	aliquando -	aliquanto
324	8	ſententia -	ſententiæ
327	14	quod -	quot
331	19	inaugudi - -	inaugurandi

Pag.

Pap.	Lin.	Erratum - - -	Lege
	23	quid - -	qui
337	7	in Conciliis aſſide-re	in Conciliis Epiſcopis aſſidere
413	16	auſi ſunt -	auſi ſint
	18	attulere -	attulerint

Leviora ſunt pag. 3. Hujumodi l. *Hujusmodi.* p. 54. Authori l. *Authoris.* p. 56. ſtratagema l. *ſtrategema.* p. 62. cominatus l. *comminatus.* p. 81. importent l. *important.* p. ead. Anoymus l. *Anonymus.* p. 86. & 99. Paſchalis l. *Paſcalis.* p. 100. chirograhis l. *chirographis.* p. 113. pariam l. *patriam.* p. 137. exurerent l. *exureret.* p. 150. Jenſeniſtis. l. *Janſeniſtis.* p. 167. cura l. *curam.* p. 171. congreſſerant l. *congeſſerant.* p. 211. Syrodi l. *Synodi.* p. 213. Ecelefia l. *Eccleſia.* p. 214. ullius l. *illius.* p. 239. nomento. l. *momento.* p. 263. occaluerat l. *occalluerat.* p. 297. prudendi l. *prudenti.* ibid. dux agmini l. *dux agminis.* p. 303. Pootificis l. *Pontificis.* p. 308. Oecuminici l. *Oecumenici.* p. 316. vinditata l. *venditata.* p. 320. lolo l. *loco.* p. 325. diſidia l. *diſſidia.* p. 337. rei hujus l. *rei huic.* ibid. pag. 80. l. *pag 83.* p. 347. pag. 83. l. *pag. 85.* p. 347. efficientæ l. *efficientiæ.* p. 356. divinciunt l. *devinciunt.* p. 359. pæculiares l. *peculiares.* p. 362. com-

commiſſerant l. *commiſerant.* p. 384. exteriti l. *exterriti.* p. 387. ſimboli. l. *Symboli.* p. 398. nutuas l. *mutuas.* ibid. Tom. II. l. *T. III.* p. 408. minos l. *mimos.* ibid. Anabapiſtarum l. *Anabaptiſtarum.* p. 414. prodomæ l. *prodromæ.*

Tom. I. in Præfatione Interpretis ad Lectorem Germanai l. *Germania.* Ulyſſiponenibus l. *Ulyſſiponenſibus.* perdidiſſimum. l. *perditiſſimum.* aliquando l. *aliquanto.*

O. A. M. D. G.

ANT
1461607

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

X
C 43